


Nota eorum quæ in hoc libro continentur.

Oratio de laudibus astrologiæ habita a Bartholomeo Vespucio florentino in almo Patauio Gymnasio anno. M.d.vi.

TEXTVS SPHAERAE IOANNIS DE SACRO BVSTO.

Expositio sphæræ Eximii artium & medicinæ doctoris Domini Francisci Capuani de manfredonia.

Annotatiões nõnullæ eiusdẽ Bartholomei Vespucii hic ĩde ĩtersertæ.


Iacobi fabri stapulensis Commentarii in eandem sphærã.

Reuerẽdissimi Domini Petri de aliaco Cardinalis & episcopi Cameracensis ĩ eandem quæstiones subtilissimæ numero xiiii.

Reuerendissimi episcopi Dñi Roberti linconiẽsis sphæræ cõpendiũ.

Disputationes Ioãnis de regio monte cõtra cremonensia deliramẽta.

Theoricarum nouarum textus cũ expositione eiusdem Francisci Capuani omnia nuper diligentia summa emendata.



¶Bartholomei Vespuccii Florentini minimi inter artium & medicinæ doctores: oratio habita in Celeberrimo Gymnasio Patauino: Pro sui prima lectione. Anno domini. M.D.VI. Laudes prosequens Quadriuii ac presertim astrologiæ quam ibi publice profitetur.

PHilippo macedonæ græciam occupante Viri clarissimi memoriæ proditum est: cum corinthum clarissimam in faucibus peloponnessi urbem oppugnaret: Corinthios omnes ad obsidionem eiusmodi repellendam: multiplici bellicarum rerum opere fuisse occupatos: ii nãq; arma parabant: illi lapides apportabãt: alii urbem muris ac uallis muniebant: alii aliud qd utile subministrabant: Diogenes uero sinopeius cognomento Cinicus: eo tpe corinthum inhabitans: in tãto rege tumultu cum qd ageret nihil certi haberet: (sua nãq; opera nullus aliqua in re utebat) palliolo suo studiose accinctus: in quo habitabat dolium circũquaq; uolutare festinabat: Interroganti uero amico q̃obrem illud ageret respondisse fertur: uoluto & ego dolium: ne unus ipse solus inter tot negociosos uiros: ociosus hodie deprehendar. Nos quoq; in hoc clamoso sæculo: diogenis exẽplo: cum omnes logicos: philosophos: ac medicos: primis eorum lectionibus: rethorum phaleris exornari uideamus: ne soli silentii crimine plectendi simus: doliũ uolutare hodie tentamus: rem ꝓfecto arduã: ac nr̃is uiribus longe imparem: cum de mathematicis: de cælo: de astris: ac quod magis urget: de diuinõe: (qua deo maximo simillimi reddimur) futurꝰ esset sermo noster: Nec a me uelim recondita quepiam: aut ex imis latebris exerta: quæ uobis eruditionem aliquam allatura sint: aut composita quæ teretes uestras aures demulceant: hodie expectetis: maxima nanq; rerum copia atq; imminentis negocii amplitudine obruor: quare in magnis pro opere uoluntas ipsa satis erit: Vos igit Circunspectissimi uiri: non alia q̃ & cæteros audire assuen estis benignitate: incompte huic nostræ oratiũculæ: nec inuiti: uel sesquihoram impartiri non dedignemini obsecro: cum manilio teste ornari res ipsa neget: contenta doceri. De mathematicis modo dicturis nobis multa ante oculos circunferuntur: uerum & si pleraq; ostentatiõis gratia in medium afferri possent tñ iuxta philosophi sententiã cõscientiæ oẽs tanq̃ cathenæ inuicẽ cõnexæ: diuersa tñ rerum consideratione seiunctæ dicantur: paulo altius nobis erit ordiendum: nõ omnimodam sed qualem nostro proposito inseruituram putemus: sciaꝝ sectionem enartando: Hominẽ a summis philosophis microcosmum non iniuria appellatum q̃ pluribus rationibus cogimur confiteri: atq; eo maxime cum mundum omnia continentem duplici substãtia cõpactũ esse nouerimus: altera quidẽ simplici: immutabili: ꝑpetua: atq; æterna: altera trãsmutabili: continue alterõi obnoxia: gñabili: atq; corruptibili: non aliter & ipsum hominem ex corpore q generatur & corrumpitur: ac mẽte æterna qua sapit & intelligit compositum esse plane constat: mentẽ dñam: corpus seruum: hanc imperare: illud iussa exequi (si recta ratione uti uelimus) necesse erit. Quæ cum ita sint: ut utriusq; par rõ habeat: mortales uarias artes in uenere: nã quæ corpori inseruiant dixere mechanicas: Quaꝝ aliæ uictui solũ necessaria subministrẽt cuiusmõi agricultura: pistoria: uinaria: macellaria: aliæ lautũ atq; opi paꝝ corporis esum suppeditant: sicuti cõdimentaria: cauponia: farctoria: Aliæ quæ ad comodiorẽ uiuẽdi normã nos perducãt: ac corpus nr̃um a sordibus expurgent: ut fabrilis architectonica: tonsoria: lanaria: sericaria: plumaria: caligaria & hmõi. Aliæ demum ut homines ab hostiuꝫ incursionibus se tueri queãt: ueluti militaris & quæ instrumentis bellicis fabricãdis ac dirigendis ꝑsunt: sunt & aliæ q̃plures: sicuti naualis mercatoria: numularia & id genus: quas tanq̃ a nostro proposito alienas silentio ꝑterimus. Restant artes illæ quæ precipue ipsi menti tribuendæ uidentur: Cum & enim homo duobus tñ a brutis animantibus seiunctus sit: sermone uꝫ atq; intelligentia: ne corporis maior q̃ animæ cura geri uideat: ideo ab ipsis liberales artes exquisitæ fuere: Quarum tres primæ in sermonẽ tanq̃ in unũ finem tendẽtes triuii nomine describuntur: Grammatica linguæ scĩa congrue nos loqui docet: Dialectica rectum sermonem uerus sit an falsus ostendit: Rethorica demum ornatum orationi adhibens: persuadere conatur: Supremam uero mẽtis partem excolit ac perficit mater artium philosophia: quæ uel res in mera homium uoluntate constitutas: uel a natura productas præcipue contemplatur. Primæ parti deseruit ethica: quæ uirtutes ac uitia: queue expetenda nobis sint: aut aspernanda ꝓponit. Quam sequit politica: quæ uiris põtificii pariter ac ciuilis magistra: ciuitates regere: decreta sancire: honores: secũdum penas: ac ꝓmia: merita aut demerita distribuere consueuit: quibus ultima de re familiari subnectũ economica: Altera uero philosophiæ pars res cõnnet a natura ꝓductas: quæ oẽs in speculatõe cõsistũt: res quidẽ omnino a materia seiunctas iuxta xpianũ dogma theologia: iuxta philosophorum placita: cõsiderat methaphisica: Res uero materiæ imersæ ad naturalẽ philosophum spectant: Res demũ licet materiæ cõiunctas: rñ ut ab ipsa solo ĩtellectu segregatas mathematica declarat scĩa: q̃ in sui gremio q̃tuor reliquas artes septẽ liberaliũ numeꝝ absoluentes amplectit: quæ oẽs cũ in ultimã astronomiam tanq̃ in finẽ dignissimũ ordinent: non in merito quadriuiũ a dignissimis auctoribus appellant. Earuꝫ uero omnium q̃ntitas diuersimode cõsiderata dicit eẽ subiectum: Prima &. n. gña q̃titatẽ diuidẽtia sũt discretũ: atq; cõtinuũ: discretũ ex ipsa continui sectione conficitur: cuius unitas omnium numeroruꝫ seminariũ non secus ac punctus ĩdiuisibilis dicitur esse principiũ: cuius additiõi numeri reliqui cõsur-

gunt: Hāc pithagoram deo similem dixit:cum ipsa sola non alr q̄ deus:in se:a se:ac circa se:unica atq;
impartibilis sit;a qua binariū tanq̄ primā numi productionē genesin:materiam primam:ac elemētoꝝ
matrē appellauit:trinitatē uero ipsis formis idealibus accōmodabat:quā masculā dualitatē uero femi
neā dicebat:atq; ut ex his tribus numeris oēs alii generant̄:oēsq; in eos resoluuntur:sic ex numeris oīa
constare:atq; in numeros oīa resolui nō iniuria dictitabat:hac arithmetica philosophabant̄ antiq;qui
sua dogmata hmōi uelaminib⁹ cooperta:nō nisi uel admodū paucis quasi quædā arcana detegebant:
ea uero pares numeros:impares:pariter pares:impariter pares:per se incompositos:per se cōpositos:spe
cul̄t atq; cōsiderat:q itē plani:q solidi:lineares.s.superficiales:circulares:triāgulares:quadrati cubiciue
sint:perfectos insuper:perfectisq; maiores:& quō perfecti quiq; ex imparibus inter cadētibus numeris
mediis cōponant̄:numeroꝝ præterea inuicē ꝓportiones:multiplices submultiplices & id genus:ac tā
dē ut uno uerbo dicā:oīa quæ ad numerum absolutū spectant:ipsa arithmetica metit̄ atq; diiudicat:
Numeꝝ uero nō in seipo sed ad sonū relatiū:m sica pertractat: q̄ pithagoras samius per malleoꝝ in
æqualia pōdera:cordaꝝ dissimilē extensionē:calamoꝝ diuersam longitudinē cōstituit:Quæ tonū ha
mitoniū:diesim:tropos.19.simphonias tres:diatessarō:diapente:uidelicet ac diapason:q ex sonoꝝ spa
tiis:ꝓductionibusq; cōplent̄:optie dilucidat:hæc oia instroꝝ gn̄a cromatico:armonico:seu diatonico
genere molli ipsius soni emissione:uel gracili in aciem tenuata modulatiōe:dirigit & cōponit:hæc me
troꝝ:carminum:saltationum:tempora modosq; poetas fidicines:ac coraulas oēs edocuit.Hac musica
cretes ad citherā:lacedæmonii ad tibias:amazones ad calamos prælia aggredi cōsueuere:nostra quoq;
tempestate uidemus: ad tubarum clangorem sonipedes(ut sic dixerim)ad bella concitari:Xenocratē
ferūt limphaticos ac phreneticos simphonia ac modulis curasse:herophilum quoq; dicunt:ægrorum
pulsus rithmoꝝ collatiōe dignouisse:eorūq; motus i nūos musicos digessisse: Quid plura?nōne aīam
nostram harmoniā esse q̄ plures philosophi tradidere:cum omnes fere eius habitus ipsa gubernari cō
spicerent:nōne & aues ipsæ fistulis alliciunt̄?ac cātu inuitante ad retia sæpe decurrūt?ac uisco fallun
tur?Cælum quoq; ipsum multiplici suoꝝ orbiū rotatiōe harmoniam sublimē reddere a multis est cre
ditum:quadere & apud nationes q̄ plēs consuetudo fuit:ac legibus cautum:mortuos ad tumulū cātu
prosequi oportere:hac sola rōne ducti:q aīam n̄ram ex musica compactam:a musica genitā:ad origi
nem musicæ.i.ad cælū ipsum musica hac mundana interueniente redire credant:Geometria huic suc
cedit q̄titates cōtinuas imobilesq; designās:quæ pōdera:mensuras:formas:globos:solida:plana:sinuo
sa cōplectens:positionem terræ:ambitū:longitudinē:diuisionē:climata ac circulos ꝑalellos optem me
titur:lineares ductus:flexus circulares:triangulares anfractus:ad rectā normā deducit:Planares rursus
figuras:rectas.s.lieas tres triāgulus diuersa positiōe faciētes.4.tettagonū:mltas poligogniū:Solidas ue
ro sphærales:ouales:lēticulares:colūnares:piramidales:chylīdricas.cubicas:atq; id gn̄s figuras:discri
miat atq; secernit:Cui⁹ alūnā dr̄ geographia q nūq distātiā ciuitatū docere posset:nisi tertiū lat⁹ triāgu
li ꝓpoīb⁹ geometricis subduceret?Posse hic diopticā atq; catopticā tāq̄ ipsi⁹ geometriæ filiolas subdere
cū lineas uisuales:uel sub oculos cadētes:uel in corpore plano ac leni incidētes sub alia & alia angulo
rū refractiōe cōsiderēt:ueꝝ ne a ꝓposito lōgius digrediamur iā ad ultimā astrologiā deuenim⁹:Quæ
cū nomē seu descriptionē ab astroꝝ rōne deducat:circa magnitudinē mobilē maxime uersat̄:ea uero
bifatiā secta:de motu primi mobilis:atq; aliaꝝ iferioꝝ sphæraꝝ ptractās:plāꝝ orbes:q cōcētrici:q ue
excētrici sint cuiuslibet euexū atq; deuexū describēdo:eorūq; accidētia in ꝓgressiōe ac recursu:lunā se
ptisormē corniculatā:medilunā:dimidiato maiorē:lumie plenā:ac totidē formas in lumīs decremēto
repetētē optime demōstrat:sydeꝝ quoq; ortus:obitus:axes ac polos:circulos septētrionalē solstitialē:
æquoctialē:brumalē:australē:zodiacū:galaxiā:coluros:orizōta:ac mediæ diei ac noctis circulū expri
mit:q dies in anno mensurā noctis lucis æqualitate cōpensent:q ue sup excrescant:quō lunaris annus
354.diebus impleat̄:cū duodeci lunæ cū sole hoc tpe terminēt̄:solaris uero.11.maior diebus hēat̄:mē
se.235.hoc est annis.19.in eādē ad solis positionē i q̄ nūc est lunā reuerti:ad sydera fixa qnq; supra.50.
ānis ad cæteros uero plāetas āni magni ꝓlixitas expectāda:qnq; plāetas umbrā ignorare:solē uero ac lu
nā qnq; lumie priuari:solē ex ea pte q̄ cū mūdo uoluerit ort⁹ sui lineā quotidie imutare:ideq; circulos
ꝑalellos āni diebus æq̄les efficere:climata iuxta horaꝝ diuersitatē inhabitabili plaga distinguere:ac ne
uobis hic totā astrologiæ theoricā p capita uelle uidear recēsere: alia multa consulto ꝑtereo: q̄ ex pto.
fūmo hmōi sciæ pricipe siqs ea uelit uel p demōstratiōes geometricas:uel p instrumenta q̄libet poterit
cognouisse:Altera astrologiæ ps iudiciis ac ꝓnosticis continet̄:q cōplexiones tū signoꝝ tū planetaꝝ:
sibi p accidēs seu nāl̄t attributas:nō omittit:q.s.calida:frigida:mobilia:fixa:masculina:feminīa:caden
tia:succedētia:ascēdentia:descēdētia:longa uel breuia sint:q̄ qbus regionibus:ciuitatib⁹:arboribus:se
minibus:aīalibus dn̄ant̄:q planetæ diurni:directi:cōiuncti:fortes:inexaltatiōe gaudio & aliis eoꝝ af
fectionibus sint:diligēter obseruat: quæ oīa nobis i q̄driptito pto. enodat: cui cæteræ iudicia cōplētes
subtendunt̄:sicuti q genituras hoīum interrogatiōes:quæstiōes:horaꝝ electiōes: reuolutiōes:tū mūdi
tū aliaꝝ reꝝ:cōiunctiones planetaꝝ:eclypses lūnariū:mutationes tēpoꝝ: alteratiōnē aeris ac cometa
rum portētosam apparitionē patefaciūt; Postremo de imaginibus ac sigillis:q̄ optie caluerunt indi su

prema astrologiæ pte nō esset scia despicēda: sed qm̄ de hmōi uerba facere sacra nr̄a religione prohibē
mur: pinde ipsam una cū suis germanis atq; alūnis: magica: necromātica: geomantica: aruspicina: chi
romātica: atq; hmōi relinquemus: ad uerā astrologiā iterū breuibus recurrētes. Hāc primi ut plerīq; af-
firmāt: ethiopes iuenere: qppe q æqnoctiū incolētes: ac serenissimo aere fruentes: sydeꝝ cursus potue-
rint facilius obseruare: Aegyptii post hos semelaboratū opus magis elimatū reddidere: mēses: & ānos
scd̄m zodiaci diuisionē cōstituētes: Quos sequti sunt aphri atq; babyllones: ac tandē ī græcos p orphe
um defluxit astrologia: tātaq; huius sciæ cultoribus reuerētia ē hita: ut primis illis tpibus teste luciano
atq; strabone: cū iter atreū ac thiestē fratres: ut regno potiri deberet altercatio cecidisset: q alteꝝ astro-
logia supasset eū argiui ad regni culmē extollendū statuerūt: thiestē ferūt: cōstellationē arietis diligen-
ter ānotasse: ex quo & mithologicæ poetæ sibi arietē aureo uellere tectū natū rettulerūt: dehīc a iasōe
raptū: Atreus uero scd̄m motū sobs primo motui quodāmō oppositū primus declaratū: ac mūdi occa-
sum: solis ortū posuit: q̄obtē sibi græci ipetium tribuere: Fabulæ hic multæ adduci possent quibus lu-
ce clarius appetet: astrologiā apud antiquos ī maxīo p̄cio extitisse: Bellorofonta.n. alo non æquo alato
cælos ascendisse: dedalū atq; icaꝝ: endimionē: ac phaetonta quis optīos fuisse astrologos denegabit:
cū endimione lunæ: phaetōte solis: cursū descriptū fuisse certo sciam⁹. Quid sibi uelle creditis Satur
nū a ioue ligatū: ac exilio ppetuo damnatū: nisi q suo tardo motu in ultima planetaꝝ sphæra maxie
a nobis remota sit collocatus: Licurgus ille legū cōditor sūmus: nō absq; astrologiæ scia leges lacedæ
monus sanciēs: ut nō nisi plenilūio ad bella pdirēt cautū reliqt: Ac demū oēs fere gētes magno honore
astrologiā psequtas inuenio: pter ipsos archades q in mōtiū cōuallibus positi: nō adeo aeris serenitate
gaudētes: astrologiæ ignari: se añ lunā genitos gloriant: Poetis hinc materiam exhibētes: Pana ī arca-
dia genitū: qa siluestres ac rudes hoies: nō nisi rudē ac siluestrē deū nouerit eē colendū: Thaletē milesiū
q prim⁹ sapiēs dict⁹ est: ursæ maioris naualisq; astrologiæ iuētorē: primūq; īter phos de astrologia tra-
ctasse ferūt: cuius discipulus anarimander milesius: de motu octauæ spæ: cursu ac natura sydeꝝ multa
cōscripsit: Huius denīq; sciæ celsitudo uel eius demōstratiōibus q̄ oēs mathematicæ supmū certitudis
gradū obtinēt: uel sbi: hoc est cæli ac sydeꝝ dignitate cōprobat: ideq; tādē unica rōne cōcludit: cū &.n.
mortaliū fœlicitas in sbaꝝ æternaꝝ contemplatione cōsistat: pho hoc ethi.x. asserēte: illa q̄ ad hmōi fi
nem facilius ac certius ducet scia: nobilior ac potior p̄ cæteris erit iudicanda. Hæc siqdē q̄ itelligētiaꝝ
numeꝝ ex orbiū multitudine nobis oñdit: quo tandē ī dei cognitionē p quā facile deuenit: ut sūmo-
pere nobilis ac in primis expetēda cēseat: cōfiteri cōpellimur: Nec tm̄ de eē suspicor q astrologiā tanq̄
uanā ac falsam oīno aspernent: eā.s. ptem q̄ circa pnostica se extēdit: illā principiis sacræ nostræ reli-
gioni repugnantē affirmātes: q si recte aduerterit nō mō nō repugnare: imo multo magis q̄ sit phia cō-
cordē fore dephendēt: illi nāq; mūdū genitū pricipiū hūisse: phi ecōtra ingenitū æternū eē: illi deū īdi
uiduoꝝ curā gerere: phi primā cām si hmōi īferiora curauerit uilē dīt: ac demū illi hoies sua libera uo
luntate cōtra stellaꝝ influxus opari: ac illos q̄si emēdare posse cōtendūt: æqlē cōtingentiā: q̄ phi negāt
admittētes: Quib⁹ recte discussis nō astrologos ueꝝ illos q astrologiæ infensi sunt sūmope dānandos
cēsebim⁹: cū phi a fide deuii nomē sibi ascribāt: astrologi fidei cōcordis nomē: insequant: abhorreāt ac
detestent: nō discernētes phos post multā: longā ac cōtinuam lectionē: qd̄ pace coꝝ dixerim: nihil p̄ter
opiniones uarias Pla. Ari. & antiqoꝝ phoꝝ alleg: ac nihil fere p demōstrationē simplr̄ a priori demon
strare: astrologos uero ī pte saltim theorematū: nihil opinatū sed tm̄ mathematicis rōnib⁹ cōprobarū
atq; deductū admittere. Quantū denīq; ornamēti atq; utilitatis hæc nr̄a pfessio mortalibus afferat: cū
oēs tū mecanicæ tū liberales artes ipsa sūmope indigeāt: satis oib⁹ patere pōt: carpētaria nāq; tps quo
ligna carie nō passura īcidēda sint: ab astrologo assūmit: nautica ex hac turbines pcellas ac uētos pui-
det: armētaria silr quo tpe eq emissarii equas: tauri uaccas: inire debeāt: agricultura tps quo semina q̄-
libet terræ cōmittēda sit ab ista pquirit: metheorologici quō pluuias: uētos: ac aeris quaslibet īpressio-
nes declararēt si huiusce ignari fuerint: medici sine eius cognitiōe sanguinis minutionē aut farmacū
ægris quo pacto nō nisi cū periculo administrabūt: Ea uero oīa atq; alia multa quia ex añ dictis facile
pcipi pñt: ne qd humanitatib⁹ uestris tā benigne nos audiētib⁹ fastidii aut incōmodi accedat: iō ad no-
stræ orōnis calcē deueniemus: Nō sum nescius. V. clarissimi. plerosq; uestrū hodierno die huc cōuenis
se non quo aut doctrinæ: q̄ in me uel nulla uel p exigua est: aut suauitatis: uel oblectatiōis: q̄ præstare
nō possum aliquid cōsequi se posse putarēt: Sed poti⁹ ut primū hūc nostræ laudis aditum sua pñtia &
cōspectu honestarēt: Vobis igit oībus cū meritas gr̄as p sūma eoꝝ ī me humanitate referre nō queā:
quas tm̄ possum ac potero amplissimis uerbis nūc ago & hēo: agāq; & hēbo dum uiuā: Vobis uero qui
bus una mecū in hoc annuo munere uersari est animus: oē meū studiū: oēm opam: diligentiamq; poli-
ceor: nullus &.n. labor difficilis: nullū incōmodū graue: futuꝝ est: mō in rē urām id esse cognouerim:
atq; utinam tantum possim quantum cupio: Præceptorem tamē mē fore renuo: comitem potius spon
deo: & quicquid de lectionibus nostris scire cupietis: id ego ipsum una uobiscum scire conabor dixi

Sylulus Laurentius à portu Caballenus: Clariſſimo artium Doctori: ac Aſtologiæ conſultiſſimo domino Bartholomeo Veſpucio fœlicitatem.



Vantum mihi ſemp: de tua eruditione: ſim pollicitus: eruditiſſime Doctor: quãq; id iure potuerim: nuper tamen ex iis tuis: in Sphæra mũdi annotationibus: quas ꝓxime decentiſſimo ordine diſtinctas: ad me dederas: idibus Nouẽbris pſpicue accepi. Quibus certe ſum tuo ingenio atq; diligentia nõ mediocriter delectatus. in Aſtrologia. n. Polyhiſtor nũcupari meritiſſimo potes. Eniuero q̃ in hoc Codice ſalebroſa añ hac ſentiebanť. adeo ea cõnixus es leuigare: obſcura illuminare: nodos enodare: tortuoſa corrigere: ut unicuiq; poterit eſſe familiaris: ſuũq; quaſi manuale: & ad Aſtronomiã capeſſendã Enchiridion: in qua ſi quid durum uidebiť: id caſtigationũ tuaꝝ expoſitione emollietur: ac leuigabiť. Et ſicut non minus libenter q̃ diligenter iugi labore operã dediſti: ut opus caſtigatiſſimum publicareť: oĩſq; in eo nocturna caligo imiſſa luce diſcutereť. ita ego ſpero hæc tua annotamenta candidis lectoribus minime futura ingrata: minimeq; infructuoſa: incũbentibus potiſſimum Aſtrologiæ. Quæ quidem cognitio ſtudioſis ſolet eſſe nõ iniucunda. Et enim a reꝝ terrenarum contemplatu: mentes noſtras euocat: ad ſpectanda cæleſtia: ad curſus ſyderum: ſtatus pẽſitandos: ad ſuperas ſedes noſcitandas. Hæc ſane efficit: ut homines parum a diis diſtare uideantur. Sed ut a diuerticulo in uiam reuertamur: addidiſti operi quoddã Roberti compendium linconienſis nunq̃ editum: quod ſciam: ac quæſtiones Cardinalis Cameraeenſis haud inutiles: necnon figuras complures mathematicas: quæ ad ſcientiam pertinere uidebantur: quæ uſui nobis eſſent: prodeſſeſq; poſteritati. Taceo copioſiſſimam: & diſertiſſimam orationem: quæ oratorias omnis uirtutes complectitur: quam item more pictorum Parergon adiecisti: qua ueluti condimentis Nauſeoſus laſſeſcentis conuiuæ ſtomachus reficeretur. Docti. n. reperiuntur perſæpe multi: Sed qui idem & ingenio polleat: & eloquio: eorum eſt in numero reponendus: quoꝝ raritas cum phœnice comparetur. Floruit eloquẽtia Demoſthenes inter græcos omnis: Sed idem fuit ingenio tardiore. Videmus etiam poetam eminentiſſimũ: oratione pedeſtri minime ualuiſſe: Verſu uero claruiſſe plurimũ contra. M. Tullium ſoluta oratione fuit illuſtris: cum ne poſteris quidem locum dederit. At uerſu fuiſſe indocto ſimillimum: & legimus: & iudicamus. Te autem Bartholome (ut in hoc uidi Gymnaſio Patauino) nõ magis uno genere: q̃ alio: atq; alio delectaris. Cum nullam ſcientiam intentatam reliqueris: quod nemini unq̃ latinoꝝ fortaſſe contigit. Perge igitur quæſo prout facis. Hæc. n. tuæ naturæ docilitas: Hæc multiiuga doctrina ſpondent talem te futurum: ut quandocũq; in patriam repedare deſtinaueris: domuitionẽq; capeſcere eris non minimo illi emolumento: atq; ornamento. Vale Syluium tuum ut ſoles ama. Patauio quarto Nonas Decembris: a natali chriſtiano. M. d. vii.

¶ Quæſtori Patauino Laurentio donato Patricio Veneto Fraciſcus Capuanus Sipontinus Artium ac Medicinæ Doctor. .S. .P. .D.

TAmetſi humanæ uitæ imbecillitas Laurenti Donate uariiq; caſus(quibus noſtræ ſæpe cogitationes in medio curriculo franguntur atque corruunt) me crebro admonuerunt:ut noſtros cõmentariolos in ſphæram tandem exiberem. Eos tamen in nonum annum Horatio auctore conſtitui præmere pariter & quieſcere: ut ad eos aliquando tanquam alienos redirem:& ut ad poſteros emendatiores peruenirent. Verum quom perſpicerẽ:te non mediocri teneri deſiderio cognoſcendi ſyderum rationem & legem:ac cæli ſtructuram elegantiſſimam: unde & mundi nomen inditum eſt:operepreciũ duxi præſtituto tempore non expectato noſtras uigilias repetere:tuæque pro uiribus non de eſſe uoluntati. Nam quãuis minime ſim neſcius: tui ingenii acumen humanitatis ſtudiis ac philoſophia exculti noſtra non indigere explanatione. Tamen hoc te labore reipublicæ detentum curis leuandum exiſtimaui:quare innata humanitate qua litteratos omnis amplecteris atq; foues:ſuſcipe hoc munuſculum meæ in te pietatis teſtimonium. Quod quãtulumcunq; aſtronomiæ ſtudioſis collaturum ſit:id omne tibi acceptum ferant. Vale mi unice patrone.

¶ Ioannis de Sacrobuſto Aſtrologi Celeberrimi Spericum Opuſculum cum breui & utili expoſitione Eximii Artium ac Medicinæ Doctoris Domini Franciſci Capuani de Manfredonia aſtronomiam in Pãtauinõ Cymnaſio Publice Legentis Feliciter Incipit.

PROLOGVS

SIcut uult philoſophus in principio ſui libri de anima dupliciter ſcientia aliqua nobilior alia prædicatur:primo dignitate ſubiecti: cuius ratio eſt quia ſubiectum eſt materia & cauſa circa quam ſcientia uerſatur & eſt modo nõ eſt ambigendũ cæteris æqualibus cauſa nobiliori exñte effectum eius eſſe nobiliorẽ:& hoc eſt qđ ideq; præfat⁹ philoſophus ſcđo de cælo.xii.metha.&.xvi.de animalibus cõfirmat q; melius eſt parum ſcire de re & ſubiecto nobiliori q̃ multum de uiliori:quare melior ẽ ſcientia nobilioris:imo ob ſcientiã uilioris imperficit̃ & uileſcit ut idẽ .xii. methaphyſicæ q; nõ eẽt niſi uilitate ſubiecti:certũ ẽ igit̃ ſcientiæ dignitatẽ ex ſubiecto & materia circa quã ipſa uerſat̃ attẽdi debere:ſcđo ſcientia nobilitat̃ demõſtrationis certitudine & mõ procedendi:qm̃ cum rõ formalis ſciẽtiæ ſit cauſæ cognitio:& ex ea ad effectũ pceſſus uel ecõtra in duplici materiæ demonſtrationis ut habet̃ in prĩo poſte.q̃to huiuſmodi noticia eoꝝ firmior eſt:tãto & ſcientia nobilior: tãto autem noticia eſt firmior: quãto proceſſus certior & demonſtratio uigoroſior:quare certitudine modi demonſtrãdi ſcientia quælibet nobilitatur:aſtronomia autem utroq; modo reliquas ſcientias uincit & excedit: primo quidem nobilitate ſubiecti: ſubiectum nanq; eius eſt corpus cæleſte:quod ueluti inferius declarabo per corpus mobile circa medium importatur:tale autẽ cum ſit ſubſtantia:nobilius eſt ſubiectis ſcientiaꝝ mathema.quæ quidem quantitates ſunt:ut magnitudo:& numerus:ut omnes fatent̃:præterea quoniam in generabile icorruptibile quod nec intenſione creſcit: nec retractione minuitur: nec uariatione permutatur: ſed ſemper in propria uiſuæ ſe naturæ ſubſidiis nixum cuſtodit:primo de cælo & mundo:qđ ob eius excellẽtiam locũ nobiliorem altiorem ac principio primo propinquiorẽ ſibi uendicauit:& mediator aſtractoꝝ & corruptibiliũ Auer.primo cæli commento uigeſimo ſecundo:quinimmo omniũ generibiliũ & corruptibilium cauſa ex omniũ ſententia philoſophoꝝ:corpus cæleſte inter omnia corpora præſtantiſſimum eſt: qua de re aſtronomia excellit & mathematicas ſcientias & naturales diſciplinas:minime autem diuinam. Eſt & ſecundo ſcientia hæc nobilis & digniſſima demonſtrandi certitudine & firmitate:probat nanque & demonſtrat certiſſimis rationibus:uidelicet mathematicis demonſtrationibus:in quibus nulla intercipitur ambiguitas:ſed retinent certitudinis gradum ſupremum Auer. ſecundo methaphyſicæ comento.xvi.teſtante.qua de re ratione procedendi & naturalem excedit & diuinam non autem mathema. & hac de cauſa philoſophus ſecundo phy. uocat aſtrologiam mediam inter naturalem & mathe. per participationem:participat nanque naturalis ſcientiæ ſubiecto immo nobiliori parte eius ſubiecti: & ideo ea dignior: modo uero procedẽdi utit̃ mathematico; ut eſt uidere in libris theoricæ aſtronomiæ: præſertim in Almag.ptole.& ideo certiſſima eſt prædicãda.grandis eſt igitur dignitas & utilitas aſtronomicæ diſciplinæ:quam quoniam nemo bene adipiſci poterit abſq; hoc opere ſphærico: cum ĩ eo radices principia & fundamenta quibus ignotis aſtronomia periclitabitur:breuiter ſuccincte & ordinate traduntur: quare nouitiis hanc diſciplinã cupientibus aditũ eſt & uia patens: eiuſdem operis quãta ſit utilitas dignitas & excellẽtia facile liquet: auſim nãq; dicere & fateri eſſe tantam quãta eſt totius ſcientiæ:quinimo ĩ eo tota theorica aſtronomiæ in uniuerſali cõnnetur & cõfuſo:huiuſmodi nãq; pars tota uerſat̃ circa figurã & ſitus uniuerſi & p̃cipue cæli:circa motus primi mobilis:& orbes & motus inferioꝝ ſphæraꝝ: quæ oĩa ſiqs bene cõſideret ĩ hoc puo ope cõpræhẽdet:ĩ prĩo nãq; tractatu figura & ſi-

tus declaratur uniuersi. In secundo circuli sphæræ exponuntur: in tertio motus primi mobilis notificatur: in quarto uero & ultimo orbium & motuum planetarum noticia traditur. Et sic patet q̈ tota materia astronomica theoricalis in hoc paruo libello contenta est. Quare sequitur q̈ idem est subiectũ ĩ eo qđ in tota astronomiæ theorica: est autem subiectum astronomiæ huius corpus mobile ad ubi circa medium inquãtum mobile: ut alibi declaraui: pro nunc autem dico q̈ quia astrologia subalternat̃ naturali in qua subiectum est corpus mobile: hoc idem in ea limitabitur: at quia corpus cæleste quod astrologus considerat: non mouetur nisi motu locali: est additum ad ubi: & quia de motibus localibus non mouetur nisi circulariter: adiunctum est circa medium: & hoc tale scilicet corpus mobile ad ubi circa medium: est subiectum in tota astrologia tam theoricali q̃ iudiciali: ad hoc autem ut a iudiciali hæc distinguatur: additum est inquantum mobile: nam corpus mobile ad ubi & cetera: est subiectum ĩ parte iudiciali: non inquantũ mobile: sed inquantum effectuũ ĩ his inferioribus productiuum: ut notum est: sequitur q̈ corpus mobile ad ubi circa medium inquantum mobile: sit subiectum ĩ hoc libro sphæræ: & est similis comparatio huius libri ad totam partem theoricalem: comparationi libri physicorum toti philosophiæ naturali: quemadmodum nanq; in libro physi. habetur noticia totalis philosophiæ naturalis in uniuersali & confuso: ita in hoc opere totius astronomiæ theoricæ traditur cognitio: & ueluti idem est subiectum in libro phy. & tota philosophia naturali corpus. s. mobile: ita idẽ est in hoc opere subiectum & in tota astronomiæ theorica: ob causam iam prius narratã: quod ẽ corpus mobile ad ubi circa medium: & ita patet per prædicta huius operis utilitas: & intentio siue subiectum. Quod quia & expositione indiget: & multorum notificatione: cum non tantum mihi ipsi natus sim: pro utilitate inchoantium: & scientiam huiusmodi affectantium: ceu nostræ uires se extendent ita ui declarare: q̈ si nostra expositio sicut non ambigo diminuta fuerit & imperfecta: sequentes gratiam mihi habebunt: cum eis dederim uiã eã cõplendi: & opusculum præsens melius & pfectius iterp̃tandi.

.B. Est difficultas quod subiectũ ipsi astrologiæ assignare debeamus: Et omissis alioꝝ opinionibus: breuibus dicamus: q̈ cum duæ partes ipsa astrologia cõplectatur: alteram demonstratiuã: iuditiariam alteram: ne unicuiq; unum (ut nonnulli faciunt subiectum ponere debeamus) unicum ambas cõtinens partes sibi attribuemus: sicuti fit ĩ ipsa medicina: nã huiusmodi diuisio ẽ generis ĩ suas species: Et licet tota astrologia nõ sit una unitate numerali: specifica: aut generica: tamẽ hoc nõ tollit quin possit dici una: unitate quadã analogica: ac proportionali: sicut quæcũq; ad unum dicuntur sicut prius & posterius cã & effectus: & licet in astrologia diuersa multum pertractari uideantur: tñ una ẽ scientia: unitate obiecti qđ est unum unitate analogiæ: & attributionis: cuius astrologiæ diffinitio talis erit: astrologia ẽ lex: seu ratio: motus cælestes & figuras: in se & suis effectibus ult̃ considerãs: Qua diffinitione habita: frustra ponet̃ differentia inter astrologiã & astronomiã: cũ fere idẽ ĩportare ex uocabulo græco uideant̃: Ex qua diffinitiõe adequatum astrologiæ subiectũ eliciemus: Quod erit huiusmodi uidelicet: Corpus cæleste mobile motibus cõtrariis: & uirtutibus: Quatenus illis diuersæ fiunt in his inferioribus alterationes: trãsmutatiões: Quod autẽ hoc sit sufficiẽs subiectũ declaro: nã ĩter cæteras cõditiões q̃ pro aliquo subiecto requirunt̃: una est: q̈ subiectũ: nõ debet probari in scientia: Sed accipi tanq̃ notum: aut ꝓbatũ ab alio: Ideo ipse astrologus accipit suũ subiectũ ꝓbatũ a philosopho: nã naturalis ꝓbat cælũ moueri: cũ sit corpus: ꝓbat cælũ moueri diuersis motibus: Quoniã idẽ secundũ idẽ est semp aptum natũ facere idẽ: ut igit̃ diuersæ fiãt generationes & corruptiones: quæ faciunt ad cõseruatiõem uniuersi: & ne semp in uno loco fiat generatio: in alio semper corruptio: oportuit cælũ diuersis motibus moueri: & in ipso esse diuersas uirtutes ĩtelligentiarum influentiũ in hæc inferiora: & hæc oĩa ut diximus ꝓbata a philosopho in diuersis locis accipit ipse astrologus tãq̃ nota ꝑ suo subiecto: de quo postea proprietates & passiones demonstrat: nã ĩ p̃te demonstratiua nõ probat cælũ moueri: sed ĩ q̃to tempore: q̃ta uelocitate: quot motibus: ad q̃ positionem: moueatur: ĩ parte autem iuditioꝝ: nõ probat in cælo esse uirtutes diuersas influentes in hæc inferiora: Sed quæ sint: & quot: & quomõ: & in quo tẽpore: suũ effectum producãt: Quibus recte cõsideratis: aperto liquet: illud esse totius astrologiæ subiectum adeq̃tum. Istius autẽ libri: cũ sit introductoriũ ad partẽ demonstratiuã subiectũ erit: Corpus cæleste mobile motibus diuersis: inq̃tũ mobile: Cũ in isto nihil ad iuditia ĩmediate attinens contineatur: Sed tantũ ĩ uniuersali totius fere sciẽtiæ demõstratiuæ summa cõpendiosa declaret̃: Et hæc de subiecto: Quis autẽ sit eius modus demõstrãdi dicit̃: cũ in parte demonstratiua ut in pluribus a priori suas conclusiones deducat: per demonstrationes mathematicas: in iudiciis a posteriori procedat: q̈ utroque genere demonstrationis utit̃: sæpius autẽ a priori: Et ex hoc soluitur q̃õ astrologia sit media inter naturales & mathematicas: media. s. ꝑ participationem: naturalis nãq; ꝑticipat suũ ab ipso subiectũ accipiẽs: mathematicæ quatenus ut in pluribꝰ geometricis: aut perspectiuis: aritmeticisq; rationibus utit̃. Vtrũ autẽ magis naturalis an mathematica dicẽda sit ẽ: quoq; difficilis: attinẽs secundo libro phisicæ auscultationis: cũ forte possemꝰ dicere: qđ magis mathematica: cũ forma ma nobilior esse dicat̃: subiectũ reducit̃ ad genus causæ materialis: modus aũt demõstrandi ad formã: a nobiliori autẽ debet fieri denominatio: Sed huius uera determĩatio ab alio artifice ꝑquirat̃: hæcq; nunc ꝓbabiliter sint dicta.

1

SPhæra igitur ab Euclide ſic deſcribit̃. Quia ſubiectum in ſcia eſt illud circa quod principaliter uerſat̃ eius oĩs conſideratio: ſubiectum nominatum eo q̃ in ſcia ſubiicit̃ & determinat̃: de eo nãq; proprietates & paſſiones cõcluduntur: & materia exiſtit circa quod alia ſpeculant̃: & ſphæra quæ p̃ corpus mobile ad ubi circa medium: ingtum mobile importat̃ in præſenti opere eſt ſubiectum: ut diximus: cõueniens eſt ut de ſphæra partibus eius & paſſionibus in eo determinet̃. Quæ quidem determinatio quadripartita eſt: ſcdm q̃ in quattuor tractatibus agit̃. Primo nãq; diffinit̃ ſphæra & eius indiuiſibilia. ut centrum axis & poli ſphæræ: eaq; diuidit̃. Multa quoq; aſtronomiæ principia declarantur: ut q̃ ſit forma mundi: q̃ cælũ moueat̃ ab oriente in occidentem: q̃ cælũ ſit ſphæricum: q̃ terra & aqua habeant figuram rotundã: q̃ terra ſit in medio & centro totius: q̃ ſit paruæ quantitatis & ad inſtar pũcti reſpectu ſphæræ: q̃ immobilis & fixa in loco ſuo naturali: & demũ eiuſdem quãtitas demõſtrat̃: quibus negatis non tm̃ effectus aſtro℞ confunderent̃: immo eorum ſcientia totaliter nobis abnegaretur.

Secunda huius operatio eſt de circulis quibus ſphæra cæleſtis hoc eſt cælum imaginat̃ cõponi: ſimiliter & materialis ſphæra: hoc eſt ſphæra facta & cõſtructa ex aliqua materia: uti ferro uel ligno illã repræſentans in tractatu ſecundo ibi. HORVM autem circulo℞.

Tertia conſideratio erit in tractatu tertio de motu primi mobilis & primæ ſphæræ. ſ. de ortu & occaſu ſigno℞: & cæli mediatione: & ſecũdo de diuerſitate die℞ & noctiũ quo ad longitudinem & breuitatem: cuius diuerſitatis cauſa eſt ortus & occaſus ſigno℞ diuerſitas: & tertio de diuiſione terræ habitabilis ĩ climata: in quibus huiuſmodi diuerſitas contingit ibi. SIGNORVM aũt ortus. Quarta & ultĩa huius libri ſpeculatio erit de ſphæris aliis: a prima de ſphæris uidelicet planetarum & eo℞ motibus. Et de quadam paſſione eo℞. ſ. de eclypſibus: & hoc in quarto tractatu ibi. NOTANDVM q̃ ſol habet .B. tractatum &c. Auctor præmittit prooemium in quo primo captat beniuolentiã ex huius ſciẽtiæ nobilitate & dignitate: cum dicat ſe uelle tractare de ſphæra mundi: de iſta machina in qua nos habitamus: iucundum nãq; eſt hominibus hunc mũdum incolentibus: eius cõpaginem ac tanti domicilii ordinem nõ ignorare. Reddit etiam auditores dociles ex op̃is breuitate: cum quattuor capitulis ſe omnia complecti uelle p̃mittat. Vltimo facit attentos: cum ſe difficilia declaratu℞ oſtendat. De ordine nãq; cælo℞: atq; elemento℞ natura: ſitu: figura: motibus: & q̃titate: maxima inter antiquos diſceptatio fuit: Quidam totam ethercam regionem unum & continuũ: quidam plura & diſcõtinua: hi octo ponũt ſphæras: illi nouem: alii decem: quidam Solem im-

Sphæræ mundi compendiũ fœliciter inchoat.

Nouitiis adoleſcẽtibus ad aſtronomicã rẽp. capeſſendã aditũ impetrãtibus p̃ breui rectoq; tramite a uulgari ueſtigio ſemoto: Ioannis de ſacro buſto ſphæricũ opuſculũ: cõtraq; cremonẽſia in planeta℞ theorica delyramẽta Ioãnis de mõte regio diſputationes tã accuratiſſime q̃ utiliſſimæ. Necnõ Georgii purbachii ĩ eorũdẽ motus planeta℞ accuratiſſ. theoricæ dicatũ opus: utili ſerie contextum inchoat.

PROOEMIVM

TRACTAtum de Sphæra quatuor capitulis diſtinguimus. Dicturi primo cõpoſitionẽ ſphæræ: qd ſit ſphæra: qd eius cẽtrũ: qd axis ſphæræ: qd ſit polus mũdi: quot ſunt ſphæræ: & quæ ſit forma mũdi. In ſcdo de circulis ex qbus ſphæra materialis cõponit̃: & illa ſupcæleſtis quæ p̃ iſtã imaginat̃ cõponi intelligitur. In tertio de ortu & occaſu ſigno℞: & de diuerſitate die℞ & noctiũ quæ fit habitantibus ĩ diuerſis locis: & de diuiſione climatũ. In quarto de circulis & motibus planeta℞: & de cauſis eclypſium.

Diffinitio ſphæræ. Capitulũ primum.

SPhæra igit̃ ab Euclide ſic deſcribitur. Sphæra ẽ trãſitus circunferentiæ dimidii circuli quotiẽs fixa diametro quouſq; ad locum ſuum redeat: circunducit̃: ideſt Sphæra eſt tale rotundũ & ſolidum quod deſcribitur ab Arcu ſemicirculi circunducto.



mediate supra lunã in secundo loco statuerunt quidam in quarto: elementarẽ autem regionẽ alii ex uno: alii ex pluribus cõponi credebãt: quorum alii certũ numerũ statuerũt: quidã ĩfinita dicebãt: aliq tã elemẽtis q̃ ipsis corpibus cælestib' uarias figuras tribuebãt: diuersitas aũt opinãtiũ arguit difficultatẽ in re: hæc igit oĩa ac multa alia a nr̃o auctore in primo capitulo breuissime declarant. In scd̃o uero: noĩa ac diffinitiões circulorum sphærã materialẽ ĩtegrantiũ: cui similẽ cælestẽ illam imaginamur optime ptractat. Tertiũ uero diuersum ortũ & occasum signorum: dierum naturaliũ necnõ artificialiũ uarietates: ac terræ habitabilis ĩ climata partitionẽ: res cognita difficillimas nobis absoluit. In ultimo oĩa fere quæ in theoricis planetarum longo sermone ptractant: cõpendiose perstringit, circa sitũ orbiũ: planetarum sphæras integrantiũ: ac motum ipsorum: & causis eclypsiũ: quæ oĩa apud antiquos maxime dubia fuerũt: cũ aliq eccẽtricos & epicyclos negauerit: alii cõcedẽtes plures aut pauciores posuerĩt: alii motũ ppriũ sphærarum ab occidẽte in oriẽtẽ nõ crediderint: quæ oĩa apte satis auctor ipse q̃tum ad introductoriũ spectat nobis enodabit. Vnũ ẽ notãdũ q̃ nõ iniuria opus hoc suũ tractatũ appellauit: cũ in eo nõ seruet ordo sicut fit in aliis libris: semp. s. pcedendo de magis noto ad minus: nam in principio quando declarat quid sit sphæra recta & obliqua: hoc declarat p circulos æqnoctialẽ & orizõta: q nõ declarãt nisi in scd̃o capitulo de circulis: ut ibi uidebitur.

Circa partẽ primã est notandũ q̃ pfecta de aliquo scibili hr̃ scia ex tribus. Primo ex diffõne & expositione pfecta illius scibilis. Si. n. subiectũ nõ declaret sed ignotũ remaneat: qualiter de eo scia acqret? Secundo scia pfecta alicuius cõsistit in eiusdẽ diuisione in partes: nisi nãq; diuidat nõ distĩcte sed cõfuso mõ tm̃ cognoscet. Tertio cõplet scia in notificatiõe partiũ scibilis & ei' passionũ: ut declarat Aristo. prĩo posteriorum. Non. n. sufficit scire subiectũ & ptes hr̃e: sed ptiũ pprietates & passiões nõ ignorare requiritur: ut scientia cõpleat. Hac de cã uolens autor pfecte sphærã notificare eã primo diffinit Secundo sphæram diuidit ibi, SPHAERA aũt dupl'r diuidit. Tertio uero partiũ motus determinat & pprietates ibi. VNIVERSALIS aũt mũdi. Sphæra aũt dupl'r cõsiderari põt. Primo mõ q̃tũ ad fieri. Scd̃o mõ q̃tũ ad factũ eẽ: igit eã dupl'r notificat. Primo diffinitione primo mõ q̃ mathematica est magis & imaginatoria. Scd̃o uero secũdo mõ diffõne naturali magis & reali ibi. SPHAERA etiam a Theodosio. Pro lucidiori noticia diffõnis utriusq; notandũ est primo: q̃ sicuti hr̃ in principio elemẽtorum Euclidis. Figura est q̃titas termino ul' terminis clausa & cõtenta. Siquidẽ oĩs q̃titas ut naturales demõstrant finita est & terminata. Termini aũt qbus oĩs q̃titas terminat: ut ibidẽ uult Euclides & phs in pdicamẽtis sunt triplices. pũcta. s. lineæ ac supficies: sed qa pũcta q̃titatẽ nullã claudũt neq; figurã cõsequẽter: sed lineæ tm̃ & supficies: figura oĩs lineis tm̃ uel supficieb': pũctis aũt minime primo terminat & cõtinet: & si qdẽ ea lineis claudat: ex quo lineæ termini sũt supficierum figura dicet supficialis. Si uero eadẽ supficieb' cõtineat: qa supficies termini sunt corporum: corporalẽ figurã noiauere: qa igit termini qb' figuræ terminant nõ sunt plures his: neq; figuræ ipsæ plures erũt. Præterea figura supficialis ul' terminat linea una tm̃: q rotũda erit: qa linea recta neq; una neq; duæ figurã claudũt p. v. petitionẽ primi elemẽtorum: & talis erit circulus & figura circularis. Vñ circulus est figura plana. i. supficialis unica linea circulari cõtenta: & hæc linea circulũ cõtinẽs circũferentia dicta est. Vel terminat figura plana plurib' rectis lineis & tũc uel trib': qa duæ nõ claudũt (ut dictũ est) figurã & cõsurgit triãgulus unde triãgulus est figura plana recti linea trib' rectis lineis cõtenta: uel q̃ttuor & dicit q̃driãgulus: uel qnq; & uocata est pẽtagon': & ita ulteri' singulis numeris a trinario p æq̃litatẽ linearum figuræ planæ singulæ pducũt & ab eisdẽ numeris denoiant. Eodẽ quoq; mõ figura corpea ul' terminat supficie unica & simplici: q rotũda est p fundamentũ idẽ: & hmõi figura dr̃ rotũda. Quæ si supficies eã terminãs & claudẽs nullã hẽat eminẽtiã & depressionẽ: imo p totũ sit æqualis & æquali distãs a cẽtro dicta ẽ sphæra uel corp' sphæricũ. Si uero nõ sit pfecte rotũda: imo oblõga ut ouũ: uel lata ut lẽs: uel eminentiã aliquã possidẽs & depssionẽ rotũda erit: sphærica uero minime: q si lõgitudinẽ hẽat maiorẽ: oual': si uero latitudinẽ: lẽticularis: si aũt depssionẽ & eleuationẽ: rotũda irregularis dr̃. At si supficieb' plib' terminet: ul' q̃ttuor & dicet piramis trilatera: ul' qnq; estq; piramis q̃drilatera: ul' sex & fiet cubus: ul' octo & erit octocedrõ: & ita de aliis qs qa Euclides optie psequt nõ curo al'r exẽplificare. Scd̃o ẽ notãdũ p declaratiõe priæ diffõnis positæ. ii. elemẽtorum ppe pricipiũ: q̃ hmõi pdicatio sphæra ẽ trãsit' nõ est idẽptica & essentialis: qa diffinitũ qd' est sphæra corp' ẽ de pdicamẽto substãtiæ. Trãsit' aũt cũ sit motus localis ĩ pdicamẽto actiõis ul' passionis locat. Mõ ea q sunt in pdicamẽtis diuersis: idẽptice & essentialr pdicatiõe affirmatiua de se inuicẽ minime pdicãt: sed bñ negatiue ut hr̃ prĩo poste. q̃re falsa ẽ hæc pdicatio idẽptice: uerum erit pdicatio cãlis ita itelligẽda. Sphæra ẽ trãsit'. i. corp' causatũ seu cãri imaginatũ ex trãsitu: qd' uerum est scd̃m mathematicã imaginationẽ. Imaginãt nãq; mathematici lineã motã cãre supficiẽ: & supficiẽ corp': & ita ĩ pposito lineam circũferẽtialem medietatis circuli moueri uolutione cõpleta & supficiẽ cõuexam sphæræ pducere.


Tertio est notãdũ seu ex dictis liq̃t circulũ unica tm̃ circulari linea & rotunda terminari & cõcludi: q linea dca ẽ circuli circũferẽtia. i. linea circuẽs & cõcludens circulũ. Linea uero recta p cẽtrum circuli trãsiẽs usq; ad circũferẽtiam ei': diameter dr̃ circuli: ut pz ĩ pricipio Euclidis. Est nãq; diameter lĩea recta p cẽtrum circuli trãsiẽs: applicãs extremitates ei' circũferẽtiæ: diuidẽs circulũ ĩ duo æq̃lia. Capiat ita q; diameter a b: cui medietas circũferẽtiæ circuli a c b ĩfixa circũuoluat: diame-



tro nõ mota: donec circũferẽtia dicta redeat ad locũ suũ.i.ducaẽ pfecta reuolutione: usq; quo circũferẽtia redeat ad c uñ moueri icepit. In spacio naq; illo imaginaẽ descriptũ ẽ ẽ corp⁹ qddam rotundũ: qđ sphæra seu sphæricũ corpus noiaẽ: qđ qa ĩ plano melius & clarius declarari nõ põt: sed materiali instrõ patescit pfectioré explanatioẽ lectorib⁹ reliquo .B. Circa primá sphæræ diffõnem aduerte q̃ aliq i hoc culpát eũ eũdẽ cũ ipse figuras mathematicas p motũ diffinire uideaẽ: cũ mot⁹ nõ ab alio q̃ a naturali cõsidereẽ: qb⁹ rñdem⁹: aliũ ẽẽ motũ a mathematico cõsideratũ: aliũ a naturali: ná naturalis cõsiderat motũ q ẽst ad ulteriorẽ pfectionẽ & ad terminũ: de quo Aristo. logẽ in physicis: sed mathematic⁹ nõ cõsiderat nisi quẽdã motũ trãsumptiuũ: scdm imaginationẽ tm̃: cõsiderat.n. q̃titatẽ abstrahẽdo a substátia ac cæteris pdicamẽtis: pter q̃ a situ: uñ si uacuũ posset dari ĩ rex natura mathematicus ĩ illo suas figuras demõstraret: cõsiderat igiẽ motũ nõ ut facit naturalis: licet p quodã fluxu imaginario ad hũc uel ad illũ sitũ: cũ ex lineis alr & alr inuicẽ cõcurrẽtibus figurax spẽs diuersæ pducaẽ. Et hoc ẽst q̃ apud mathematicos dici solet ex fluxu pũcti lineã: ex lineæ fluxu supficiẽ: ex supficiei fluxu corp⁹ cãri: cũ hoc tm̃ apud itellectũ locũ ac ueritatẽ habeat. Igim⁹ libro primo hãc eandem sphæræ diffõnem eleganter sic exprimit. Sphæra ẽst spẽs q̃dã in rotũdo cõformata: omnibus ex partibus æqualis apparens: unde reliq circuli finiunẽ: huius aũt exitus neq; itium põt definiri. Ideo q̃ in rotũdo omnes tractus: & initia & exitus significari possunt.

Sphera ẽt a Theodosio sic describiẽ. Sphera est solidũ quoddã una supficie cõtentũ: in cuius medio pũctus ẽst a quo oẽs lineæ rectę ductæ ad circũferentiã sũt ęq̃les. Et ille pũctus dr̃ centrũ sphærę. Linea uero recta trãsiẽs p cẽtrũ sphæræ applicãs extremitates suas ad circũferẽtiã ex utraq; pte dr̃ axis sphęræ. duo q̃dẽ pũcta axẽ terminãtia dñr poli mundi.

SPHAERA ẽt a Theodosio. Sphærã definit realr̃ magis & quo ad scĩm esse: diffõne Theodosii uñ dicit. Sphæra ẽ solidũ.i. figura solida & corpea: p hoc naq; qđ dr̃ figura poniẽ gen⁹: quo cõuenit nõ tm̃ solidis figuris: uex ẽt planis & supficialib⁹. Ad hoc aũt ut differat a supficialib⁹ poiẽ pria dr̃ia.s. solidũ.i. corpea: uocaẽ naq; solidũ oẽ id qđ hẽt soliditatẽ & pfũditatẽ: q̃le corp⁹ ad dĩiam plani qđ hẽt planiciẽ tm̃.i. lõgitudinẽ & latitudinẽ. At qa figurax corpaliũ plures sũt spẽs q̃ nõ sunt sphæra: ut supius innotuit. Sphæra naq; spẽs ẽst figuræ corporalis: qđ denotauit cũ addidit q̃dã.i. ẽ corp⁹ pticulare & determinatũ: nõ aũt oẽ. Ad hoc igiẽ ut differat a reliqs figuris corpeis: q nõ sũt sphæra. Scd̃am adiecit dr̃iã.s. unica supficie cõtentũ. Aliæ naq; corpeæ figuræ plib⁹ supficieb⁹ cõtineẽ: ut supra declaraui. Sed qa figurax cõtẽtax unica supficie aliæ sũt oblõgæ ut ouales: aliæ uero depssæ & latæ ut lẽticulares: q̃ & si rotũdæ sũt: ut supra claruit sphæra dici nõ debẽt. Aliæ uero sũt rotũditatis pfectæ non hñtes depssionẽ uel eleuationẽ ut sũt sphæricæ: ut distiguaẽ sphæra a primis: tertiã adiũxit dr̃iam.s.i cui⁹ medio pũct⁹ ẽ: a quo oẽs lineæ ductæ ad circũferẽtiã sũt æq̃les. In figura naq; ouali lõgiores sũt lineæ a medio ad ptẽ oblõgã & acutiorẽ ductæ: q̃ ad ptẽ depssam: & ita ĩ aliis figuris nõ regularib⁹ hñtibus.s. depssionẽ & eleuationẽ: quax supficies nõ æqualr̃ distat a cẽtro & medio ei⁹: neq; cõsequẽter lineæ ductæ a medio ad circũferẽtiã æquatiẽ: & ita hĩc explicatio pfecta diffõnis sphæræ q̃ fuit secũda. In hac pte aliq logicãtes puerilr̃ dubitant. Cũ sphæra & corp⁹ sphæricũ sit subiectũ ĩ hoc ope. subiecti aũt ĩ scĩa supponiẽ nõ tm̃ qa uex qd prio poste. Debuit igiẽ diffõ sphæræ hic psuppõi & nõ declarari. Sed hi nõ aduertũt q̃ qd ĩ scĩa psuppositũ nõ ẽ qd rei sed qd nois.i. significatũ nois: ut oẽs cõcedũt ĩ prio poste. Significata naq; noium (cũ ad placitũ significẽt) nõ pñt pbari: & ita hic suppositũ ẽ qd hic termin⁹ sphæra significet. Significat naq; corp⁹ rotũdũ pfecte: cum noib⁹ ut plures utunẽ utendũ sit.vi. topi. Diffõnes aũt sphæræ qd rei: declaratæ sunt ut patuit. Præterea & si qd ĩ scĩa supponaẽ: nõ tñ excludiẽ qn possit declarari & notificari: nõ tñ debet demõstrari & forti rõne pbari: qa tũc nõ supponereẽ: & ita ad ppositũ diffõnes sphæræ nõ sũt pbatæ: sed declaratæ tm̃ eo mõ: quo subiectũ ĩ oi scĩa notificaẽ: hoc naq; nullo mõ incõuenit. Et qm̃ sphæra descripta ẽ p mediũ: cõsequẽter declarat mediũ sphæræ: & alia q̃ sũt de rõne ei⁹ iq̃tũ moueẽ. Uñ dicit q̃ pũct⁹ ĩ medio sphæræ æq̃distãs a q̃libet circũferẽtiæ pte: cẽtx dcm̃ ẽst sphæræ: uerbi gr̃a. Sphæra a b supra pũcto c descripta: a quo oẽs lineæ ductæ ad circũferẽtiã sũt æq̃les. c. igiẽ punct⁹ cẽtx sphæræ diceẽ: & tale ẽ mediũ terræ: terra naq; ẽ ĩ medio cæli ab oi pte eius æq̃distãs. Si aũt p dcm̃ cẽtx recta linea ducaẽ: extrema ei⁹ utraq; ex pte applicãs circũferẽtiæ sphæræ: & sphærã diuidẽs ĩ duo æq̃lia: axis sphæræ uocaẽ: ut a c b pp silitudinẽ quã hẽt cũ axe curri: sicut nã q̃ rota curri uoluiẽ circulariter sup eius axe: ita sphæra imaginaẽ uolui sup axe hac: hẽt autem se axis ad sphærã: ceu ad circulum diameter: sicut naq; diameter trãsiẽs p mediũ circuli: & extrẽa ei⁹ applicãs circũferẽtiæ diuidit eũ ĩ duo media: ita axis sphærã: uex diameter ĩ plano scripta ẽ. Axis uero ĩ sphærico. Pũcta uero duo



a & b axis dicti termini: poli mũdi dicti ſunt.i.poli totius entis circulariter mobilis: ſup nanq; axe a c b: & polis a & b totũ cælũ circũuoluit motu diurno: ut ſphæra materialis oſtendit .B. circa ly ſolidum nota: ꝙ nõ debem⁹ abſolute intelligere corpus: nã licet corpus & ſolidũ ſint id eſt re: eſt tñ inter illa dr̃ia rationis: cũ corpus nõ primo ac principal'r ſignificet trinã dimẽſionẽ: ſed ſubiectũ ſtantẽ ꝑ hmõi trina dimenſione: ſolidũ aũt ipſam trinã dimẽſionẽ primo ſignificat: & iõ eã ſolum ſignificat: ut eſt ſñia diui Thomæ: Boeti⁹ ĩ hãc ſñiam deueniens libro ſecũdo: ut ariſt.c..iiii.ſic ait: neceſſe eſt aũt ut qcqd fuerit ſolidũ corp⁹: hoc habeat longitudinẽ latitudinẽ & altitudinẽ: Et qcqd hæc tria in ſe cõtinet: illud ſuo noĩe ſolidũ uocef: Nota etiã circa ly rotundũ & ſolidũ· quã bñ dicat macrobius lib.primo de ſomnio. Per hæc aũt duo noĩa ſolida ſphæra deſcribiſ: quæ nec ex globo ſi rotũditas deſidereſ: nec ex rotũditate ſi globus deſit efficiſ: cũ alteꝝ forma: alteꝝ ſoliditate corpis deſeraſ: De centro ſphæræ ſic ait hyginus: Centrũ eſt cuius ab initio circũductio ſphæræ terminaſ: ac terræ poſitio cõſtituta declaraſ: cui imediatæ de axe iſta ſubiungit: Dimenſio quæ totius oſtendiſ ſphæræ: cum ex utriſq; partib⁹ eius ad extremã circũductionẽ recte ut uirgulæ ꝑducũtur: quæ dimenſio a compluribus axis eſt appellata: huius aũt cacumina quibus maxime ſphæra niñſ: poli appellanſ nota tñ ꝙ iſti termini axis & diameter hoc modo differunt: quia unũ ſe habet ſicut ſuperius ad reliquum ſed non conuertitur; quia unuſquiſq; axis eſt diameter: Et non econtra: illud enim quod in corporibus ſolidis axis dicitur: in figuris planis diameter nominatur: nota ultimo ꝙ quia auctor non intendit pertractare de ſphæra & aliis ſicut faciunt geometræ: ſed ipſam uult applicare ipſi orbi: ideo dixit dicuntur poli mundi.

Sphęra aũt dupl'r diuidiſ ſ̃m ſubſtãtiã & ſ̃m accñs. Secundũ ſubſtantiã .in ſphęras nouẽ. ſ.ſphęrã nonã q̃ primus motus: ſiue primũ mobile dr̃ & in ſphærã ſtellaꝝ fixaꝝ quæ firmamentũ nũcupaſ: & in ſeptẽ ſphęras ſeptẽ planetaꝝ. Q uaꝝ q̃dã ſũt maiores q̃dã minores ſ̃m ꝙ plus accedũt uel recedũt a firmamẽto. Vñ inter illas ſphæra Saturni maxĩa eſt. Sphęra uero lunę minima ꝑut ĩ ſequenti figuratĩõe cõtineſ.


HOrum circulorum quidã sunt maiores. Habita in præcedenti tractatu sphæræ diffinitione: eius quoq; diuisione: necnon & partiũ declaratione: cum quorundã principiorum explanatione. In isto secũdo tractatu agit de circulis quibus sphæra celestis imaginatur cõponi: & sphæra materialis illam repræsentãs ĩtegratur & in ea oñdunt̃: & hoc est qđ dicit̃ titulus huius tractatus. Capitulum secundum de circulis ex quibus sphæra materialis cõponitur: & illa supercelestis quæ per istam imaginatur. i. repræsentatur componi intelligitur. Habent nanq; prædicti circuli officia propria uti infra patebit. Nota tamẽ φ diuersimode circuli de quibus loquimur in sphæra materiali & cælesti repiuntur. nan sunt in materiali tanq̃ partes eam integrantes siquidẽ sunt corporei. tantum nanq; ex dictis sphæra materialis componitur. Circuli autem in sphæra cælesti quia sunt imaginati ueluti lineæ: ul' superficies propter zodiacum: non componunt eam uere & realiter: siquidem corpus ex nõ corpore ĩtegrari ĩpossibile est: ut sumitur ex tertio de cælo & mundo: & ideo cum dixerit sphæram materialem componi ex circulis istis subdidit: & sphæra supercælestis componi intelligitur: idest non uere componitur propter causam recitatam sed imaginatione. Rubricam itaque prædictam referens inquit. Horum circulorum alteram uidelicet uere: reliquam uero sphærarum imaginatione componentium: quidam sunt maiores & quidam minores ut sensui patet: per sphæram materialem & ratione infra probabo. Et est circulus superficies plana in sphæra descripta: eam partiens in geminas partes. Qui ad hoc ut sit maior binas requirit conditiones. Quarum prima est φ transeat per centrum sphæræ: idest centrum sphæræ sit centrum eius. Secunda conditio consequenter se habens cum priori & adinuicem se inferentes est φ sphæram partiatur in duo æqualia: sinamq; non diuideret in duas partes æquas: non transiret supra centrum. Quod & si in corpore clarissime ostẽdatur: in plano tamẽ ita concludo: ita nanque linea recta ad planum & circulum se habet eum partiens: ueluti superficies circularis ad corpus sphæricum.

differũt circuli sphere materialis a circulis supercelestis sphere

In circulo itaq; a b cuius c centrum: lineam rectam protraho a c b: per centrum transeuntẽ in a & b extrema applicans: quam maximam dico linearum inter eius circunferentiam extra centrum trahi potentium: & non solum non dari maiorem: immo nec æqualem esse possibile: & est propositio. xiiii. tertii elementorum. Quod si esset contingẽs sit ea d e: ad cuius extrema a centro circuli c d: & c e productis: constitutus est triangulus c d e: cuius duo latera c d & c e per. xx. primi Euclidis sunt longiora tertio d e: sed eadeꝫ latera c d & c e: quoniam duæ semidiametri circuli æquiualent eiusdem diametro a b. igitur diameter a b maior est linea d e: immo omnium longissima: & consequenter circulus transiens per centrum sphæræ maior est: nec eo datur grandior. Et quoniam linea transiens per centrum circuli applicans eius extremitates ad extrema circuli diameter nominata: secat eundem in duas medietates primo elementorum: & si per centrum non transeat diuidit ĩ portiones & partes inæquales: ita (quia circulus maior in sphæra præterit per centrũ eius) eã in duo æqualia partietur: & ita patet φ hæ conditiones quæ ad esse circuli maioris requiruntur se inferunt perimuntq;. Et per oppositum patet circulum mi-



norem esse: qui neque per centrum sphæræ transit: neque eam in duo media secat: ceu linea breuior diametro in circulo: non transit per centrum neque eundem in æqualia partitur: ut præcedenti demonstratione manifestatur. Vniuersi autem in sphæra circuli sunt decem: quorum sex sunt maiores propter duas haberẽ prælibatas cõditiões: q sunt Aequnoctialis. Zodiacus. Colur⁹ distinguẽs solstitia. Colurus distinguẽs æquinoctia. Meridianus: & Orizon. Quattuor uero eorum sunt minores: uidelicet Tropicus cancri. Tropicus capricorni. Circulus arcticus: & circulus antarcticus. De quibus determinans duo facit: qa primo agit de maioribus: secundo uero de minoribus ibi. DICTO autem de sex circulis. Circa primum iterum quattuor agit. Primo nanque determinat de æquinoctiali. Secundo de zodiaco ibi. EST ALius circulus. Tertio in eodem capitulo de ambobus coluris ibi. SVNT AVtem alii duo. Quarto simul agit de meridiano ac orizonte ibi. SVNT iterum duo alii. Determinatio quidem de æquinoctiali duplici de causa aliorum sciẽtiam antecellit. Prima quoniam omnis nostra cognitio a facilioribus sumit exordium in prologo phy. tex. ii. & v. methaphy. tex. i. Est nanque doctrinæ principium a quo facilius quis addiscit: cognitio autem æquinoctialis circuli facilior est. Siquidem per eum alii notificantur. Diffinitur nanque zodiacus per declinare & obliquari ab æquinoctiali: & alii circuli similiter i sphæra nõ directe ut æquinoctialis situati: quare cognitio æquinoctialis est metrum & regula in diffiniendo & manifestando reliquos circulos. Secunda ratio sumitur ab eius nobilitate. Cum cæteris æquis digniorum doctrina antecellere debet. Aequinoctialis autem circulus inter omnes est digoior & nobilior. Primo quia cum æquidistet a polis mundi: supra quibus primum mobile primo reuoluitur: motus eius in ea sphæra describitur. Primum autem mobile longe dignius est aliis sphæris: quare & æquinoctialis nobilior zodiaco in. viii. orbe descripto & similiter aliis. Est & secundo nobilior & perfectior ob eius æqualitatem & regularitatem: quia nanque in sphæra directe situatur: a polo utroque æquidistans: super quibus tota sphæra mouetur: directe & regulariter mouetur ascendendo descendendo & cælum mediando. Zodiacus uero cum reliquis propter non æquidistare ab eisdem: non mouentur æqualiter. Et igitur motus æquinoctialis regula est & canon motus zodiaci eum regulans & dirigens: non imerito igitur ab æquinoctiali determinationem ichoauit. De quo prosequens duo agit principaliter. Primo nanque eum notificat. Secundo polos mundi distinguit & manifestat: qui diffinitionem æquinoctialis ĩgrediuntur ibi. VNDE notandum. Aequinoctialis duplex est diffinitio quid rei scilicet & quid nominis: igitur duo faciens. Primo ponit eius quid rei denotantẽ diffinitionem. Secundo uero quid nominis ibi. ET DICITVR æquinoctialis. Est nanque æquinoctialis essentialiter & diffinitione quid rei: circulus maior æquidistans ab utroque polorum mundi. Ponitur circulus loco generis quo conuenit cum omnibus circulis tam maioribus q̃ minoribus: ut autem a minoribus distinguatur additur prima differentia scilicet maior: quod intendit auctor p eius diffinitioné scilicet diuidens sphæram in duo æqualia: hanc nanq; esse maioris circuli diffinitionem supra patuit: & posuit loco diffiniti eius diffinitionem q bene potest fieri ut i topicis Ari. probat: homo nanque per eius gen⁹ animal diffiniri potest: & per generis diffinitionem dicendo q sit substantia animata sensibilis: quæ quoniam conuertitur cum animali: idem est ac si poneretur animal: & ita quia idẽ est circulus maior & circulus secans sphæram in duo æqualia: posuit secundum p primo. At quia circuli maiores plures sunt a quibus æquinoctialis distingui debet: ad differentiam eorum adiecit reliquam differentiam uidelicet: secundum quãlibet partẽ ab utroque polorũ æquidistans: qd nulli aliorũ circulorũ conuenit: ut demonstrat sphæra & patebit inferius: æquidistat nanque a polo determinato: secundum omnem sui partem: similiter ab utroque: tantũ nanq; ab uno quantũ ab alio remouet: nulli eorũ magis appropinquãs.


ET DICITVR æquinoctialis. Notificat tria nomina quib⁹ æquinoctialis appellatur: primum est æquinoctialis: quasi circulus in quo cum sol fuerit i uniuersa terra æquinoctium continget. Pro quo est notandum q dies causatur ex motu solis: & sicut motus solis dupliciter consideratur: ita & dies: mouetur nanque sol ab oriente in occidentem ad orientem secundo reuertendo: & rotam cum primo mobili diurnam circulationem complendo: & tempus motum hunc mensurans dies ẽ appellatus naturalis integratus ex. 24. horis. Vnde dies naturalis est tempus mensurans & causatum ex reuolutione solis cum primo mobili circa terram semel: quæ reuolutio hac de causa diurnus mot⁹ est dicta: & dicitur naturalis: quia huiusmodi dies semp est sensibiliter apud omnes æqualis: neq; ma-

dies considera(tur) dupliciter.

Et dr̃ æquinoctialis: qm̃ qñ sol transit per illũ: qd est bis in anno: i principio Arietis scilicet: & i principio libræ: ẽ æquinoctiũ i uniuersa terra. Vñ etiã appellat̃ æquator diei & noctis: qa adæquat diẽ artificialẽ nocti. Et dr̃ cĩgul⁹ primi motus. Vñ sciendũ q primus motus ẽ motus primi mobilis: hoc ẽ nonę sphærę siue cęli ultimi q ẽ ab oriẽte p occidentẽ rediẽs iterũ i oriẽtẽ: q ẽt dr̃ motus rõnalis: ad similitudinẽ motus rõnis q est in microcosmo. i. i hoĩe. s. qñ fit cõsideratio a creatore p creaturas i creatorẽ ibi sistẽdo. Sed s motus ẽ firmamẽti & planetarũ cõtrari⁹ huic ab occidẽte p oriẽtẽ iterũ rediẽs i occidẽtẽ: q mot⁹

dr̄ irronalis siue sensualis: ad similitudinē motus microcosmi: q ē a corruptibilib⁹ ad c̄atorē iter͂ rediēs ad corruptibilia. Dr̄ ergo cingulus primi motus: qa cīgit siue diuidit priu͂ mobile. s. sphæ͂rā nonā i duo æqualia æquidistās a polis mūdi.

iotatur aut minoratur diuersitas apud habitationes: quia igitur non accipit diuersitatez ob aliquam causam b inferius existentem. immo nulla inferior diuersitas tale temp⁹ sensibiliter uariaret naturalis dictus est dies. Secundo modo cōsideraẽ motus solis i quantū est supra orizontem: & supra nostrum æmisphæriū nobis ostendens eius claritatē & lumen: uel inq̄tū fit sub orizonte sole occaso: & nocturnæ tenebræ in æmisperio habitatiōis inductæ sunt. Et ita cōsideratus motus: siquidē fiat supra terrā & orizontē: spacio tēporis metiẽ: qd̄ artificialis dies ē dictus. ē nāq; artificialis dies: tēpus mēsurās motū solis supra æmisperiū: i quo tēpore eius lumen ōndit. Tēpus uero mēsurās eiusdē motū sub orizōte est nox: uñ nox ē tēpus solis sub orizōte latiōnē mēsurās: & sicut tota reuolutio solis circa terrā: cōtinet eius motū supra orizōtē: & sub eodē: ita dies naturalis cōtinet diē artificialē & noctē: uñ dies artificialis pars ē diei naturalis: q artificialis dictus ē: quoniā diuersitate habitationū orizontiū & meridianoꝝ uariaẽ: non enim æqualis est oībus partibus terræ: sicut patebit i tertio huius: simil̄r qm̄ dies artificialis causaẽ ex motu solis supra orizōtē: nō ē aūt supra orizōtē; nisi i respectu hītationū: si nō eēt nanq; habitatio: neq; supra neq; sub orizōte moueretẽ: q patet: qm̄ quādo respectu unius est supra: respectu alterius sub orizonte moueẽ: & hac de causa dies artificialis seu accidentalis dictus ē. Cuius q̄titas est scd̄m quātitatē motus solis supra orizontē: motus aūt solis supra orizōtē est scd̄m quāntatē arcus & spacii ab eo pertransiti: si qdē motus ē regularis sexto phy. igiẽ quāntitas spacii a sole descripti supra orizōtē: ōndit diei artificialis q̄titatē & arcus sub orizōte ab eodē descriptus: durationē noctis demōstrat: q̄ de re qm̄ arcus supra orizōtē descriptus ē æqualis arcui sub eodē: dies artificialis nocti æquaẽ: & cōsequēter fit æquinoctiū. i. tēpus cui⁹ dies artificialis æq̄lis fit eius nocti. Sed qm̄ ita ē q circulus æquinoctialis ab quocūq; orizonte in duo media partiẽ: si qdē circuli maiores se secāt i ptes æquales: & sp cæli medietas uideẽ reliqua occultata: itaq; medietas æquinoctialis supra orizontē intercipiẽ: reliq̄ uero sub eodē: seqẽ q sol i eo existēs: q bis i anno cōtingit. s. i principiis arietis & libræ: in q̄bus æquinoctialis intersecat zodiacū: facit motū supra orizōtē: æqualē motui sub orizōte: q̄re dies artificialis æquaẽ nocti: & fit i uniuersa terra æquinoctiū. Alii uero circuli a sole descripti: qa non partiunẽ ab orizonte i ptes æquales: ut patebit tertio huius: sequitur q sole alibi existente ab æquinoctiali: nō fit æquinoctiū: tantū igitur i hoc circulo sole exñte: æquinoctiū cōtingit in uniuersis hītationibus: & hac de cā æquinoctialis noīatus est. i. circulus in quo sol existens causat uniuersale equinoctium. Secūdo nomine diciẽ æquator diei & noctis propter eandem causam idest circulus in quo sole existente dies artificialis æquatur nocti. Sed dubitatur circa rationem nominis: non enim uidetur sole existēte in æquinoctiali fieri æquinoctium: immo dies artificialis nocte semper est maior. Omne nanq; luminosum corpus illuminat opacum minus: plus q̄ dimidium ex. 22. præpositione primæ partis respectiue. Sol autem maior est tota terra: quinimmo eam cōtinet. 166. uicibus ex sententia Alphagrani differentia. 22. Sol igitur illuminat terræ plus medietatem: parte medietate minori obscura relicta: & pluri parti terræ sol apparet: quam occultetur: sed præsentia solis & luminis eius causatur dies: eius uero occultatione nox: dies igitur maior est nocte: sole etiam æquatorem possidente: in eo igitur non contingit æquinoctium: neq; propter hanc causam æquinoctialis seu æquatoris nomen meretur. Secundo dato q æquinoctiales medietates: supra orizontem & sub eodem sint æquales: tamē ꝑpter magnitudinem sol maiori tempore uidetur quam occultatur: & consequenter dies artificialis ē nocte maior: qd̄ declaraẽ exēplari figura: fiat nāq; æqnoctialis a b: diuisus ab orizonte a b in duo media: in punctis a: & b: Sitq; pars circunferentialis solis superior i orizōte orientali a: notum est q tunc inchoat dies: quando uero eadē pars solis erit in occidente b: notū est q medietatē æquinoctialis petransiuit superiorem: & tamen dies non est completus: quia sol sub orizonte non est occultatus: immo anteq̄ occultetur: requiritur tempus in quo adhuc erit dies artificialis: cum igitur sole existente in æquatore dies artificialis non perficiatur pertransita superiori medietate: sequitur eum esse maiorem medietatis diei naturalis: & consequenter maiorem nocte: sole itaque æquatorem tenente æquinoctium minime contingit. In oppositum est ratio su supra adducta: quum nanque æquinoctialis ab orizonte quocunq; seu recto siue decliui: in paetes æquales partiatur: ut sphæra materialis ostendit & ratio cōcludit: ita q altera eius medietas sit supra orizontem: & reliqua sub eodem: & quia sol mouetur æqualiter motu diurno: erit motus eius existentis in æquatore supra terrā: æqualis motui sub terra sexto phy. & consequenter tempus diurnum tē-




pori nocturno æquabitur: cum dies causatur motu solis supra orizontem: & nox ex motu eiusdem sub eo:ut ex dictis superius satis liquet. Alus uero in locis sol existens circulos describit:quorum nullus ab ori zonte obliquo in partes secatur æquales:quare non causabit motum in illis supra orizontem: motui sub eodem æqualem:ut in tertio huius manifestabitur:quare eo extra æquatorem existente æquinoctium nõ erit in sphæra aliqua obliqua. Et dato ꝙ non esset ratio quare sol in æquatore facit æquinoctium: hoc patet experientia:depræensum est nanque manifeste:& continuo deprændimus ita esse: ꝙ sole in principio arietis & libræ: ubi zodiacus intersecat æquatorem existente : ubique fit æquinoctium: eodem uero ad septentrionem declinante:dies elõgantur supra noctes. Ad austrum uero remoto fit econtra:scilicet ꝙ no ctes maiores sunt diebus. Ad primam rationem in oppositum concedo solem illuminare plus medieta te terræ: ut ratio perspectiua demonstrat:negatur tamen sequela quando infertur: ergo dies nocte maior: sed ex illa propositione nil aliud sequitur: nisi ꝙ in pluri parte terræ est dies:cum solis lumen est in pluri parte eiusdem. Sequeretur ꝙ dies esset longior nocte: si maiori tempore illuminaret: & esset supra ori zontem q̃ sub eodem:ut ex superius dictis manifestum est. Ad rationem uero secundam dico: diem es se non quandocunque aliqua solis pars incipit uideri: unde quando de sole tantum partes circunferentiæ les ortæ sunt & non centrum: non dicitur esse dies: sed sole orto secundum centrum: dies iam existit: eo dem quoque modo eo occaso secundum centrum: & si aliqua circunferentiæ pars sit supra orizontem: dies iam desinit & nox incipit tunc: centeo igitur solis oriente dies inchoat: & eo occidente nox: cuius ra tio est:quia planetæ & astra magnam habent quantitatem: igitur si debeat accipi eorum locus & motus: per motum puncti capitur: locaotur nanque sydera i zodiaco per puctum eorum:ut alibi haber determi natū:sed non esset maior ratio ꝙ caperetur aliquis punctus circunferentiæ q̃ alter: ideo centrum accepe rūt:ab omni parte circunferentiæ remotum æqualem:& ideo tunc dicitur astrum esse in æquatore: quan do eius centrum est ibi:at quoniam centrum solis non mouetur maiori tempore supra orizontem quam sub:sequitur quod dies nocti æquatur: sole æquinoctialem possidente. Tertio modo æquinoctialis cir culus: cingulus primi mobilis & primi motus nominatus est. Pro quo est aduertendum: quod mundus apud philosophos duplex est. Magnus scilicet cõpositus ex quinque corporibꝰ:quattuor scilicet elementa & quinto corpore cælesti: omnia aggregans omnia continens & complectens: extra quem (ut primo de cælo probatur) nihil est:quapropter mundus magnus latine nominatus est: seu microcosmos apud græ cos: quod idem sonat a micro quod est magnus: & cosmos mundus. Alter est mundus paruus a græcis microcosmos: a micro quod est peruus & cosmos mundus appellatus:cuiusmodi est homo:ut uult Ari. in octauo de physico auditu: qui propter duplicẽ quam cum magno mundo similitudinem habet ut dicit Auer. comen. ibidem nomen mundi sortitus est. Prima similitudo est: ꝙ ueluti mundus magnus & tota sphæra ab intrinseco mouetur motu uoluntario: & ab intelligentia ei applicata & unita: ita & homo ab intrinseca forma mouetur anima uidelicet intellectiua ei propria: & ideo ceu uniuersum mundus est di ctum:ita & homo. Secunda similitudo est:ꝙ sicut in mundo magno dantur plura mobilia: quæ tandem resoluuntur ad motorem immobilem:primum a materia abstractum & incorporeum quod est intelligen tia:ut in eiusdem octauo demonstratū ẽ:ita in homine danẽ plura mobilia motibus diuersis: ut bñ sciunt philosophi & nos experimur: quorum omnium motor immobilis & incorporeus & a materia separatus est initium :qui est anima intellectiua hominis propria forma. Tertia similitudo nostra: qua homo no mine mundi conuenienter appelletur est:ꝙ ueluti magnus mundus omnia continet: & consequenter om nia est realiter:cum extra eum nihil sit primo cæli:ita & homo per cognitionem est omnia: cuncta nan que cognoscit: cum ei nihil naturaliter sit ignotum & occultum primo de generatione & tertio de ani ma. Quarta conuenientia quam in textu prosequitur auctor est: ꝙ ceu in homine & paruo mundo du plex est motus:a duplici uirtute procedens: quorũ alter a ratione superiori & itellectuali emanãs:rationis motus est dictus: quo ipse homo relictis terrenis & spretis caducis his & transitoriis: totum uirtuti: mo ribus : & creatoris se dat speculationi: qui quoniam finis eius est optimus: & cum ratione & uictoria uirtutis intellectualis superioris factus : rationalis dicitur . Alter motus microcosmi & hominis dicitur irrationalis : seu sensualis : a ratione inferiori & sensu procedens: intellectu quasi subpeditato & ui cto: quo quidem motu nil curans ipse homo de creatore: rebus diuinis & sempiternis:tantum corrup tibilia & sensibus grata diligit & sequitur: contra intellectus omnem inclinationem: inclinatur nan que homo & intellectus naturaliter ad optimum & deum tanquam ad finem proprium: ut philosophi morales & sacri theologi determinant. Quod autem in homine detur huiusmodi duplex motus: intel lectualis scilicet & sensualis: diuinæ scripturæ præcepta contemplantes & inquiunt & probant. Similiter & in microcosmo duplex localis motus repetitur: ut in primo huius notificatum fuit: primus scilicet quo primum mobile mouetur:omnes alias rapiens sphæras ab oriente in occidentem ad orientem iterũ finiens:in uiginti quattuor horarum spatio: qui quidem motus rationalis dicitur: cum ad orientalem p te terminetur:quæ cum dextra sit secundo de cælo & mũdo dignior ẽ & perfectior occidentali & sinistra: omne nanq̃ dextrum præcellit sinistrum:ceu rectũ obliquũ:& habitus priuationẽ: ueluti nanq̃ i homine motus rationis & intellectus quoniam ad bonum terminatur rationalis nominatur: ita propter eandem

causam motus primi mobilis: quoniam ad orientem finitur rationalis nuncupatus est. Secundus est motus sphærarum inferiorum ab occidente in orientem ad occidentem uersus tendentium: qui quoniam finis eius est pars sinistra & ulior: irrationalis est appellatus: similitudine motus hominis sensualis qui ad uilia & imperfecta & bona non existentia tendit. Sed non immerite dubitari contingit: quoniam uidetur ꝙ sicut primus motus incipit a dextro: ita & secundus: quare si primus motus rationalis nominandus est: eadem ratione & secundus: pars nanque dextra est unde inchoat motus secundo de cælo: modo licet primum mobile inchoet motum ab oriente: & consequenter pars orientalis in tali motu sit dextra: tamen sphæræ reliquæ inferiores incipiunt moueri ab occidente: & ita pars occidentalis dextra in tali motu dici meretur: cum igitur primus motus inchoet a dextro respectu eius: ita & secundus a dextro: non est maior ratio ꝙ primus debeat dici rationalis magis q̃ secundus. Ad quod dicetur ꝙ tam pars orientalis q̃ occidentalis in respectu possunt dici dextræ: in respectu dico diuersorum motuū: unde pars orientalis est dextra: in comparatione primi motus: occidentalis uero respectu secundi. Simpliciter tamen & absolute dextra dicitur orientalis pars: & sinistra reliqua: cuius ratio est: quoniam ab oriente omnes sphæræ mouētur motu diurno & motu uelocissimo: & non tantum sphæræ uerum etiam elementa: ignis scilicet & aeris pars superior: ut uolunt naturales in primo metheo. Ab occidente uero non omnes sphæræ inchoant moueri: immo tantum sphæræ infimæ: elementa uero minime: quoniam uero pars orientalis dextra dicitur: respectu motuum omnium sphærarum simpliciter dicitur talis: quod nanque cuicunque comparetur tale est: simpliciter tale dicitur: at quia pars occidentalis dicitur dextra respectu aliquorum & non omniū: immo sinistra: dextra erit tantum secundum quid: simpliciter autem sinistra: & quia denomiatio fit ab eo quod est simpliciter: & non quod est tale secundum quid: sequitur ꝙ primus ab oriente incipit a dextro: & motus secundus ab occidente & sinistro: & consequenter primus motus rationalis: secundus uero irrationalis conuenienter nominatur. Ad propositum primum regrediendo dico: ꝙ quia æquinoctialis in primo mobili descriptus in medio a polo distans utroque cingit huiusmodi corpus: & consequenter motuꝫ eius primum & rationalem dictum: cingulus primi mobilis seu primi motus: uel motus rationalis tertio modo est nominatus. B. leopoldus de circulis sphæræ sic ait. Ad intelligentiam circulorum ponatur homo directe stare sub æquatore: in uero cetro terræ. T unc intellige respectu illius stantis: unum punctum in oriente in sphæra cæli: & aliud in occidente: Tertium in septentrione: Quartum in meridie: Quintum directe supra caput stantis: Sextum illi oppositum in angulo terræ: Septimum in loco ubi stat ille: Hoc facto intellige circulum exire a primo puncto orientis: qui procedat per zenith stantis per punctum occidentis: per angulum terræ ut redeat unde exiuit: & hic est æquator: cuius poli sunt poli mundi. Secundꝰ a puncto septentrionali: & transeat per zenith per meridiem & angulum terræ. Et sic est meridianus: tertiꝰ exeat ab oriēte p̄ pūctū septētrionis & occidētis & meridiei: & redeat uñ exiuit: Et hic ē orizō. Cētrū omnium est inter pedes stantis. Item exeat circulus a latere æquatoris. Vtrobique in amplitudine fere .24. graduum: & circum ducatur ut redeat unde exiuit: Et hic est circulus zodiacus: circulus arcticus est qui circuit polum in distantia .24. graduum: & ita antarcticus. Nota ꝙ ut dicit georgius Purbachius in theorica octauæ sphæræ ꝙ non semp sole existēte in principio arietis & libræ primi mobilis: necesse est esse æquinoctium: sed stat antea fuisse uel postea futurum esse: propter motum accessus & recessus octauæ sphæræ: ideo dicamus auctorem intellexisse uel secundum opinionem ptole: cum tempore suo nō adhuc esset cognitus motus octauæ sphæræ: uel dicatur quod debet intelligi ꝙ fit æquinoctium quando Sol est in principio Arietis & libræ uel prope. Nota iterum ꝙ huiusmodi tempora æquinoctiorum non sunt fixa: immo continuo uariantur: ex quadam diuersitate neglecta: quæ est in computatione annorum romanorum solarium: unde tempore nostro æquinoctium uernale dicitur esse die undecima marcii: Et autūnale .14. septembris: tempore autem xpi fuit uigessimaquinta marcii & .27. septembris.


Vnde notandum ꝙ polus mundi qui nobis semper apparet: dicit̃ polus septētrionalis: arcticus uel borealis. Septētrionalis dicit̃ a septētrione: hoc est minori ursa: q̃ dicitur a septē & trion qđ est bos: quia septē stellæ quæ sunt in ursa tardæ mouentur ad modū bouis: cū sint propīquę polo. Vel dicunt̃ illæ septē stellæ septētriones: quasi septē teriones: eo ꝙ terūt partes circa polum. Arcticus quidem dicitur ab arctos quod est ursa. Est enim iuxta maiorem ursam. Borealis ue-

VNDE NOTANDVM. Quoniam æquatorem per polos notificauit polos declarat. Sunt nanque poli puncta in cælo immobilia: axim supra quo cælum reuolui imaginatur terminantia: & quoniam axis est linea recta: quælibet autem recta linea duobus punctis terminat̃: ut patuit in primo huius: sunt igit̃ in cælo bini poli: supra quibus cælum mouetur: quorum alter nobis semper aparens: tribus est dictus nominibus: septentrionalis: uidelicet articus & borealis: septētrionalis quidem denominatur a septem stellis prope euꝫ euntibus: imagine ursam minorem constituentibus: quæ quidem imago septentrio dicta

ro dicitur: quia eſt in illa parte a qua uenit boreas. Polus uero oppoſitus dicitur antarcticus: quaſi contra arcticum poſitus: dicitur & meridiõalis quia experte meridiei eſt: dicitur etiam auſtralis: quia eſt in illa parte a qua uenit auſter. Iſta igitur duo pũcta in firmamento ſtabilia. dicuntur poli mundi: quia ſphæræ axem terminant & ad illos uoluitur mundus: quorum unus ſemp nobis apparet: reliquus uero ſemper occultatur. Vnde uirgilius in primo georgicorum. Hic uertex nobis ſemper ſublimis. at illũ ſub pedibus ſtix atra uident maneſq; profundi.




eſt: a ſeptem & trion quaſi bos: hoc eſt urſa minor ex ſeptem ſtellis integrata ad moduz bouis tarde motis: nam ſtellæ prope polum tarde mouentur: ſi quidem circuitꝰ cauſant minores quam a polo magis diſtantes. Aut ſeptentrio dicitur a ſeptem & terion ideſt ſeptenteriones: & ſeptem ſtellas partes polares terentes & circuentes: quia igitur huiuſmodi polus propinquus eſt urſæ minori ſeptentrioni nominatæ ab eandem ſeptentrionalis & ipſe dictꝰ eſt. Arcticus qdẽ appellaẽ ab arcto urſa maiori ꝑpe eũ ſituata: q maior dr̃ urſa: quoniam ſtellas continet plures quaz minor urſa ut paret ex Almag. Ptolemæ. & Alphõ. pro quarum imaginum ſitu & figura conſpiciatur Iginius: i opere quod de ſyderibus cõſtruxit & earum imaginibus. Borealis autem aut aquilonaris terno dicitur: quoniã uerſus partem illam terræ poſitus eſt: ex qua huiuſmodi uenti perflant ad nos. Alter ueto polus nobis plagam ſeptentrionalem in colentibus ſemper abſconditus: tria quoque proportionaliter nomina ſortitus eſt: dicitur nanq; antarcticus: Meridionalis & Auſtralis: antarcticus ideſt contra & oppoſitus arctico polo: ab an quod eſt contra & arcticus: diametraliter nanque opponitur polo arctico: cum uterq; eiuſdem axis per centrum mundi tranſeuntis ſint termini & fines: ut ſupra manifeſtum eſt. Meridionalis autem: quoniam reſpectu habitationis noſtræ uerſus meridiem: hoc eſt tam polus ille quã meridies a ſummitate capitum noſtrorum ad partem eandem remouetur: nam quandocunque aſtra obtinent meridianum: a zenith noſtro remotæ: ad polum hunc appropinquant de aſtris loquor erraticis quæ ſub zodiaco feruntur: cum itaque tam polus quam meridies & locus meridiei planetarum & ſolis: præcipue ad eandez partem uerſus declinent: a meridie nomen accipiens meridionalis polus denominatus eſt. Auſtralis uero ab auſtro flante ex parte illa terræ: uerſus quam polus prædictus declinat: quapropter ob iſtam conuenientiam polum auſtralem ab auſtro uẽto appellarunt: hic quidem polus nobis ſemper eſt occultatus & ſub orizonte depreſſus: quantum alter eleuatus: ut demonſtrat ſphæra materialis & ratione comprobatur. Eſto nanque in centro a: ſphæra b c d e: cuius poli c arcticus: & e antarcticus: axim c a e terminantes: orizon uero b a d: ſphæram in duo media partiens: æmiſphærium uidelicet ſuperius b c d: & inferius d e b: & quoniam axis c a e: tranſit per centrum totius: ut patet ex primo huius: ſphæram partietur in duo media: qua de re medietas b c d: æquatur medietati c d e: ex quibus arcu communi c d: ablato; per communem animi conceptionem reſtabit arcus b c: eleuatio ſcilicet poli arctici ſupra orizontẽ: æqualis arcui d e: depreſſioni ſcilicet poli antarctici ſub eodem: tantum igitur arcticus polus eleuatus apparet: quantum antarcticus depreſſus occultatur: quod eſt intentum: & hoc inquit Virgil. primo libro georgico. hic uertex ideſt polus arcticus: nobis ſemper manifeſtus & ſublimis: & ideo dicitur uertex: quoniam ſupra capita eſt altus & eleuatus. At illum: polum antarcticum ſemper occultatum ſtix atra maneſque profundi uident ſub pedibus: & eſt poetarum locutio qui ita proferunt res eſſe ceu ſenſibus apparent: apparet autem nobis illud quod eſt ſub orizonte eſſe ſub terra: ubi ẽ iſernus ideo polũ antarcticũ ſub orizonte ab inferno uideri ait.



.B. Macrobiꝰ de polis ſic loquitur: Cum uero ſemper circa terrã ab ortu in occaſum ſphæra uoluatur. Vertex hic qui ſeptentriones habet: quoquo uerſum mũdana uolubilitate uertatur: quoniam ſuper nos eſt: ſemper a nobis uidetur: ac ſemper oſtendit arctos oceani metuentes æquore tingi: Auſtralis contra quaſi ſemel nobis pro habitationis noſtræ poſitiõe demerſus; nec ip-

se nobis: unquã uidetur: nec sydera sua: quibus & ipse sine dubio insigniter ostendit: A. gellius Libro se, cundo capite .21. de septentrione sic ait: Vulgus itaque grammaticorum. Septentriones a solo numero stellarum dictos putant: Triones enim per se nihil significare aiunt: sed uocabuli esse supplementum: sicut ĩ eo q̃ quinquatrus dicamus q̃ quinq; ab idibus dierum numerus sit: atrus nihil: Sed ego quidem cum. L. Lelio & M. Varrone sentio qui triones rustico certo uocabulo boues appellatos scribunt: quasi quosdam terriones: hoc est arãdæ colẽdæq; terræ idoneos: Itaq; hoc sidus q̃ a figura posituraq; ipsa: quia simile plaustri uidetur: antiqui græcoꝝ αμαξαν dixerunt: nostri quoq; ueteres a bubus iunctis septentriones appellarunt: a septem stellis ex quibus quasi iuncti triones figurantur: Preter hanc opinionem id quoq; uarro addit: dubitare sese an propterea magis hæ septẽ stellæ triones appellatæ sint: quia ita sunt sitæ: ut ternæ stellæ proximæ quæq; inter sese faciãt trigona: idest triquetras figuras: Ex his duabus rationibus quas ille dixit: quod posterius est: subtilius elegantiusq; uisum est: Intuentibus enim nobis in illud: ita propemodũ res erat: ut ea forma esset: ut triquetra uideretur. Quoniam autem dictum est stellas polo propinquiores tardius moueri: quam stellas ab eodem distantes: ne locus dubitationis remaneat: qualiter hoc uerificetur cõsequenter speculabimur: quærendo an uerum sit quod stellæ polares tardius aliis moueantur: & uidetur quod non: quia eius quod regulariter mouetur: partes æqualiter quoq; feruntur: nec altera tardius: aut celerius altera: cælum autem mouetur æqualiter ut sensus manifestat: & physicæ rationes concludunt: & est principium astronomicum quod motus diurnus sit regularis: quare omnes partes cæli mouentur æquali uelocitate: non igitur stellæ polo proximæ tardius. Secundo continuum est cuius motus est unus: quinto metha. cælum autem in omnibus eius partibus continuatur: unus igitur est omnium partium motus: idem autem motus non potest esse tardus & uelox: quare partes polares nõ mouentur tardius reliquis a polo distantib⁹. Tertio eadem intelligentia mouet totum orbem & omnes eius partes: partes autem polares minores sunt quam distantes ab eo: igitur super eas eadem intelligentia maiorem obtinebit proportionẽ: a maiori uero proportione motus uelocitatur: quare uidetur sequi totum oppositum ei quod dicebaẽ: quod scilicet partes & stellæ propinquæ polo non tardius: immo citius mouentur. In oppositum sunt & philosophi omnes & astrologi uolentes polum nullo modo moueri: immo fixum esse ad cuius immobilitatem tota sphæra defertur: aliæ uero omnes partes circulariter mouẽtur: quarũ quæ propinquiores ei tardi⁹: quæ uero distantiores celerius: unde æquator diei: quoniam a polo utroq; æquidistans remotissimus est: uelocissime mouetur. Et hoc idẽ experientia horũ inferiorum comprobatur: uidemus nanq; in motu rotæ axim eius immobilem omnio parmanere: partes uero rotæ omnes circuere: quarum quæ propiquiores axi tardius: & quæ remotiores uelocius: rotæ uero suprema pars & circulus superior omnes superat motus uelocitate. Etiam in superiori sphæra si quis speculabitur idem deprændet: uidemus nanq; stellas proximas æquatori uelocissime motas: oriri & occidere & in die naturali circuitum magnum describere: quæ uero polo aquilonari tarde: & ita paruos in die perficere: q̃ sensus non percipiens immobiles earum plurimas enũciat: sicuti dicitur de stella aquilonari a nautis nõ modicum obseruata: quod sit immobilis ob propinquitatem eius ad polum arcticum: quo fit ut tarde deferatur. Pro determinatione huius quæstiõis est ad uertendum primo: & licet circulatio sit species motus localis: aliud tamen requiritur ad æqualitatem motus circularis quam motus simpliciter: quoniam nanq; de ratione motus absolute est: quod fiat in spatio nil aliud ultra hoc requirens tunc motus dicitur æqualis: qñ spatium in eo pertransitum æquatur tempori: hoc est quod in temporibus æquis æqualia spatia sint pertransita: q̃ si hæc adinuicem non æquent motus inordinatus est & irregularis: ut sexto physi. ostenditur. Sed quia motus circularis ultra spatium requirit centrum: omnis nanq; circuit⁹ fit circa centrum: spatio non sufficienti: ad æqualitatem motus hui⁹ nõ sufficit: immo non requiritur æqualitas spatii descripti in tempore æquali: sed circa centrum angulorum æquitas requiritur: ut illud uelocius circuere dicatur: quod maiorem angulum tardius: quod minorem: & quod æqualem in eodem tempore æqualiter. Vnde si duo mobilia mota circulariter in æquali tempore: in centro causant angulos æq̃les: & si spatia inæqualia: æqualiter circuũt: mouenẽ autem minime. Exempli cã supra cẽtro a: sit primũ mobile b c d e: & sphæra lunæ f g h i: quorum partes b & f simul iunctæ capianẽ: p quas scilicet eadẽ linea a f b transeat: quæ simul motu diurno moueantur i tantũ: quod in spatio sex horarũ b: in c: & f: in g perueniãt: per quæ si linea recta a g c ducatur: a centro mundi cum priori angulus b a c: & qđ idem est f a g causatus est: in eodem igitur tempore hoc est i spacio sex horarum: tam primum mobile quam sphæra lunæ: angulũ eundem causarunt: igitur æqualiter ambo circuerunt: non tamen moti sunt æqualiter si quidem spacium b c factũ a primo mobili: sit spacio f g a luna pertransito maius: ut manifestum est: & ita dum ex c i d primum mobile: luna ex g in h: angulũ c a d: causando moræ sunt: & eodem modo dum faciunt arcum d e: & h i e b & f: angulis sem.



per eisdem ambobus correspondentibus: & si spacia sint inæqualia: & ratio huius est: quoniam si anguli a: descripti sint in centro amborum circulorum: arcus in utroque circulo qui sibi debentur omnes sunt proportionales: arcus nanque b c: proportionalis est arcui f g: hoc est inæquali proportione ambo ad suos circulos se habent: si nanque arcus b c: est quarta pars circuli maioris: & f g etiam quarta minoris: ut habetur ex. 25. tertii Euclidis: cum igitur tam primum mobile & sphæra superior: quam sphæra lunæ & inferior: moueátur pertranseundo æquis temporibus arcus proportionales: non immerite æqualiter circuere dicentur: ambæ nanque in tempore æquo medietatem: & simul totum spacium: ut in uiginti quatuor horis perficiunt: Et si quis argueret contra: primum mobile & sphæra lunæ æqualiter circuunt: igitur æqualiter mouentur: ab inferiori affirmatiue ad superius per regulas logicorum: cum motus sit superius quoddã ad circulationem. Respõderem regulam ab inferiori ad superius non esse bonam: nisi simpliciter & absque determinatione ut sciunt logicantes: unde bene sequitur absolute circuit igitur mouetur: cum limitatione tamen scilicet æqualiter non ualet: ut æqualiter circuit: ergo æqualiter mouetur: ueluti si duo grauia descendant alterum uidelicet per cordam: & reliquum per arcum: quod per cordam uelocius descendit: cum citius perueniat deorsum: non tamen uelocius mouetur: & si descendere species sit moueri primo de cælo: descendere nanque est deorsum & ad medium moueri. Vlterius est aduertẽdum quod aliquid regulariter moueri dupliciter potest intelligi. Vno modo ratione temporis simpliciter: non comparando motum partis unius: motui alterius: sed absolute motum partis determinatæ in aliquo tempore: ad motum eiusdem in alio: quod proprio nomine regulare: & tali mõ illud regulariter moueri profertur: quod in aliquo tempore spacium aliquid transit & in æquali æquale. Irregulariter uero quod est econuerso. Alio modo ratione partium adinuicem comparatarum: ut totum dicitur regulariter motum hoc modo: cuius omnes partes in tempore determinato spacium describunt æquale: quod proprius uniforme nominatur: quod si una causaret maiorem distantiam uel motum quam alia: uelocius moueri diceretur. Quibus ita declaratis dico primo quod quælibet cæli pars & stella· seu sit iuxta polum seu distans æqualiter circuit: probatur illud circuit regulariter quod æquis temporibus angulos causat in centro æq̃les ut probatum est supra: sed quælibet pars cæli seu polaris seu distans ab eo est huiusmodi: nam in uiginti quattuor horis quælibet: quattuor rectos angulos causat: ex quo complet suam circuitioné a puncto ad punctum eundem reuertendo: omnis igitur pars cæli circuit regulariter. Secundo dico quod quælibet pars tam polaris quam ab eo distans est regulare: faciendo scilicet comparationem inter motum eius in uno tempore & motum in alio: probatur. Illud quidem quod in temporibus æquis spacia causat æqualia: regulariter mouetur regularitate temporis: ut supra est declaratum: modo quæcunque pars cæli in temporibus æquis transit spacia æqualia: cum cælum in motu sit regulare: quare & c. Tertio dico quod cælũ non mouetur uniformi æqualitate scilicet partium: probatur. Illud cuius temporibus æqualibus partes spacia transeunt inæqualia: inæquale est & non uniforme: ut supra est expositum: sed partes cæli æquis temporibus non transeunt spacia æqualia: partes nanque prope æquinoctialem in die naturali describũt maiores circuitus quam partes polares: igitur & c. Quarto dico quod quælibet pars cæli mouetur æqualiter regularitate proportionali: probatur. Illa æqualiter mouentur huiusmodi æqualitate: quæ in tempore æquali spacia causant ad spacia eorum proportionata: ut dictum est supra. Modo quælibet pars cæli causat spacium proportionatum ton suo spacio: sicut nanque pars prope æquatorem in medietate diei: medietatem eius circuli causat: ita pars polaris: & quemadmodum pars illa in tota die totum spacium: ita & hæc: quare sequitur quod simul omnes describunt spacia proportionaliter æqualia. Ad argumenta ante oppositũ. Ad primũ q̃n dr̃ qd' æqualiter mouet̃ er⁹ ptes æq̃liter mouent̃: cõcedo æq̃litate tẽporis: & regulariter: ita ꝙ quælibet pars tempore iæquali motum causat æqualem: motui ab ea causato in alio tempore: non autem: æqualitate partium: & uniformiter ita ꝙ tanta uelocitate feratur una pars quantũ & altera: nisi proportionaliter ut dictum est. Ad secundum quando dicitur continuum est cuius motus est unus: exponunt aliqui: uerum si motus continui sit simplex: non mixtus condempsatione & rarefactione: potest nanque aeris altera pars condempsari seu rarefieri: & consequenter moueri localiter: licet totus aer quiescat. Sed quoniam hæc responsio non est ad propositum neque soluit argumentum: quia motus cæli est localis purus: cælum nanque non potest condempsari neque rarefieri primo de cælo & mũdo. Ideo aliter expono illam auctoritatem: continuum est cuius motus est unus: idest simul & uno tempore factus: non enim potest pars cõtinui localiter moueri motu puro: toto qescente: neque est possibile eodé motu uno tempore moueri una pars & alio reliqua: sed una parte mota & quælibet pars & totum simul: & eodem tempore mouet̃: & ita ad propositum: quoniam cælum mouetur motu locali puro: quælibet pars mutat locum ad motum totius. Et si quis protetuiens dicere uellet: immo motus continui regularis est in omnibus partibus: idest quod in aliquo tempore determinato quælibet pars causat spacium æquale: dico quod non est uerum: neque ita intelligi debet auctoritas: immo eam fallificat tam motus circularis quam rectus. Circularis quidem quoniam partes polares non mouentur æqualiter: cum a polis distantib⁹ ut patuit. Rectus etiam quoniam si graue descendens in medio spacii motum: partem supremam uertat deorsum: ut quod sit grauior ceu sæpi⁹ contingit de cultello sursum proiecto: certum est partem superio-

ꝑ partes celi no mouet̃ eq̄le

rem motam esse uelocius inæquali duratione: & si sit totum continuum: teneatur igitur prima expositio scilicet quod motus continui unus est in omnibus partibus: quia una parte mota totum continuum mouetur. Ad tertium dico quod licet eadem intelligentia moueat partes polares & alias distantes: quia tamen sunt omnes continue dictæ partes hñtur pro eadem resistentia: quas simul & æqualiter mouet ipsa intelligentia: quod si partes essent segregatæ adinuicem & diuisim mouerentur ab eodem motore: certum est quod partem minorem uelocius moueret quam maiorem: quod non est: cum intelligentia moueat eas simul existentes in eodem continuo. Et quod ita sit quod scilicet motor ad mobile totum & non ad partes continui: absolute proportionem obtineat est manifestum: cum immobili continuo sint partes infinitæ paruitatis: quia qualibet parte assignata datur minor: ad earum quamlibet infinitam proportionem: & consequenter infinita moueret uelocitate: & in instanti: quod in libro de naturali philosophia est improbatum.

De zodiaco circulo.

Est alius circulus in sphera qui intersecat æquinoctialem & itersecatur ab eodem ĩ duas partes æquales: & una eius medietas declinat uersus septentrionem alia uersus austrum: & dicitur iste circulus zodiacus a zoe quod est uita: quia secundum motum planetarum sub illo est omnis uita in rebus inferioribus. Vel dicitur a zodion quod est animal: quia cum diuidatur in duodecim partes æquales quælibet pars appellatur signum: & nomen habet speciale a nomĩe alicuius animalis: propter proprietatem aliquam conuenientem tam sibi q̃ animali. Vel propter dispositionem stellarum fixarum in illis partibus ad modum huiusmodi animalium. Iste uero circulus latine dicitur signifer: quia fert signa: uł quia diuidit̃ in ea. Ab Aristotele uero in libro de generatione & corruptõne dicitur circulus obliquus ubi dicit q; secundũ accessum & recessum solis ĩ circulo obliquo: fiũt gñatiões & corruptiões ĩ rebus ĩferioribus.

EST ALIVS CIRCVLVS IN SPHAERA. Cum in parte superiori de primo circulo dicto æquatore diei determinationem expleuit: in præsenti capitulo de zodiaco seu circulo signorum scientiam aggreditur. Cuius ordinis duplex est ratio. Prima quoniam alii circuli in noticia zodiacum præsupponunt. Coluri quidem: quoniam eorum officium est zodiacum distinguere: & signa solstitialia & æqnoctialia demõstrare: qui absq; noticia signorum & cõsequenter zodiaci in quo signa existunt: cognosci non possunt. Similiter meridianus diuidit zodiacum in partem orientalem ac occidentalem: & orizon in partem superiorem & inferiorem: cum igitur omnes alii sequentes circuli zodiacum præsupponant in noticia: merito eius cognitio eorum scientiam antecessit. Secunda ratio est quoniam zodiacus est circulus dignior aliis: tum quia est magis realis stellis in eo existentibus distinctus & figuratus. Meridianus uero & orizon & etiam uterque colurus minime: immo magis imaginarii: diuersitate habitantiũ diuersificati: præcipue priores: tum etiam q̃a zodiacus est in octaua sphæra realiter a stellis figuratus: & etiam in primo mobili imaginatur: quod non est de aliis præcipue meridiano & orizonte: qui non mouent̃ ad motũ cæli: post itaq; noticiam æquinoctialis conuenientissime de zodiaco prosecutus est. De quo agendo duo facit. Primo eum & partes eius. s. signa declarat. Secundo quoniam stellæ in eo mouentur & sunt: exponit q̃liter in eo esse dicantur ibi. (Cum autem dicitur quod Sol est in Ariete). Circa primum iterum quattuor facit. Primo nanq; de zodiaco diffinitiue determinat. Secundo de partibus eius: scilicet duodecim signis & eorum partibus ibi. (Nomina autem signorum). Tertio de linea eclyptica zodiacum per medium secantem ibi. (Linea autem diuidens). Quarto & ultimo de eius medietatibus per quas diffinitur & notificatur ibi. (Pars uero zodiaci). In parte priori duplicem ponit zodiaci notificationem: sicut dupliciter diffiniri potest: quid rei: scilicet & quid nominis diffinitioné. Diffinitione quidem quid rei: zodiacus est circulus maior obliquus: medietate altera ad septentrionem: reliqua uero ad austrum uersus declinans: sub quo omnia errantia sydera & sunt & mouentur: quare in hac descriptione circulus maior ponatur: iam notum est ex superioribus: ad differentiam autem æquatoris ponitur obliquus: nam quoniam obliquus est ab æquatore: secatur partibus eius uersus polos mundi distantibus: non est æquator diei: siquidem is ut dictum fuit: a polo utroque æqualiter semotus est. At quia præter æquatorem omnes alii circuli ad partes oppositas declinant: ad eorum differentiam adiectum est: sub quo mouentur planetæ & sunt: nam planetæ non sunt neque mouentur sub colutis: neque meridiano: & orizonte nisi per accidens: accidit nanque quandoque orizontem uniri cum linea eclyptica: ut illis qui sunt sub circulo arctico: & in illo instanti ut dicetur tertio huius planetæ moti sub eclyptica: per accidens mouentur seu sunt sub orizonte: non inquan-


tum orizon est sub eclyptica. Et est aduertendum quod zodiacus non dicitur obliquus circulus ad polos eius comparatus: cum ab eis secundum omnem partem æquidistet: sicut æquinoctialis a polis mundi: uerum comparatus polis totius: quia altera eius medietas austro: & reliqua declinat ad septentrionem: & cum super eisdem obliquæ mouentur motu diurno ad motum orbis in quo est: hoc respectu obliqu⁹ circulus est dictus. Diffinitio autem zodiaci quid nominis triplex est: dicitur nanque primo zodiacus græce a zoe quod est uita: motus nanq; planetarum in eo est causa uitæ omnium factorum: nam quoniam est obliquus ut dictum constat: altera eius pars summitati capitum nostrum & septētriōi approximat: altera uero ad austrū remota est ab hinc: & ita astra per eum mota appropinquant & remouentur a nobis: & cōsequenter diuersitatem ꝓducunt in effectibus: quod ad uitam rerum requisitum est: gratia exempli quando Sol est in medietate septentrionali propinqua zenith & summitati capitum; calorem intensum in his inferioribus producit: propter causam dicendam in fine huius tractatus: & nobis per experientiam patet in æstate. Siquidem igitur zodiacus non esset obliquus immo secundum omnem partem appropinquaret æqualiter. Sol semper esset ita propinquus: & cum in breui tempore æstatis tantum calorem producit: tunc ita eius calor intenderetur: quod non tantum nihil de nouo generaretur: imo genita & præexistentia arefacta corrumperent: quare zodiacus situatus est obliquæ ut Sol motus ꝑ aliā medietatem calor remittatur: in qua motus ex quo remouetur a nostro zenith: frigus intenditur ut patet in hyeme: & si semꝑ ad austrum existeret ibi secundum se totum zodiaco situato: omnia immobilitate destruerentur ob frigiditatis intensionem: ut igitur non semper sit calor neq; frigus semper sed successiue: ut quæ calore gignuntur frigore corrumpantur: Sol approximando mouetur remouendo in zodiaco: quare oportuit esse obliquum. Similiter si non esset obliquus neque declinaret: semper esset temporis & agentium uniformitas: & consequenter effectuum productorum æqualitas: quod non facit ad mundi perfectionem: neque ad complementum intentionis naturæ: fit autem diuersitas in effectibus productis propter motum planetarum in zodiaco ut inquit Aristoteles circa finem secundi de generatione & corruptione: dum ait: propter motum Solis in circulo obliquo: fiunt generationes & corruptiones in his inferioribus: quia igitur huiusmodi circulus causa est esse & fieri uiuentium: dictus est a zoe quod est uita zodiacus: uel zodiacus dicitur a zodion quod est animal: cum diuidatur in duodecim partes æquales quæ signa dicuntur & nominibus sunt appellata animalium: ut infra dicetur: cuius rei duplex est causa. prima quod tale signum naturam tam qualitatum manifestatum quam occultarum uirtualiter habere influentia demonstrat: quam in animali eiusdem nominis formaliter inuenerunt: gratia exempli planetæ Arietem possidentes & ipse Aries cæleste signum talem proprietatem in hæc inferiora influunt: qualis in Ariete terrestri animali est reperta: & ideo signum illud ab animali tanquam a nobis notiori Arietis nomen accepit. Secunda causa est quoniam signum quodlibet figuratum est syderibus taliter dispositis: & huiusmodi animal demonstrant cuius nomē accepit: unde stellæ Arietis taliter in orbe. 8. sunt dispositæ ꝙ arietem terrestrem figurare uidentur: ut notificabitur conspicienti signium de syderum dispositione. Et heæ causæ ambæ uetificantur: quom prima sequatur ex secunda: sydera nanque imaginem figurantia similis terrenæ imaginis habent proprietatem: eisque dominantur ex sententia Ptolemæi centiloquii uerbo. 9. dicentis uultus huius sæculi sunt subiecti uultibus cælestibus &c. Quia igitur zodiacus fert signa quæ duplici de causa animalium dicuntur nominibus: non immerito a zodion quod est animal zodiacus a græcis nominatus est. Secunda diffinitio quid nominis est signifer: apud latinos quasi circulus signa ferens & in ea diuisus. Tertia diffinitio ab Aristo. secundo de generatione allegaro loco nominatur circulus obliquus propter causam supra recitatam. Si quis quæreret in hac parte quare propter accessum & recessum solis in circulo obliquo: potiusquam alterius planetæ fiunt generationes & corruptiones: dicatur quod hoc est duplici de causa prima: quoniam astra motu in hæc inferiora agunt & propinquitate secundo de cælo: quare quanto mouetur uelocius magis agit & similiter quanto terræ propinquius. Sed tres planetæ superiores Saturnus scilicet Iuppiter & Mars: & si uelociter moueantur intense tamen agere nequeunt: propter remotionem eorum a terra; tres uero inferiores Luna uidelicet Mercurius & Venus licet propinqui terræ tarde tamen feruntur: cum in eodem tempore circuitum causent minorem aliis: at sol quia in medio: non enim est superior & distans: neque inferior & tardi motus: immo in medio magis terræ propinquus quam tres superiores: & uelocius motus quam inferiores: ideo inter omnes intensius & sensibilius agit: & hoc manifeste uidemus cum a sole tantum nobis calor generetur: & si omnes alii sint remoti: similiter eo remoto frigus: aliis propinquis calorem producere non ualentibus: quare tantum sol principaliter agere dicitur: alii uero adiuuare: nam si Mars cum sole coniugatur: in æstate adiuuabit ad augendum calorem: & cum Saturno in hyeme sole coniuncto frigus intendere: ceu mihi in elapsis hyemis temporibus manifestum ē: quando Sol Saturno appropinquabat & frigus augeri incipiebat. Secunda causa est quoniam Sol maior est omnibus astris: non tantum erraticis uerum etiam fixis ut uult Alphagra. differentia uigesimasecūda: quare eis luminosior: cum etiam luceat per essentiam a nullo lumen recipiens: immo illud omnibus impertiens ut patet in Luna: modo quanto maioris est quantitatis & luminis: tanto intensius agit: cum lumine

mediante agant secundo de cælo. Sol igit inter cætera sydera intensius & sensibilius agit: & ideo ipse inter oés planeras in obliquo circulo motus: cá est generationis & corruptionis ut dicit Aristo.

Noía aũt signoꝶ. ordinatio & numerus in his patent uersibus. Sũt aries taurus gemini cãcer leo uirgo Libraqꝫ scorpius arcitenes cap amphora pisces. Quodlibet aũt signũ diuidit i. xxx. gra. Vñ patet ꝙ i toto zodiaco sũt. ccclx. gra. Scdm aũt astronomos iteꝶ qlibet gradus diuidit i. lx. minuta: qdlibet minutũ in. lx. scda: qdlibet scdm i lx. tertia: & sic deinceps usqꝫ ad decẽ. Et sicut diuidit zodiacus ab astronomo: ita & qlibet circulus i sphæra: siue maior siue minor i ptes cõsiles. Cum oís etiã circulus in sphæra pter zodiacum intelligatur sicut linea uel circũferẽtia: solus zodiac⁹ itelligit ut supficies hñs i latitudie sua. xii. gradus. de cuiusmõi gradib⁹ iá locuti sum⁹. Vñ patet ꝙ qdã mẽtiunt in astrologia dicẽtes signa esse quadrata: nisi abutẽtes noíe idem appellent quadratum & quadrangulum: signum. n. habet xxx. gradus in lõgitudine. xii. uero i latitudine.

NOMIMA AVTEM signoꝶ. Determinat de partibus zodiaci. s. de signis & eoꝶ partibus: gradibus & minutis: declarãs eorum noía ordinem ac numeꝶ ꝗ parent in duobus carminibus in textu positis. parẽt dico noía: qa uocant noíbus animalium Aries Taur⁹ Gemini &c. patet scdo ordo: qm̃ Aries primus: scds Taurus: Gemini uero tertiũ possidẽt locũ: & ita deinceps: numer⁹ quoqꝫ p eosdẽ uersus est manifest⁹: si qs. n. ea bñ numeratus fuerit: duodecim signa repiet totũ zodiacũ cõtinẽtia: seqns snia est manifesta: ná iõ signa i gra. grad⁹ quoqꝫ in. m̃. partiunt ut loca planetaꝶ in zodiaco: nõ tm̃ per signa ueꝶ per gra. & m̃. possint assignari. Et qm̃ planetæ mouent in zodiaco non sp per eandem lineá: imo qñqꝫ magis alteri appropiquãt polorum: & a medio ei⁹: hic inde p sex gra. remoueri cõpræhensi sunt remotiõe maxía: iõ zodiacũ duodecim gra. latitudinẽ possidere annũciant: ut ubicũqꝫ planeta moueatur zodiacũ exire nõ ualeant imo sub eo semp reperiant. Quodliber igit signũ longitudinem. xxx. gra & duodecim latidinem habet: quare mentiuntur quidam illud esse quadratum: cum quadratũ quattuor lateribus æqlibus primo elementorum terminetur: duo uero latera signi quæ continent triginta gra. reliqs duodeci sunt longiora: qua de re uero & recto uocabulo: signa non pñt dici quadrata sed quadrangulata. Est náqꝫ figura quadrãgula quattuor angulos totidemqꝫ latera cõtinens: seu sint æqualia siue non.

Linea aũt diuidẽs zodiacũ in circuitu ita ꝙ ex una pte sui reliquat sex gra. & ex alia pte alios sex dr linea eclyptica: qm̃ qñ sol & lũa sũt linealiter sub illa: cõtigit eclypsis sol aut lunæ. Solis: ut si fiat nouilunium & luna interponatur recte inter



aspectus nr̃os & corpus solar. Lunę: ut i plenilunio qñ sol lunę opponit diametralr. Vñ eclypsis lunę nihil alid ẽ: ꝗ iterpositio terrę iter corp⁹ solr & lunę. Sol qdem semp decurrit sub eclyptica: oẽs alii plãetę declinãt ul uersus septẽtrionẽ: ul uersus austrum: qñqꝫ autem sunt sub eclyptica.

LINEA AVTEM. Quoniam zodiac⁹ non tantum longitudinem habet uerum & latitudinẽ: ut dcm̃ est mõ: non tm̃ loca planetaꝶ scdm ei⁹ lõgitudinẽ sufficit habere: imo & ea scdm latitudinẽ haud ignorare requirit: ut uidelicet an sint in parte illa zodiaci quæ ad septẽtrionẽ uergit: uel ad illã quæ ad austrũ: & ut hoc possit hri imaginati sunt priores astrologi lineã quãdam in circuitu zodiaci: pcedentẽ p eius mediũ secantẽ: sex gradibus uersus septẽtrionẽ relictis & uersus austꝶ totidẽ: quã lineã eclypticã noíauere: seu uiã solis: & illaꝫ ptẽ zodiaci q ab hac linea remouet ad austꝶ: australẽ: reliquá uero septẽtrionalẽ nũcuparũt. Dicit quidem primo uia solis: qm̃ & si reliq planetæ zodiacum perambulantes ad partẽ eius utranqꝫ ab hac linea remoueant: nunꝗ tñ sol: immo semp est sub ea: & eã describit ut in lib. Almag. & theoricaꝶ declarat. Eclyptica uero dr idest linea in qua contingunt eclypses: sp náqꝫ ad hoc ut fiat eclypsis aliq: i hac lĩea repiri lunã necessũ ẽ: uel saltẽ ppe eaꝫ. Pro cui⁹ explanatiõe est aduertendum ꝙ luminariũ eclypsis aliud nihil est: ꝗ̃ eoꝶ luminis priuatio & defect⁹: q qdẽ i proprie dici


tur & competit soli: cum nāque is luceat per essentiam & semper: lumine nunquam priuari neque consequenter obscurari potest: sed tantum respectu nostri eclypsatur: ut quod eius lumen ad nos multiplicari & peruenire non potest: ob obstaculum aliqđ corporis opaci & dempsi interpositi inter nos & solem: si quidem ut philosophi & ꝑspectiui tenent et sensus nos reddit certiores: lumen non nisi per dyaphanum et transparens medium potest multiplicari. Corpus autem dempsum quod inter solem & nos interpositum eum eclypsat: est luna: ut astrologi potissimis rationibus & philosophi concludunt & experimentis. Solis igitur eclypsis causatur: obiectu lunæ inter eum & nos: non potest autem luna dicto modo interponi nisi in nouilunio idest eorum luminarium coniunctione: huiusmodi nanque coniunctio dicitur nouilunium idest noua lunatio: renouatur nanque luna & nouiter īcipit uideri prius occultata sub radiis solis: ut etiam uulgares non ignorant: uerum quoniam non in omni eorum coniunctione fit huiusmodi eclypsis: cum sol semper sit in medio zodiaci & linea eclyptica: & minime luna: ea non singulis coniunctionibus interponetur inter solem & nostrum aspectum: ad hoc igitur ut directe interponatur: oportet quod sit in eadem linea eclyptica: & cum tunc solis contingat eclypsis: est linea eclyptica nominata. Quod autem eclypsis improprie dicat̃ de sole: (ueluti extinctio improprie dicitur de candela: cui manus est interposita lumen eius prohibens diffundi): iam manifestum est ex diuersitate aspectus: si quidem nanque sol uere deficeret: omnib⁹ uideretur huiusmodi defectus: & eiusdem quantitatis & æquali tempore perdurans: at quia apud quosdam eclypsis maior uidetur & longiori tempore extensa: quam apud alios: causa est diuersitas in aspectu: quod manifestat interpositio manus ante candelam: quæ apud diuersos diuersimode priuatur & absconditur. Eodē quoque modo eclypsis lunæ contingit: ea eclypticam uel prope possidente: nam cum de se lumine careat: uerum a sole ueluti a fonte indeficienti id accipiat: dum huiusmodi lumen recipere impeditur eclypsim patitur: impeditur autem umbra terræ: quam cum ingreditur eclypsatur: sed quoniam umbra opaci ꝓiicitur ad oppositam partem corpori luminoso ut probant perspectiui: cum sol semper sit in eclyptica & terra in medio mundi: ut primo huius patuit: proiciet umbram in eclyptica parte opposita soli: quandocunq; igitur est plenilunıū idest lunæ plenitudo: contingēs in eius oppositione cum sole: tunc nanque ipsa plena & rotunda uidetur: & luna fuerit in eclyptica: contingit eiusdem eclypsis. Et ergo quia luna non potest eclypsari nisi soli opposita sit in dicta linea: & quandocunque est in ea in plenilunio eclypsatur: rationabiliter linea eclyptica idest in qua luna existente aut ī plenilunio: seu in nouilunio: luminariū contingit eclypsis est appellata. Quod qa astronomiæ nouitii hmōi compræhendere nō pñt: absq; demōstratiōe in sphæra materiali & corpali: in plano nanq; declaratio uix ꝑcipi pōt: breuiter ꝑtranse o: lucidiorē lectoribus relinquēs declarationem: quare aūt luna nō sit in eclyptica semꝑ sed ab ea hinc inde remota discedat in theorica eius lucidissime declaratum apparet.

Pars uero zodiaci quæ declinat ab æquinoctiali uersus septentrionem dicitur septentrionalis: uel borealis: uel arctica. Et illa sex signa quę sūt a principio arietis usq; in finem uirginis: dicunt̃ signa septentrionalia uel borealia. Alia pars zodiaci quæ declinat ab æquinoctiali uersus meridiem dicit̃ meridionalis: uel australis: uel antartica. Et sex signa quæ sunt a principio librę usq; ī finem pisciū: dicunt̃ meridionalia uł australia.


PARS VERO zodiaci. Quia zodiacū diffinierat ꝑ alteri⁹ medietatis ad austꝛ: & alteri⁹ ad septētrionē declīationē: ī hac ꝑte distīguit & đclarat ambas medietates: q̄ quali ad septētrionē & ad austꝛ ab æq̄tore remotæ declināt: sphæra materialis luce clari⁹ ońdit. Ibi nāq; repiet̃ æq̄torem diei: zodiacū itersecare ī pricipio arietis & libræ: & totā medietatē ei⁹ sex signa cōtinētē: Arietē Tauꝝ Gemios Cācrū Leonē & Virginē: polo arctico approxīari: q̄ de re septētrionalis dcā ē: & ea sex signa septētriōalia: reliq̄ uero ꝑs hñs alia sex signa: Librā Scorpionē Sagittariū Capricornuꝫ Aq̄riū & Pisces: ad australē polū uergi se demōstrabit: & iō australis & signa australia nominantur. Deinde cum dicit.

CVM AVTEM dr̃ ꝙ ī ariete. Cū sit dictū sup̄i⁹ planetas eē cōtinue & moueri in zodiaco: & cōsequēter ī aliquo ei⁹ signo: ī ꝑte hac declarat q̄lr plāetæ sint ī signis & q̄ñ signū ꝑlib⁹ mōis dr̃: sc̄dm aliū & aliū modū acceptiōis signi: alr̃ & alr̃ in eo esse dr̃r. Accipit̃ aūt signū q̄druplicitεr: primo mō ꝑ supficie q̄dā in octauo orbe realr̃ uł in p̄io mobili imagīatoria: cui⁹ lōgitu

Cum aūt dicit̃ ꝙ ī ariete est sol uel in alio signo. Sciēdū ꝙ hęc ꝑpositio īsumit̃ ꝑ sub f3 ꝙ nūc accepim⁹ signū. In alia aūt significatione dicit̃ signū pyramis q̄drilatera: cuius basis ē illa su



perficies quã appellamus signũ: uertex uero ei9 est ĩ cẽtro terrę. Et ẽm hoc ꝓprie loquẽdo possumus dicere planetas esse in signis. Tertio modo dicitur signum ut intelligãt sex circuli transeuntes ꝑ polos zodiaci & per prĩcipia duodecim signorum. Illi sex circuli diuidunt totam superficiem sphæræ in duodecim partes latas in medio: arctiores uero iuxta polos zodiaci: & quælibet pars talis dicitur signum & nomen habet speciale a nomine illius signi quod intercipitur intet suas duas lineas. Et secundum hanc acceptionem: stellæ quæ sunt iuxta polos extra zodiacum dicuntur esse in signis. Item intelligatur corpus quoddam: cuius basis sit signum. secũdum ꝙ nũc ultimo accepimus signũ: acumẽ uero eius sit super axem zodiaci. Tale igitur corpus in quarta significatione dicitur signum: ẽm quam acceptionem totus mundus diuiditur in xii. partes æquales quę dicunt̃ signa: & sic quicquid est ĩ mundo est in aliquo signo.



do est triginta gra. latitudo uero duodecim: & quoniam planetæ sunt in propriis sphætis non possunt dici esse in hac superficie ceu locatum in loco per se: itaq; ab ea circũdentur: uez in pro sub accipit̃: ut dr̃ Solẽ esse in ariete idest sub Ariete: itaq; si ducatur linea recta a centro mundi per centrum solis in arietem terminabitur. Secundo modo capitur signum pro quadam figura pyramidali: cuius basis & fundamentum sit signum modo dicto: & uertex & cacumen in centro terræ. Exempli causa esto signum dictum primo modo a b c d: & centrum mundi e: ex latere a b: triangularis superficies a b e: ducatur ad centrum usque mundi: & secunda a c e: ex latere a c: & c d e: ex latere c d: & quarta d b e: ex latere b d: constituta est iam dicta figura pyramidalis quadrilatera includens totum spacium ad centrum terræ: & tali modo accipiendo signum: astrum uere dicitur esse in signo idest a signo inclusum: quia inter dictas supetficies: ut si sit gratia exempli in pũcto f & hæ duæ signi acceptiones quare ponantur: est manifestum. At quoniam tantum zodiacum diuidunt: & conseq̃nter astra quæ sunt in eo locant: non autem sydera reliqua extra eum: ad hoc autem ut astra omnia in zodiaco locari possint: tertia signi significatio posita est: & quædam superficies in orbe signorum a polo ad polum intercepta: ibidem stricta: lata uero in medio: signum primo modo acceptum includens: exempli gratia sit signum primo modo sumptum a b: a: uidelicet principium & b: terminus & poli zodiaci c & d: ducatur ab utroq; polorum semicirculus c a d: per initium signi transiens: & reliquum c b d: per eiusdem finem: constituta est quidem figura ad modum superficiei superioris corticis melonis: stricta scilicet in polis. c. & d. & lata in medio a b: includens signum a b: primo modo acceptum: quæ dicetur signum tertio modo: & nominabitur nomine signi interclusi: & tali modo stellæ iuxta polum etiam in signis ponentur: si intercipientur inter duos dictos semicirculos: & tali modo in libro Almag. a Ptole. & ab Alphonsio in tabulis stellas fixas in zodiaco situantibus accipitur. At si ex semicirculo c a d: super axi zodiaci c d: superficies ducatur: & altera ex alio semicirculo c b d: figura resultabit: cuius basis est signum tertio mõ acceptum: & talis erit quarta signi acceptio: & est simile pro rudibus: si supra corticem dictum melonis: crassitas eiusdem uersus superius ad acumen tendens imaginetur: & hac signi acceptione totum uniuersum & sydera & elementa sunt in signo aliquo. B. Macrobius de zodiaco hæc refert: Decem autem alii ut diximus circi sunt: quorum unus est ipse zodiaco: qui ex his decem solus potuit latitudinẽ hoc modo quem referemus adipisci: Natura cælestium circulorum incorporalis est linea: quæ ita mente concipitur: ut sola longitudine censeatur: Latum habere nõ posset. Sed in zodiaco latitudinem: signorum capacitas exigebat: Quantum igitur spacii lati dimẽsio porrectis sydetib9 occupabat: duab9 lineis limitatũ ẽ. Et tertia




ducta per medium eclyptica uocatur: Quia cum cursum suum in eadem linea pariter sol & luna cõficiũt: alterius eorũ necesse est uenire defectum: Solis si ei tunc luna succedat: Lunæ si tunc aduersa sit soli. Ideo nec sol unq̃ deficit: nisi cum trigesimus lunæ dies est: Et nisi quintodecimo sui die nescit luna defectum. Sic. n. euenit: ut aut lunæ contra solem positæ ad mutuandũ ab eo solitum lumen: sub eadem iuuentus linea terræ conus obsistat: Aut soli ipsa succedens obiectu suo ab humano aspectu lumen eius repellat: In defectu ergo sol ipse nil patitur: Sed noster fraudatur aspectus: luna uero circa proprium defectum laborat: non accipiendo solis lumen: cuius beneficio noctem colorat. nota q̧ ad mentem auctoris zodiacum dupliciter partiri possumus: uno modo secundũ diuisionẽ lineæ eclypticæ: quæ diuidit ipsum in duas circũferentias circulares intra se latitudinem admittentes: quarum illa quæ est inter eclypticam & polum arcticum: dicitur arctica septentrionalis: illa uero quæ est inter eclypticã & polũ australẽ: dicitur australis: & quãdo planetæ sunt in alterutra dicuntur latitudinem habere: ab eclyptica semper intelligendo: Secundo mõ potest zodiacus in duos partiri semicirculos: iuxta duas sectiones factas ab ipso æquinoctiali: & isto mõ medietas zodiaci quæ est inter æquinoctialem & polum arcticum: dicitur arctica: borealis: quæ uero inter æquinoctialem & polum antarcticuꝫ: australis uel antarctica uocatur. Et secũdum hunc alium modũ planetæ in alterutra parte constituti dicũtur ab ipso æquinoctiali declinare: & hæc est declinatio ipsorum de quibus in tabulis Ioãnis de regio monte fit sermo prolixus: si quis quæreret qua uia antiqui totum cælum in duodecim partes equales partiti sint: ac unde uelint signũ hoc huius planetæ sit domus, illud uero illius: ac quare potius ab ariete zodiaci principium summant astrologi: uideat Macrobiũ iuxta finem primi de somnio: ubi per longum sermonẽ hæc oĩa psequitur.

SVNT AVTEM ALII DVO. In hoc tertio capitulo simul prosequitur de duobus circulis maioribus. scilicet coluris. Est nanque colurus circulus maior: transiens per polos mundi: mobilis ad motum sphæræ. Et per hoc quod dicitur transiens per polos mundi: distinguitur ab æquatore & zodiaco ut in eorum locis patuit: & quoniam meridianus & orizon rectus similiter transeunt per polos primi mobilis: ad eorum differentiam additur ultima particula scilicet mobilis ad motum sphæræ: nam meridianus & orizon nunquam uariantur in loco aliquo: si quidem meridianus semper per zenith & orizon per orientalem partem transit & occidentalem: coluri uero ambo mouentur cum subiectiue sint in sphæra ut patebit. Et hac de causa de coluris antequam de illis determinationem egit: qa coluri sunt aliquid sphæræ & in ea fundati: non autem meridianus & orizon. Secundo quoniam coluri circuli sunt magis reales & absoluti quam illi: omni remoto respectu habitantium in sphæra existentes: meridianus uero & orizon uterque causantur per comparationem ad habitationem: nam si non esset habitatio in terra: neque illi essent. Colurus autem duplex est: nam quidam dicitur distinguens solstitia: alter uero distinguens æquinoctia. Pro quorum manifestatione est sciendum q̧ zodiacus ab æquatore secatur ut supra patuit in principio arietis & libræ: altera eius medietate ad septẽtrionẽ: ad austrũ uero reliqua declinante: punctis maxime declinantibus in medio sectionũ & æqdistantibus ab eisdẽ ut pbãt geometræ: initio

De duobus coluris.


SVnt aũt alii duo circuli maiores ĩ sphæra q dñr coluri: quoꝝ offĩm ẽ distĩguere solstitia & equinoctia. Dr aũt colur⁹ a colon grece qd est mẽbꝝ: & uros qd est bos siluester: quia quẽadmodũ cauda bouis siluestris erecta q̃ ẽ eius mẽbrũ facit semicirculũ & nõ pfectũ: ita colurus sp appet nobis ĩpfectus: qm̃ solũ una eius medietas appet: alia uero nobis occultat. Colur⁹ igit distĩguẽs solstitia trãsit p polos mũdi p polos zodiaci: & maxias solis declinationes. hoc ẽ p primos gra. cancri & capri. Vñ primus pũct⁹ cãcri ubi colurus iste ĩtersecat zodiacũ: dr pũctus solstitii æstiui: qa qñ sol ẽ ĩ eo: ẽ solstitiũ ęstiuũ: & nõ põt sol magis accedere ad zenith capitis nrĩ. Est aũt zenith pũct⁹ ĩ firmamẽto directe suprapõsit⁹ capitibus nrĩs. Arc⁹ uero coluri q ĩtercipit ĩter pũctũ solstitii ęstiui & æqnoctialẽ: appellat maxia solĩ declinatio. Et ẽ ſm Ptole. xxiii. gra. & .li. miutoꝝ. Scd̃m Alcmeonẽ uero. xxiii. gra. & . xxiii. minu. Silr primus pũctus capricorni: ubi idẽ colurus ex alia pte ĩtersecat zodiacuꝫ dr punctus solstitii hyemal & arcus coluri ĩtercept⁹ ĩter pũctum illũ



& æquinoctialem: dicitur alia maxima solis declinatio: & est æqualis priori. Alter quidem colurus trāsit per polos mundi:& p prima puncta arietis & libræ:ubi sunt duo ęqnoctia:unde appellatur colurus distinguens ægnoctia. Isti autem duo coluri intersecant sese super polos mundi:ad angulos rectos sphærales. Signa quidē solstitiorum & æquinoctioꝝ patent his uersibus.
Hęc duo stolstitia faciunt cancer capricornus:
Sed noctes æquant aries & libra diebus.

uidelicet cancri ad septentrionem:capricorni uero ad austrum: qua de re planeta existens ī principio capricorni:in maxima ab arctico remotione:& zenith nostræ habitationis: uersus cancrum motus polo septentrionali continue uicinatur: quousq; fit in principio cancri:ubi maximam habet appropinquationē: inde uero ad capricornum si moueatur recedit elongatur & reflectitur: sed quoniam īter duos mot⁹ reflexos:uera seu apparēs q es media datur octauo physico. quare in principio cancri sol existens apparent saltem quiescere nullibi declinando: quia igitur sol in principio cancri stat:idest non acquirit declinationē:solstitium æstiuale hoc est solis statio in æstate contingēs dicitur:sole nāq; initium cancri possidente secundum astronomos æstatis est initium. Eodem modo sol a principio cancri ad capricornum delatus a septentrione remotus appropinquat austro: quousq; fit in principio capricorni eiusdem. Inde uero ab austro remouendo ad septentrionem reflectit̄ :& ideo ob causam eandem principium capricorni:solstitium hyemale nominatur:quoniam inchoante hyeme sol locū illum possidet:hac igitur de causa:initia cancri & capricorni maxime solis ab æquatore declinationes & solstitia appellantur:hoc notato:dico q̄ primus colurus diffinitiue est circulus maior: transiens per polos mundi & zodiaci:& per hoc distinguitur a secūdo coluro:cum nō trāseat per polos zodiaci ut patebit: & quia transit per polos mundi & zodiaci:secabit æquatorem & zodiacum:in pūctis maximarum declinationū ut dicunt geometræ:scilicet principia cancri & capricorni: & quoniam ut dictum est in locis illis contingunt solstitia: colurus distinguēs & demōstrans solstitia conuenienter est appellatus:hoc nanque est officium eius & iuuamentum in sphæra:loca solstitioꝝ & maximarum declinationum zodiaci ab æquatore demonstrare:ut dicit Alphagra, differentia, v. maximæ autem declinationes capiuntur per arcus dicti coluri interceptos inter æquatorem & puncta solstitialia: nam quia distantiam capi debet per lineam curtissimam:non datur autem curtior linea inter puncta solstitialia & æquatorem:q̄ huiusmodi coluri portiones:cum cadant supra utroq; dicto circulo orthogonaliter:si quidem transit per polos utriusq;:nō est assignare lineam breuiorem a pūcto ad aliam lineam productam:q̄ quæ orthogonaliter cadit:ut si a puncto a:supra lineam b c:a d linea perpendicularis ducat̄: breuissima est lineaꝝ quæ ab eodem puncto ad dictā lineam duci possunt:q̄ si nō erit linea a e:& quia triāguli a d e:angulus directus est:& maior angulo e: qa aliter dictus triāgulus haberet tres angulos maiores duobus rectis:cōtra trigesimamsecūdam primi:latus a e:oppositū angulo d:maius est latere a d:per, 18, primi elemētorum:quare linea a d ppendicularis curtissima est. qm̄ igit̄ colurus supra æquatorem perpēdiculariter cadit: arcus eius īter punctum solstitii & æquatorē interceptus:maximā ostendit solis declinationem:quæ secundum Ptole. primo Almag. est, 23, gra, 51, m̄, at sententia Almeonis, 23, 33, quod qualiter sit cōpræhensum ab eodem Ptole, in dicto loco exponitur: quæ uero sit causa differentiæ inter prædictos uiros in commento nostro supra theoricam de octaua sphæra exposita est. Quod autem solis maximæ declinationes:quarum altera in principio cancri reliqua ī principio capricorni cōtingit:sint æquales ita demonstratur:in coluro, a b c d e f, a polo a:æquator c e æquidistās depingatur & zodiacus d f:supra polum b: duabus declinationibus maximis c d & e f existentibus. Nam quoniam a c & b d:quartæ circuli eiusdem æquales sunt:cum polus quarta circuli undiq; distet a circulo cuius est polus: dempto arcu communi b c restant a b : distantia polorum: & c d maxima declinatio æquales:ex communi animi conceptione primi Euclidis. Et quia eadem ratione a e & b f:quartæ circuli sunt æquales:dempto communi arcu a f:restant a b & e f æquales:quoniā igitur ambæ maximæ declinationes c d & e f: æquiualent remotioni poli zodiaci b, a polo mūdi a b:ipsæ inter se æquales sunt ex cōi animi conceptione primi elementoꝝ Euclidis qd' est propositum. Secundus uero colurus est circulus maior transiens per polos mundi: & puncta æquinoctialia hoc est principia arietis & libræ: hoc nanque est eius officium distinguere scilicet & demonstrare æquinoctiorum loca: & ideo dicitur colurus di-






stinguens æquinoctia. Et quoniã inter coluros prædictos intercipitur tam æquinoctialis q̃ zodiaci quatta pars: alter super reliquũ cadit perpẽdiculariter: & in polis mundi se secantes: causant angulos rectos sphærales. Et ita relinquitur duo esse solstitia: alterum scilicet æstiuale in principio cancri: reliquum uero hyemale in initio capricorni: similiter duplex est æquinoctium: uernale contingens sole initium possidẽte arietis & autũnale eodem in principio libræ morante. Dubitatur contra id quod dicitur: coluros in polis se secare ad angulos rectos: quia hoc uero existente: triangulus haberet omnes tres angulos rectos: quod improbatur primo Euclidis propositione trigesimasecunda: nam quia coluri perpendiculariter cadũt supra æquatorem: causant angulos rectos: q̃re duæ quartæ coluro℞ terminatæ ad quattam æquinoctialis: cum eo binos rectos & tertium in polo causabunt. Respondetur q̧ hoc argumentum non tantum concludere uidetur coluros non causare rectos angulos in polis, immo nullo modo se secare: nam quom prædict⁹ triangulus habeat duos rectos ad æquatorem productos: cum tertio tres rectis duobus maiores haberet angulos. Et ideo soluendo dico quod omnes tres anguli huiusmodi trianguli recti sunt: neque propositio Euclidis hoc excludit: nisi a triangulis linearum rectarum: tales nãq̧ tres duobus rectis maiores angulos continere est improbabile. Sed triangulus resultans ex duabus quartis coluro℞ cum quarta æquatoris: nõ est rectilineus: sed ex lineis sphæralibus & curuis constitutus. B. No. q̧ ethimologia coluri non uidet̃ esse ad propositum: eo maxime q̧ tunc a pari omnes fere circuli ipsius sphæræ coluri uocandi essent: cum oĩs circulus maior saltem in sphæra: nõ appareat nisi secundum medietatem: ideo dicitur q̧ auctor optime dixit: nam licet circuli maiores non q̃ a nobis conspiciantur nisi secundum eorum medietatem: tamen in reuolutione firmamenti: licet non in eodem tempore tamen in diuersis: possunt toti apparere: uidelicet mõ una medietas: & hinc ad. xii. horas alia. Et sic in uno die naturali toti apparebunt: sed isti duo coluri nunq̃ apparent aut apparere possunt nisi truncati: & dimidiati: & hoc quia alii circuli uadunt per longitudinem sphæræ: isti autem per latitudinem incedunt: & optime in sphæra materiali declarat̃: quæ nunquã potest sic circũuolui q̧ secundum duo diuersa tempora aliquis istorum totus appareat: modo uidelicet una eius medietas: modo alia: q̧ non est ita in aliis ut dictum est. Et hoc optime dicit Macrobius. Præter hos: duo sunt alii circuli quibus nomen dedit imperfecta conuersio: Ambientes. n. septentrionalem uerticem: atque inde in diuersa diffusi: Et se in summo intersecant. Et quinq̧ paralellos in quaternas partes æqualiter diuidunt: zodiacum intersecantes: & unus illorum per Arietem & libram: alter per Cancrum atq̧ capricornum: meando decurrat: Sed ad australem uerticem non peruenire credũtur: hæc ille: Vera igit̃ coluri ethimologia est quod curtum & truncatum significet: quod Boe. libro secundo arith. c. xxiiii. de piramide curta loquens sic ait: Vt si unitas defuerit primus quadratus: curtam quam græci colurõ uocant. Proclus in sua quoq̧ sphæra huius sententiæ fuit dicens. Sunt & per polos ducti circuli: quos nonnulli coluros uocant, his accidit: ut in ambitus suos mundi polos recipiant. Coluri aũt dicti sunt: q̧ partes aliquas in se minime conspectas hñt: Reliqui. n. circuli in mũdi circũactu integri cernuntur: Sed coluro℞ partes quæpãt quæ uidelicet ab antarctico. Sub orizonte latent cerni non possunt.

De meridiano & orizonte.

SVnt iterum duo alii circuli maiores in Sphæra. s. Meridianus & Orizon. Est autem meridianus circulus quidã transiens per polos mundi: & per zenith capitis nostri. Et dicitur meridianus: quia ubicũq̧ sit homo: & in quocũq̧ tempore anni quando sol motu firmamenti peruenit ad suũ meridianũ est illi meridies. Cõsimili rõne dr̃ circulus mediæ diei. Et notandũ q̧ ciuitates qua℞ una magis accedit ad orientẽ q̃ alia: hñt diuersos meridianos. Arc⁹ uero ęqnoctial' itercept⁹ iter duos meridiãos dr̃ lõgitudo ciuitatũ. Si ãt duę ciuitates eũdẽ hẽãt meridianũ: tũc ęq̃l'r distãt ab oriẽte & occidẽte.

SVNT ITERVM duo alii. Expedita in p̃cedentibus capitulis determinatione de quattuor circulis maioribus in parte hac de duobus residuis simul prosequit̃: & duo agit primo quidem meridiani docet diffinitionem & iuuamentũ. Secundo uero orizõtis ibi; orizõ uero est circulus. Meridianus quidẽ dignior est orizonte: cum sit magis eleuatus supra terram: & sydera in eo ultimam q̃ possint habere habeant altitudinem & eleuationem: similiter intensissimum uigorem & potẽtiam: ceu uidemus de sole q̧ in meridiano existens calefacit & desiccat: reliquos quoq̧ effectus ei⁹ intẽsius producit q̃ existens in oriente seu occidente. Præterea meridianus apud astrologos est nobilior orizonte: cum dies inchoent ab existẽtia solis in meridiano: non aũt in orizõte orientali: neq̧ occidẽtali. A meridiano igit̃ ĩchoando dico: q̧ est circulus maior transiens per polos mundi & zenith semper. Nam propter hoc quod dicitur transiens per polos mundi: distinguitur ab æquatore & zodiaco: ut ex eorum capitulis patet. Et quoniam orizon rectus etiam transit per polum utrunque: ad eius differentiam additur transiens per zenith: orizon uero rectus non transit per zenith: immo ab eo undiq̧ æquidistat ueluti etiã obliquus. At quia uterq̧ colurus transit per polos prædictos: & in motu cõtingit uniri cum meridiano &

transire per zenith:ad hoc ut ab eis distinguatur meridianus:ponitur ultima particula semper:meridianus
namq; semper transit per zenith:non autem colurus. Et est zenith quidam punctus directe in firmamen-
to capitibus nostris suprapositus:ab omni parte orizontis æquidistans:est namq; polus eius: & ideo qa me
ridianus transit per dictum zenith: æqualiter distat a loco orientis & occidentis: sequit̃ q̃ motus solis ab
oriente ad meridianum: æquatur motui eiusdem a meridiano ad occidenti locum: & consequenter tem-
pus ante existentiam solis in meridiano: est æquale tempori post meridiem: sole igitur circulum meridia-
nũ possidente:fit meridies ĩ qlibet pte:cuius est meridianus:medietas nãq; diei artificialis præterita est:re-
liqua futura:& hac de causa circulus meridianus est dictus seu circulus mediæ diei. Meridianorum diuersi
tas & distantia:longitudinẽ ciuitatum & locorum quorum sunt meridiani demonstrat.Pro cuius euiden-
tiori dilucidatione est aduertendum: q̃ pluribus de causis & impedimentis tota terra non habitatur: una
quarum potest esse terrestris scilicet aqua quæ terram circundans impedit habitationẽ animalium respi-
rantium in parte illa terræ:quæ ab aqua regitur & cooperitur. Secunda causa est caliditas seu frigiditas ĩ-
tensa:destruentes temperamentum: quo uita reseruatur & durat in uiuentibus:ideo ad distinguendum p-
tem terræ habitatam ab inhabitabili imaginantur Pto. secundo & Almag. cap. sexto:& secundo quadrip-
titi capitulo tertio & Alphag. dĩa sexta:& auctor ĩ fine huius secundi tractatus:& in tertio: lineam in su-
perficie terræ eam undiq; ambientem: directe æquatori diei suppositam: terram in medietatem australe;
partientem & septentrionalem:quæ erit in figura præsenti a b:æquidistans ab utroq; polo primi mobilis:
c & d:cuius c:pars septentrionalis habitatur: d uero australis: uel quoniam aqua circundatur: uel alio im-
pediente inculta est.Iterum quoniam non tota pars c habitatur:cum inuentum sit ut dicit Alphag. habita
tionem ab a:in b:non complere totam circulationem terræ: immo orientalem ad usq; occidentalem non
excedere spatium.12.horarum:quæ complentur per motum in circuli medietate: igitur tantum medietas
terræ ab oriente in occidentem colitur: quapropter ad distinctio-
nem harum partium imaginari oportet circulum a c b d.:per ori
entem occidentem & polum utrunque transeuntem: partem terræ
inferiorem inhabitatam propter aquam: a superiori distinguente:
quare tantũ quarta a c b septentrionalis habitatur:nec eadem tota:
qm̃ ptes polari axi suppositæ: ob frigiditatẽ (qm̃ a uia solis remotæ
sunt:& qm̃ ibi continue aqua ĩpediens habitationẽ) inhabitatæ exi-
stit: quare circulus sub circulo artico descript⁹ a polo c: distãs.24.
gra.imaginet̃ qui sit e f.Et igit̃ totius terræ tantũ pars a b e f colit̃:
cuius longitudo ab oriente in occidentem; & econtra per lineam a
b demonstratur: & est.180. gra. medietas uidelicet circuli æquato-
ri suppositi. Latitudo uero .66. gra. est portio circuli a e: uel b: f:
quoniam quarta circuli a c est .90. gra. ex quibus demptis .24.gra.
quanta est distantia poli c: a circulo artico e: remanet latitudo habi
tationis: propter hanc igitur causam ab oriente in occidentem lon-



gitudinem:latitudinem uero a polo ad polum considerant astronomi:nec oppugnant philosophis: qui ali
ter considerantes dicunt cæli longitudinem accipi per diametrum per polos mundi transeuntem: latitudi
nem uero ab oriente in occidentem acceptam esse:quibus ita notificatis dico q̃ quandocunque duo loca
ut duæ ciuitates ita in terra sint situatæ:q̃ altera orienti magis approximet q̃ reliqua:non habent eandem
longitudinem:immo altera magis distat secundum longitudinem:& consequenter habent meridianos di
uersos,uerbi grã:Sit ciuitas cui⁹ zenith sit g: ab oriẽte distans longitudine a g:altera uero,cuius zenith h:
magis distans:quia longitudine a g h:notum est q̃ idem meridianus per ambo zenith transire nequit: im-
mo diuersi c g d: & c h d:& arcus æquinoctialis g h interceptus inter dictos meridianos: longitudinem ea
rum ostendit distantiam:nam ciuitas h: ab oriente a: magis elongatur q̃ g ciuitas per arcum g h: & habi-
ta quantitate huius arcus in cælo per gra. graduumque.m. non ignota erit ciuitatum dictarum in terra
distantia: per miliaria per canones declaratos in fine primi tractatus. Reperitur autem quanta sit portio
æquatoris intercepti inter duos dictos meridianos:per quantitatem diuersitatis in apparitione eclypsis lu
næ:nam si in altera ciuitatum in hora noctis .4. in altera uero quinta hora appareat: quia differentia est
unius horæ: erit portio æquationis dicta.15.gra.si quidem tot gra. mouentur in hora & totus æquator in
24.horis: ceu alibi habet determinati. At si duo loca g & i eundem habeant meridianum c i g d:eandem
habent longitudinem & distantiam ab oriente uel occidente: distat namque g ab oriente arcu a g: i uero:
arcu ei æquidistanti k i: qui æquales sunt portionaliter idest in tanta proportione arcus a g:ad totum cir-
culum se habet a b: ĩ quanta arcus i k: ad totũ circulum ibidem describibilem ut geometre demonstrãt:
quare loca eundem habentia meridianum:habent longitudinalem distantiam æqualem. At tamen distant
latitudinali distãtia cum i: magis appropinquet polo c: q̃ locus g:& distantia inter ea latitudinalis ostendi
tur: per arcum meridiani g i interceptum inter duo zenith: cuius arcus habita quantitate per gra. & m.
per eosdẽ canones habetur distantia latitudinalis:ĩ terra per miliaria modo eodem. Latitudinalis autem di-

ſtantia inuenitur per eleuationem poli arctici ſupra orizontem: ſiquidem tñ diſtat zenith ab æquatore: q̄tum polus mundi eleuat̃ ſupra terram: ut auctor inferius demōſtrabit: hoc igitur modo ſitus mundi diſtātias ciuitatum: necnō longitudines ac latitudines cuiuſlibet loci antiqui pceperunt. B. no. q̄ eſt dr̃ia inter philoſophos & aſtrologos de dimenſionibus ipſius terræ uidelʒ ſc̄do cæli ab ipſo Ariſt. tñ aſtrologi terrā cōſiderant nō in ſe totā ſed reſpectu partis habitatæ: & q̄a uident q̄ pars habitata eſt in formam clamidis extenſæ: ut uidebitur in tertio cap. Ideo longiorē lineā quæ eſt ab occidēte in orientē quæ dicit̃ eſſe. 180. graduū: uocant longitudinē: aliā uero q̄a breuiorem: cum ſit ab æquinoctiali ad polum: latitudinem uocant: quare autem magis incipiāt numerare ab occidēte q̄ ab oriente: cum ſit pars ignobilior causa poteſt eſſe: quia antiq̄ terminū fixū ex pte occidētali nouerāt: uidelicet gades: & inſulas fortunatas: ultra quas nullam credebant eſſe habitationē: qd̄ nō ita fecerunt ex parte orientis: cū terrā maxime orientalē nō certam habuerīt: no. ēt q̄ aliqui occidens duplex eē dixerūt: quoddā uerū & quoddā hitatum: uer̃ illud dicunt cuius zenith a terra maxime orientali per. 180. gradus diſtat: habitatū aūt q̄ ab iſto diſtat fere per. 18. gra. adeo q̄ a terra maxime orientali. 162. gradibus diſtet: hinc q̄ q̄nq̄ tabulæ longitudinem ciuitatū ab occidente habitato initiū ſūmentes inueniunt. Ad inueniendam aūt lineam meridianam hāc normam ſeruabis: In planitiæ in orizontis æq̄diſtātia optime diſpoſita: Circulū ad quam uelis menſurā deſcribe: in cētro cuiꝰ ſtilū cōſtitue ppendiculariter: ita ut eiꝰ extremitas uñ quaq̄ ab oī circūferentia pte æqualiter diſtet: tātus aūt ſit ſtilus ut eiꝰ umbra breuiſſima intra circuli circūferentiam termineť: quo facto: duas a ſtilo umbras cauſatas æq̄les obſeruabis: añ meridiē unam: alteram uero poſt meridiē: quar̃ utraq̄ in circuli circūferētia termineť: quas umbras duobus pūctis ſignabis: arcuſq̄ iter pūcta p̄dicta itercepꝰ: in duas æq̄s partes ſeceť: & a pūcto ſectionis ad centrum linea protrahať: quæ tibi lineam uerā meridianā repræſentabit: Macrobius de meridiano lib. i. ſic ait: Duo q̄ ad numer̃ prædictū ſupſunt meridianus & orizon: nō ſcribūtur in ſphæra: quia certum locū habere non pñt: Sed pro diuerſitate circūſpicientis habitantiſue uarianť: Meridianus eſt. n. quē ſol cū ſup hoīum uerticē uenerit: ipſum diē mediū efficiēdo deſignat: Et quia globoſitas terræ habitationis oīum æquales ſibi eſſe nō patiť: non eadem pars cæli omnium uerticē deſpicit: Et ideo unus omniū meridianus eſſe nō poterit. Sed ſingulis ſup uerticem ſuum: pprius meridianus efficitur.


Orizō uero ē circulus diuidēs īferius hęmiſphærium a ſuperiori. Vnde appellať orizon. i. terminator uiſus. Dr̃ ēt orizon circulus hęmiſphęrii.

ORIZON VERO EST CIRCVLVS. In hac ultima pte pſequiť de ultimo circulo iter maiores: & prio diffinitiue: ſc̄do uero diuiſiue ibi. (Eſt aūt duplex orizon). Quid ſit orizō: p magna parte in primo manifeſtatū eſt: ubi dictū fuit: q̄ ubicūq̄ hō moreť medietatē cæli ſupmam (quæ hæmiſphæriū ſuperius. i. ſemiſphæra & medietas nuncupať) conſpicit: alia uero media pars quæ hæmiſphærium dr̃ inferius occultať eidem: quæ quidem medietates terminanť & coniūgunť linea orizontali p terræ ſuperficiē tranſeūte: tota nāq̄ ſuperior medietas ad lineam uſq̄ illam uidetur: & iferior occultata ad illam ſimilr̄ terminať. Et ideo diffinitiue orizō eſt circulus maior cælū in duas ptiens partes hæmiſphæriū. ſ. ſuperius & uiſum: & inferius occultatū p ſe: & p hoc diſtinguitur ab omnibus aliis maioribus circulis: q uel nō diuidunt cælū in ſupius & inferius hæmiſphæriū: uel per accidens diuidūt: naʒ exiſtentium ſub æquatore bis in die naturali uterq̄ colurus cū orizōte uniť: & diuidit ſphæram in hæmiſphæriuʒ uiſum & nō uiſum: hoc tñ eſt p accidens & nō p ſe: ut notum eſt. Eodem modo æquinoctialis partitur cælum in partem uiſam & non uiſam: illis qui ſunt ſub polo arctico: ut patebit tertio huius: hoc tamen eſt accidentale ei: & hoc non agit inquantum æquator: cum non ſit de ratione eius: ſed quia idem cū orizonte. Quia igitur ad huiuſmodi circulum terminatur uiſio orizon græce: quod terminator uiſus latine ſonat dictus eſt. Et quoniam duo diuidit hæmiſphæria uiſum ſcilicet & occultatum: circulus eſt appellatus hæmiſphærii idest diuidens ſphæram & duo conſtituens hæmiſphæria inferius & ſuperius: quæ uere hæmiſphæria poſſunt appellari: cum diſtinctionem accipiant per uideri & occultari: quod non poteſt dici de hæmiſphæriis: aliis circulis diuiſis ut notum eſt.


Eſt autem duplex orizon: rectus & obliquus ſiue decliuis. Rectum orizonta: & ſphęram rectā hñt illi quor̃ zenith eſt in æquinoctiali: quia illorum orizon eſt circulus tranſiēs p polos mūdi: diuidēs ęquinoctialē ad angulos rectos ſphęrales: unde diciť orizon rectus & ſphæra recta. Obliquum orizonta ſiue decliuem: habent illi quibus polus mundi eleuatur ſupra orizontem: q̄m illorum orizon īterſecat æquinoctialem ad

EST AVTEM DVPLEX ORIZON. Agit de orizonte diuiſiue. Duplex nāq̄ eſt orizō rectus & obliquus: qui q̄m cum ſphæra recta & obliqua idēptificātur: quicunq̄ nanq̄ habent orizontem rectum & ſphæram: & qui illum obliquum & hanc: & conuertiť quod denotauit auctor in tex. quom dixit. Rectum orizōtā & ſphæram rectam habent illi &c. & perfecte uiſum eſt mihi expoſuiſſe in primo huiꝰ capitulo: de diuiſione ſphæræ accidētali: utrāque ſphæram & conditiones quoq̄ earum declaraſſe: in hac parte idem recapitulando ſer-

angulos impares & obliquos. unde dicitur orizon obliquus: & sphæra obliqua siue decliuis. Zenith autem capitis nostri semp est polus orizontis. V nde ex his patet ꝙ quãta est eleuatio poli mundi supra orizontem: tanta est distantia zenith ab æquinoctiali: quod sic patet. Cum in quolibet die naturali uterq; colurus bis iungat meridiano: siue idem sit quod meridianus: quicquid de uno probatur & de reliquo. Sumat igitur quarta pars coluri distinguẽtis solstitia: quę est ab æquinoctiali usq; ad polum mundi. Sumatur iterum quarta pars eiusdem cori quæ est a zenith usq; ad orizontem: cum zenith sit polus orizontis. Istæ duæ quartę cum sint quartæ eiusdem circuli inter se sunt æquales. Sed si ab ęquali bus æqualia demantur uel idem cõe: residua erũt ęqualia: dempto igitur cõi arcu .s. q est inter zenith & polum mundi residua erunt æqualia .s. eleuatio poli mundi supra orizontẽ: & distantia zenith ab æqnoctiali.



monem prolongare recuso. At quoniam qui non sunt sub æquatore dici: distantiam obtinent latitudinalem ut supra dum de meridiano agerem declaraui: quæ quidem distantia & latitudo potissime per eleuatiõem poli aquilonaris supra orizontem accipitur: quod nõ esset nisi ambæ scilicet distãtia zenith habitationis ab æquatore: aut distantia ciuitatis a linea æquatori supposita: & poli supra orizõtem altitudo essent æquales: ideo eas adinuicem æquari in hac parte demonstro: in coluro solstitia distinguente uel meridiano a b c



d e f: orizon capiatur a e: & zenith polus eius c: cum zenith & summitas capitum ab orizõte æquidistat: sit quoq; æquator b f: & polus mundi aquilonius d: qm̃ nanque orizon a e: secat sphæram ĩ duo æq̃lia: & zenith undiq; æquidistat: erit arcus c e. a zenith ad orizontem quarta circuli. Eadem ratione b d: ab æquatore ad polum quarta circuli: sed notum est ꝙ eiusdem circuli quartæ sunt æquales: arcus igitur b d: & c e: æquantur adinuicem: quare dempto arcu communi utrique c d: scilicet distantia inter zenith & polum: restat arcus b c: distantia zenith ab æquatore: æqualis arcui d e: eleuationi polari supra orizontem: quod est intentum: & ideo cum hæ sint æquales: non est mirandum si latitudo ciuitatum & distantia zenith ab æquatore: reperitur per eleuationem poli supra orizontem. Dubitatur tamen quoniam non uidetur orizontem conuenienter per rectum & obliquum diuidi posse: cum non sit nisi unus: tot nanque sunt orizões in quot duo media cælum diuiditur: cum orizon diuidat cælum in duo hæmisphæria superius uidelicet & inferius: cælum autem non potest diuidi nisi in duas medietates ceu quælibet totum: igitur orizon erit tantum unus: & consequenter si rectus: non datur obliquus: uel si obliquus est: rectus non reperitur. Breuiter rñdetur quodlibet totũ duo media tantum habere: uerum diuersimode accipi possunt: secundũ ꝙ diuersimode totum potest secari: sicut gratia exempli: & si melon non habeat nisi duo media: põt tñ diuidi in illa ex pluribus partibus: & per longũ & ꝑ latum ceu cuilibet notum est: & ita licet cælum duo, tm̃ media habeat: possunt tamen ea diuersis diuisionibus sumi: & per rectum & per obliquum: unde hæmisphæria diuisa per obliquum orizontem: non sunt totaliter distincta ab hæmisphæriis per rectum diuisis: immo cum eisdem communicantia ut patet. B. no. quomodo zenith. capitis nostri sit polus nostri orizõtis: qd sic ꝓbari põt: qm̃ oculus nr̃ dicitur esse in centro superficiei ipsius orizontis: ergo zenith & nadir sunt poli orizontis: antecedens est clarũ: quia nos imaginamur orizonta causari a linea exeunte ab oculo nostro: terminata usque ad terminum in quo nobis apparet ꝙ cælum & terra se contangãt: consequentia autem probatur: Quia sicut oculus noster æqualiter distat ab omnibus partibus circunferentiæ orizontis: ita zenith & nadir similiter ab ipsa æquedistant: & hæc est ratio poli: ꝙ æquedistet a qualibet parte

superficiei planę in sphæra imaginatæ:ergo zenith & nadir sunt poli orizontis: Macro. de orizōte talia refert: Similiter facit sibi orizontem circūspectio singulo℞: Orizon est. n. uelut quodam circo designatur terminus cæli:qđ super terram uidet: Et quia ad ipsum uere finē non pōt humana acies puenire: qtum quisq̃ oculos circunferendo conspexit: ꝓprium sibi cæli quod super terram est: terminum facit. Hic orizon quē sibi unusquisq̃ circūscribit aspectus: ultra trecentos & sexaginta stadios: longitudinem intra se continere nō poterit: Centū. n. & octuaginta stadios nō excedit acies cōtra uidentis: Sed uisus cum ad hoc spatium uenerit: accessū deficiens in rotūditatem recurrēdo curuat: Atq̃ ita sit ut hic numerus ex utraq̃ parte geminatus trecento℞ sexaginta stadio℞ spatium quod intra orizontē suum cōtinetur efficiat: Semp℞ quātum ex huius spatii pte postea ꝓcedendo demiseris: tm̄ tibi de interiore sūmetur: Et idem orizon semper q̃tacunq̃ locorum transgressione mutatur: Hunc aūt quem diximus aspectū admittit: aut in terris æqua planities: aut pelagi tranq̃lla libertas: quæ nullam oculis obicit offensam: Nec te moueat: q̃ sæpe in longissimo positū montem uidemus: aut q̃ ipsa cæli superna suspicimus: Aliud est. n. cum se oculis ingerit altitudo. Aliud cum per planū se porrigit & extendit intuitus: in quo solo orizontis arcus efficitur: no. tamē q̃ de diametro orizontis aliter sentit proclus: cum ipsam duū milium stadiorum esse affirmet sic dicēs: Est uero orizon duplex: alter qui sensu usurpatur: Alter qui sola ratione percipitur: Ergo sensilis orizon est: q a nostro uisu in termino uisionis circunscribit hic adeo non amplius duū milium stadiorum dimetiētem habet: Qui aūt ratione percipit ad fixa℞ stella℞ sphæram pertinet: mundūq̃ totum in duo secat.

DICTO DE SEX CIRCVLIS maioribus. Cum in superioribus capl'is de. 6. circulis maioribus (q̃bus sphæra materialis componitur & sphæra cælestis p imaginationē) determinationem explerit: in hoc unico capitulo & ultimo de quattuor minorib⁹ circulis ꝓseq̃tur: & diuidit in duas ptes: in qua℞ pri͂a agit de dictis circulis: in scđa uero eisdem circulis: q̃nq̃ zonas i cælo totidēq̃ distinguit i terra ibi. (Notandum etiā quod quatuor palelli minores). Ho℞ quattuor mino℞ circulorum tota declaratio p sphærā hr̄ materialē: nō breuius ut potero transiens in plano demonstrabo. Esto in sphæra a b c d: æquator diei b d: supra polis mūdi a & c: & obliqu⁹ circul⁹ e f: cuius poli g h: moueat sphæra motu diurno itaq̃ tota ps d: fiat i b in d. scđo rediēs & ecōtra: notū est q̃ primū pūctū cācri f: maxie ad aq̃lonē declinās fiet i i: ad f itē℞ rediēs: q̃ de re sol exīs in f principio cācri: describet motu diurno circulū f i polo arctico a ꝓpinq̃ssimo q̃ possit describere: cū pūctū f iter oīa pūcta eclyptice ut dcm̄ ē polo arctico a uicinū fit maxie: q qdē circulus: q̃m fit a Sole exn̄te i


De quattuor circulis minoribus.

DIcto de sex circulis maioribus: dicendū est de quattuor minoribus. Notandū igitur q̃ sol existens in primo puncto cancri: siue in puncto solstitii æstiui: raptu firmamenti describit quendam circulum: qui ultimo descriptus est a sole ex parte poli arctici. Vnde appellatur circulus solstitii æstiui ratione superius dicta: uel tropicus æstiuus a tropos qđ est conuersio: quia tunc sol incipit se conuertere ad inferius hæmisphærium & recedere a nobis. Sol iterum existens in primo puncto capricorni siue solstitii hyemalis: raptu firmamenti: describit quendam circulum qui ultimo describitur a sole ex parte poli antarctici. Vnde appellat̃ circulus solstitii hyemalis siue tropicus hyemalis: quia tunc sol cōuertitur ad nos. Cum autem zodiacus declinet ab æquinoctiali: & polus zodiaci declinabit a polo mundi. Cum igitur moueatur octaua sphęra & zodiacus qui est pars octauæ sphæræ: mouebitur circa axem mūdi: & polus zodiaci mouebitur circa polum mūdi. Iste igitur circulus quem describit polus zodiaci circa polum mundi arcticum dicitur circulus arcticus. Ille uero circulus quem describit alter polus zodiaci circa polum mundi antarcticum: dicitur circulus antarcticus. Quanta est etiam maxima solis declinatio. s. ab æquinoctiali: tanta est distantia poli mundi ad polum zodiaci: quod sic patet. Sumat̃ colurus distinguēs solstitia q trāsit p polos mundi & per polus zodiaci. Cum igitur omnes quartæ unius & eiusdē

circuli inter se sint æquales: quarta huius coluri: quę est ab ęqnoctiali usq; ad polũ mundi: erit æqualis quartę eiusdem coluri: q̃ ẽ a primo pũcto cãcri usq; ad polũ zodiaci. Igit̃ ab illis æqualibus dẽpto cõi arcu: q est a primo pũcto cancri usq; ad polũ mundi: residua erunt æqualia. s. maxima solis declinatio: & distantia poli mundi ad polum zodiaci. Cum autem circulus arcticus secundum quãlibet sui partem æquidistet a polo mundi: patet q̃ illa pars coluri quæ est inter primum punctum cancri & circulum arcticum: fere est dupla ad maximam solis declinationem: siue ad arcũ eiusdem coluri q intercipit̃ inter circulũ arcticũ & polũ mũdi arcticũ: qui etiam arcus ęq̃lis est maxĩe solis declinationi. Cũ. n. colurus iste sicut alii circuli ĩ sphæra sit. ccclx. gra. q̃rta eius erit. xc. gra. Cũ igit̃ maxima solis declinatio s̃m Ptole. sit. xxiii. gra. & li. minutoꝝ: & totidem graduũ sit arcus q est inter circulum arcticũ & polũ mũdi arcticũ: si ista duo simul iũcta: quæ fere faciũt. xlviii. gradus: subtrahant̃ a xc. residuũ erunt. xlii. gradus: quantus est arcus coluri q est inter primum punctum cancri & circulum arcticũ: & sic patet q̃ ille arcus fere duplus est ad maximam solis declinationem. Notãdũ q̃ æqnoctialis cũ q̃ttuor circulis minoribꝰ: dñr qnq; paralelli quasi æquidistantes: non q̃a q̃tũ primus distat a secũdo: tantũ secũdus distet a tertio: q̃a hoc falsũ est sicut iam patuit. Sed q̃a qlibet duo circuli simul iũcti: secũdũ q̃libet sui partẽ æq̃distant abinuicem: & dñr paralellꝰ æqnoctialis: paralellus solstitii æstiui: pellꝰ solstitii hyemal̃: paralellꝰ arcticus: & paralellꝰ ãtarcticꝰ.

solstitio æstiuali: dr̃ circulus solstitii æstiual̃: & q̃m Sol cõtinue appropiquabat nostro zenith: quousq; sit in dicto loco ubi ĩcipit remoueri & cõuertete ad hæmisphæriũ inferius. i. ad ptẽ meridiei: quæ dr̃ ĩferior: q̃m polus meridionalis in habitatiõe nr̃a existit sub orizõte: polus uero arcticꝰ sup eodẽ eleuat̃: ab hac itaq; cõuersione in eo ĩcipiẽte: dictꝰ est tropicus a tropos: qd̃ est cõuersio: & q̃m cõtingit ĩ initio cãcri dr̃ tropicus cancri. Est igit̃ circulus solstitii æstiualis seu tropicus æstiualis: siue qd̃ idem est tropicus cancri: circulꝰ minor descriptus a Sole existente in solstitio æstiuali: uel ĩ principio cãcri: & q̃a dr̃ circulus mĩor distinguit̃ a maioribus: quo conuenit cũ aliis minoribus: ideo ut distinguatur a circulo arctico & antarctico: additũ est descriptꝰ a Sole: q̃ñ hii describunt̃ a polis zodiaci: & q̃m tropicus capricorni ut patebit describit̃ a Sole in initio exñte capricorni: ad cīꝰ drĩam addicit̃ ĩ principio cãcri exñtis &c. Scd̃o hoc in motu initiũ capricorni e: pũctũ zodiaci ad c: polum antarcticũ maxĩe declinãs: in k fiet iteꝝ in e rediẽs: & tũc Sol ibi exñs circulũ e k designabit ultimo uersus antarcticũ polũ c: designatum ab eo: cũ e pũctus maxima sit declinatio: q nũcupat̃ circulus solstitii hyemalis. i. factus a Sole ĩ solstitio hyemali exñte: & q̃m Sol cõtinue a nobis remouebat̃: ĩde uero ĩcipit approximari & conuertere ad nos: tropicus hyemalis hoc est Solis conuersio in hyemis cõtingens initio: & q̃a describit̃ a Sole in principio capricorni tropicꝰ capricorni ẽ dictꝰ. Est igit̃ hmõi circulꝰ diffinitiue circulus minor a Sole ĩ prĩcipio capricorni exñte pertrãsitꝰ. Silr̃ & tertio polus zodiaci g: in l: iteꝝ reuertẽs in g mouebit̃: circulũ describẽs g l: æq̃distantẽ polo arctico a: q̃ta est solis maxima declinatio d fiue ista patebit: & circulus hmõi arcticus est dictus: q̃m describit̃ a polo zodiaci arctico: uñ no. q̃ polus zodiaci g: dr̃ polꝰ arcticus: q̃m appropinquat polo mũdi arctico: & alter polus eiusdẽ uidelicet h: q̃m polo mundi an


tarctico uicinatur: dicit̃ antarcticus: & deniq; quicq̃d ab eclyptica uersus g: remouetur latitudinẽ habet septẽtrionalem: qd̃ uero ab eadẽ uersus h: dr̃ meridionale: quom igitur circulus g l: describat̃ a polo zodiaci arctico: circulus arcticus est dictus. Et est circulus minor descriptus a polo zodiaci arctico: & per hoc qd̃ dr̃ describi a polo zodiaci: differt ab utroq; tropico: qui a sole fiunt: per hoc aũt ꝑ polo arctico designantur: differt ab antarctico. Eodem quoque nõ polus zodiaci h, trãsferet̃ in m: circulũ h m describendo: priori equalẽ & æq̃distantẽ a polo mundi antarctico c: sicut circulus g l: polo arctico a: q q̃m fit a polo zodiaci antarctico: antarcticꝰ circulus noiatus est. Et diffinitur esse circulũ minorem: a polo zodiaci antarctico descriptum. Nota mõ ꝑ quadã uera cõclusione manifestãda q̃ tanta est solis maxima declinatio: q̃ta est distantia poli utriusq; zodiaci a polo mũdi utroq;: & cõsequenter tropici ab æq̃tore tm̃: q̃tum a polis mũdi declinat circulus arcticꝰ & antarcticꝰ.



Ad quod ꝓbandum in polo arctico a: æquator b c:& zodiacus d e: in polo f: circulo arctico existēte f g designatur: itaq; totus circulus sit colur⁹ distinguens solstitia: notū est ex dictis supius in cap. de coluris arcū b d: esse solis declinationem maximā: quam æqualem ꝓfero arcui a f: distantiæ. s. poli zodiaci a polo mundi: qm̄ nanq; arcus b a:& d f: sunt quartæ eiusdē circuli: inter se sunt æquales: quare per cōceptionem primi Euclidis arcu uniq; cōi d a: ablato: remanent arcus b d: maxima declinatio & a f: distantia poli zodiaci a polo mundi. At qm̄ in puncto d: tropicus est descriptus:& circulus arcticus a pūcto f: habetur propositum: tm̄. s. distare tropicū ab æquatore: q̄tum a polo mundi circulum arcticum. Sed quoniam supra demōstratum est utrāq; solis maximam declinationem adinuicem æquari:& eis æquanť distantiæ polorum zodiaci a polis mundi: sequiť quod uterq; tropicorum ab æquatore: ut uterq; circulorū arctici. s.& antarctici a polis mundi æqualiter distant. Et quia maxima ꝓsolis declinatio b d: ex sententia Ptole. est uiginti tres gra.&. 51. m̄.& arcus a f: distantia polorum erit etiam uiginti tres. 51.& consequenter ꝓarcus a g: siquidē circulus arcticus f g: est descriptus circa polum⁹ mundi tanquam circa cētrum erit uiginti tres. 51. quare duobus arcubus b d:& a g: combinatis adinuicem fient gra. 47. m̄. 42. quibus demptis ex tota quarta b a. 90. gra. restat pars coluri d g: inter tropicum cancri & circulum arcticum. 42. 18. quæ quidem est fere dupla ad arcum b d: maximam solis declinationem: uel arcum a f: distantiam poli zodiaci a polo mundi: quoꝝ quodlibet est. 23. 51. non est uere dupla si quis bene consideret: immo minus:& ideo dixit quasi. Ex hac cōclusione sequitur: quod cum quatuor circuli minores cum æquatore dicantur quinque paralelli: uidelicet paralellus æquinoctialis: paralellus cancri: paralellus capricorni: paralellus arcticus: & paralellus antarcticus: non ideo ita dicuntur: quoniam quantum unus ab alio tantum alter remoueť a reliquo: quoniam demonstratum est esse falsum: cum tropici ab æquatore. 23. 51. distent: alii uero duo circuli a tropicis. 42. 18. non igitur æqualis est distantia: sed paralelli dicunť: duo eoꝝ adinuicem compati: quoniam secūdum omnem ꝑtem eoꝝ æquidistāt: nam duo tropici undiq; ab æquatore. 23. 51.& a tropicis circulus arcticus & antarcticus. 42. 18. sunt distantes: ut notum est sano capiti. B. no. quare uocauit ꝑtem australem inferi⁹ hemisphærium: cum philosophi dicant ꝑtem illā esse supiorem: Pōt dici uel quod hoc est deductum ex nr̄o modo uidendi: nam secus est aspicere res ꝓpinquas capiti nr̄o:& res sub pedibus collocatas: unde qn̄ uolumus uidere supna op3 ut axem oculi nr̄i maxime eleuemus: qn̄ autē infena econtra: op3 ut deprimamus: & qa qn̄ sol est in ꝑte septētrionali: tūc op3 ut aciē eleuem⁹ cū sit maxīa zenith ꝓpinquus: dř esse in ꝑte supiori: quando aūt est in ꝑte australi: nō eleuamus imo potius deprimimus: iō dř esse in ꝑte inferiori: Aliter adhuc & magis subtiliter secundum astrologos: Quia qn̄ sol est in cancro tunc diciť esse in auge: puncto maxime a terræ centro remoto:& ideo in ꝑte magis supma & supiori quam possit esse: Econtra uero accidit cum est in capricorno: est in opposito augis:& ex cōsequenti in ꝑte magis depssa:& magis ꝓpinqua terræ:& ex cōsequēti inferiori: Sed capricornus situať ex ꝑte australi: Cancer uero in ꝑte septētrionali: iō p3 itentum: Hyginius lib. i. de tropicis talia refert: Eodem centro quo supra diximus circulus duciť: qui therinos tropicos appellať: Ideo ꝗ sol cum ad eū circulū ꝑuenit: æstatē efficit eis: qui in aqlonis finibus sunt: hyemem autem eis: quos austri flatibus appositos añ diximus: Præterea ꝗ ultra eum circulum sol nō transit: sed statim reuertiť. tropicos est appellat⁹: ac paulo infra Circulus Chimerinus tropicus instituiť: a nobis hyemalis: a nōnullis brumalis appellatus: Ideo ꝗ sol cum ad eum circulum ꝑuenit: hyemem efficit his: qui ad aquilonem spectant: æstatem autem his: qui in austri ꝑtibus domicilia constituerunt: De circulo arctico sic ait: Deinde ab eodem principio boreo sex ꝑtibus ex utraq; finitione sumptis: circulus duciť: cuius centrum ipse est polus finitus: q circulus arcticus est appellatus: ꝗ intra eum arcturi simulacra: ut inclusa ꝑspiciunť: Quæ signa a nostris ursaꝝ specie ficta: septētriones appellanť: de antarctico aūt sic ait: Econtrario item simili ratione: a noto polo sex ꝑtibus sumptis: ut supra de boreo diximus: circulus ductus antarcticus uocať: ꝗ cōtrarius est ei circulo: quem arcticon supra diffiniuimus.

NOTANDVM ETIAM Q VOD quattuor paralelli. Distinguit cælum terráq; ī ꝑtes quinq;: distinctiōe causata a circulis quattuor minoribus: quaꝝ quælibet zona diciť. Et est zona idem quod cingulus seu: (ut ita dicam) cinctura: cum huiusmodi pars cæli seu terræ quæ zona est dicta cingat & circuat cælum siue terram: ut tota portio cæli īclusa inter tropicos cælum ut zona circundat & ita de aliis: & quia qualiter quinq; zonæ causentur ex q̄ttuor circulis minoribus patens est: figuratione tantum indigens: ideo in circulo hoc cui⁹ polus arcticus a:& antarcticus b: circulus arcticus designatur c d: tropicus Cancri e f: tropicus Capricorni g h. & circulus antarcticus

Notandū ēt ꝗ q̄ttuor palelli minores. s. duo tropici: & palellus arctic⁹:& palellus antarctic⁹: distinguūt ī cęlo qnq; zōas siue regiões. Vnde Virgil. in georgicis. Q uinq; tenēt cęlum zonæ: quarū una corrusco. Semper sole rubēs:& torrida semp



ab igni. Distinguuntur etiam totidem plagæ in terra: directe prædictis zonis suppositæ. Vnde Ouidius primo methamorphoseos. Totidemq; plagæ tellure præmuntur. Quarum quæ media est non est habitabilis ęstu. Nix tegit alta duas: totidem inter utrasq; locauit. Temperiemq; dedit mixta cũ frigore flamma. Illa igitur zona quæ est inter duos tropicos dicitur inhabitabilis: propter calorem solis discurrentis semper inter tropicos. Simil'r plaga terræ illi directe supposita: dicitur inhabitabilis: propter calorem solis discurrentis super illam. Illæ uero duæ zonæ quæ circunscribuntur a circulo arctico: & circulo antarctico circa polos mundi: inhabitabiles sunt propter nimiam frigiditatez: quia sol ab eis maxime remouetur: similiter intelligendum est de plagis terræ illis directe suppositis. Illæ autem duę zonæ quarum una est inter tropicum æstiuum & circulum arcticum: & reliqua quæ est inter tropicũ hyemalem & circulum antarcticũ: habitabiles sunt: & temperata caliditate torridæ zonę existẽtis inter tropicos: & frigiditate zonarum extremarum quæ sunt circa polos mundi. Idem intelligendum de plagis terræ illis directe suppositis.

i b k g h e f c d a

ĩhitabilis hitabilis ĩhitabilis hitabilis ĩhitabilis


i k: si quis recte conspicit: uidebit totum cælum ceu terram partitam esse quinq; in partes ceu zonas. At quoniam Sol semper inter duos tropicos discurrit: eos nunquam egrediens; sequitur quod zona media inter eosdem intercepta: e f g h: solis præsentia & caliditate redditur inhabitata cuius causam manifestabo. Et quia a polis mundi a: & b: maxime remouetur: duæ zonæ extremæ polis suppositæ c d a: & i k b: ob solis distantiam frigiditate sunt incultæ. Residuæ uero duæ zonæ inter tropicos & circulos alios: & inter dictas mediæ: habitabiles sunt & temperatæ: quoniam eis sol non semper assistit ueluti zonæ torridæ: neq; multum ab eisdem remouetur: sicuti a zonis polis suppositis: immo mediæ sunt inter torridam & frigiditas: ut caliditas torridæ frigiditate frigidarum in eis contemperetur: ut temperatæ reddantur & habitabiles. quarum septentrionalis c d e f colitur a nobis: australis uero g h i k: ob eadem causaz sicut hæc habitabilis ẽ: an uero habitet' ignotum est nobis: cum inaccessibilis sit ex nostra zona torrida in medio existẽte. Et in hac sententia etiam poetæ concordantur: & primo Virgilius primo geor. uersibus in textu allegatis. Quinq; tenent cælum zonæ: quarum una corrusco semper sole rubens: & torrida semper ab igni. Quam circum extremæ dextra leuaque trahuntur: cerulea glaciæ concretæ atque imbribus atris: has iter mediamque duæ mortalibus ægris. Munere concessæ diuum: & Ouidius primo methamorphoseos fabula secunda dicens. Vtque duæ dextra cælum totidemque sinistra parte secant zonæ; quinta est ardentior illis. Sic onus inclusum numero distinxit eodem. Cura dei: totidẽque plagæ tellure præmuntur: quarum quæ media est non est habitabilis æstu. Nix tegit alta duas: tondem inter utrasque locauit. Temperiemque dedit mixta cum frigore flamma. Intelligit nanque poeta per partem dextram: partem septentrionalem: quæ quoniam a nobis colitur dextra dicitur. Sinistram uero australem huic oppositam: ceu Lucanus. Vmbras mirati nemorum non ire sinistras. idest australes: duæ nanque sunt zonæ septentrionales & duæ australes: una uero in medio eorum: quinta uero in ordine narrationis & locutionis: media uero in situ est ardentior: est nãque zona torrida ut dictum est: intelligit quoque per onus inclusum: terram quæ grauis est simpliciter: & includitur & continetur a cælo: reliqua uero manifesta sunt. Quoniam cælum terramque in quinque partes regiones & zonas non tantum astrologi & philosophi annuunt: uerum etiam & extranei poetæ tanq̃

omnibus notum admittunt:ideo circa huiusmodi conclusionem dubitate superuacuum est mihi uisum. Verum quia discordes sunt sapientes: de qualitate earum & maxime mediæ:an caliditate eius habitatio phibita sit: & pro parte utraq; rationes militare uidentur:ideo hanc materiã speculari non est incongruum:q̃rendo an zona media inter tropicos inclusã & æquatori diei supposita habitari possit:an caliditate intensa intemperata reddatur:& habitatio interdicat:& uidetur qđ sit habitata ob eius temperiem: cum ibi nõ sit caliditas ultima.Si tertia nanq; zona esset caliditate inculta hoc maxime esset pter pñtiam solis ut dicebatur: cum non sit assignare aliam cãm calefacientem.Sed sol non producit ibi caliditatẽ habitationem temperatã phibere potentem.Nam agens quod non longo tempore præsens est passo:non agit intense neq; effectũ pducit ultimatum:sed sol paruo tempore moratur supra orizontem existentium ibi.s. duodecim horis:in sphæra aũt nostra in æstate:est supra terram plus quindecim horis:si igitur in æstate apud nostram habitationem non tantum calorem producit q̃ habitatio phibeatur: neq; etiã in zona media:cũ minori tempore moretur præsens nõ producet caliditatem habitationem impedientem:imo minorem: & consequenter illa zona est magis tẽperata. Secunda ratio:illam partem terræ sol nõ intense calefacit:cui non multum appropinquat.Siqdem agens corporeũ quanto passo uicinius tanto agit intensius. Sed sol in æquatore existens non multum approximat zonæ mediæ:quia tunc nõ est in opposito augis:immo in lõgitudinibus mediis:ut in theoricis habet declarari:quare tunc sol parum calefaciet caliditate uidelicet tẽperatã habitationem non prohibente. Tertia ratio:illam regionem sol non multum calefacit supra quã non longo tempore moratur:uerum ab eius zenith uelocius elongatur: cum caliditas a sole causetur per eius ad zenith appropinquationem & moram in illo:ut inferius declarabo.Sed sol existens in æquinoctiali & zenith huius zonæ uelociter declinat:& paruo tempore ibidem moram trahit:probat nãq; Ptole. secundo Almag.quod nunq̃ planetæ tm̃ declinant ab æquatore:quantum in eo uel prope eum existentes: ut experientia quoque comprobatur:maxime nanq; declinat & obliquatur zodiacus in piscibus: Ariete: Virgine:& Libra:cum sole ibi existente:maxima dierum & noctium percipiatur uariatio in augmento & decremento.Non igitur est regio illa inhabitata pferenda ob intensum incendium.Heæ tres rationes accipi possunt ex Alberto magno tertio methro.tracta.primo capi.19.quo in loco mira breuitate loquitur: & licet pro parte hac alias rationes potuissem formare:quia tamen notæ sunt et famosæ eas dimitto:& his non apud omnes diuulgatis sum contentus. Pro hac quoq; sententia est Auicẽ.primo canonis fen.ptima doctrina tertia:scilicet de complexionibus capi.primo:ubi uult quod temperatior habitatio quæ possit eẽ in terra:est sub æquatore diei in media uidelicet zona:& post hãc in clymate quarto.Idem secunda primi doctrina secunda capi.octauo:ubi uidetur facere secundam & tertiam rationem iam dictam: ponens tres causas caloris cum Alberto in loco allegato:primam solis propinquitatem ad terram: secundam existentiam eius in zenith & rectitudinem radiorum: & tertiam moram eiusdem in eo loco: & quoniam heæ omnes concurrunt in tropico Capricorni:propinquitas cum ibi sit oppositum augis:radiorum rectitudo:cum sol existens in Capricorno sit præcise in zenith: longa mora:quoniam ibi zodiacus uidetur rectus:& planetæ insensibilem ibi adipiscuntur declinationem: immo sol pluribus mensibus uidetur in eodem loco existere: & ego addo quartam causam scilicet moram supra orizontem maiorem quam sub æquatore:cum sub tropico Capricorni morantes:orizontem habeant obliquum: concludendum est itaque q̃ cum omnes quattuor causæ caliditatis productiuæ in tropico dicto reperiantur:pars terræ illi supposita est inhabitata. In tropico autem cancri prima causa deficit : propinquitas scilicet ad terram : cum ibi sit aux:aliæ uero tres sequentes ob easdem causas ibi reperiuntur :quare habitatio terræ dicto tropico suppositæ non omnino prohibetur:sed prauam testantur:cum æthiopes ob calorem denigrari:eam ptem incolant.At uero in æquatore tantum una causa secunda uidelicet reperitur existentia solis in zenith ut dictum est.neq; propinquitas eiusdem ad terram:igitur non tanta producitur caliditas quod habitationẽ impediat:immo una causa cum oppositis aliarum trium temperamentum resultat inter caliditatẽ & frigus. In habitatione autem nostra qui sumus a tropico Cancri uersus polum septentrionalem declinantes:pp obliquitatem sphæræ sol longo tempore moratur supra orizontem:licet non sit in zenith: in quo tempore potest ita intense agere:ueluti in paruo tpe in zenith existens morantiũ sub æquatore:sed in nr̃a habitatione non pducitur caliditas temperamentum excedens:quare neq; in zona media:hanc quoq; opinionem imitatur petrus de apono: differentia sexagesima nona plures faciens rationes: quas ne prolixus fiam & tediosus silebo. In oppositum est primo Ptole.secundo Almag. capitulo sexto prope principium: ubi arguens contra dicentes æquatorem habitari: inquit:quod sciretur relatione aliquorum inde ad nos puenientium: uel hinc aliquis illuc posset se transferre: & secundo quatripar. capi.secũdo ubi ex nigredine & adustione æthiopum ibi morantium arguit intemperiem & calorem.Similiter Aristo.in libello de inũdatione nili:& scdo metheo.ubi diuidit terram in quinq; zonas:& uult zonã torridam esse inter tropicos: ut auctor posuit in textu.Item Auer.secundo metheo. Virgilius & Ouidius in carminibus in textu adductis & ultimo auctor ut clare patuit supra. Pro solutione huius quæstionis est sciendum : quod quando quærit utrum zona media sub æquatore habitet dupliciter intelligi potest. Vno modo simpliciter utrũ

scilicet ibi uiuant animalia:& præcipue homines:& eam partem terræ incolant:secundo modo audiri potest non simpliciter utrum habitetur:sed cũ hac cõditione bene:potest nanque habitari oerũ praue:ob alicuius qualitatis excessum.Et ideo dico duo: primũ ꝙ zona torrida habitatur:probatur auctoritate Ptole. secundo Almag. capitulo sexto:ubi numerat lineas paralellas æquatori quæ habitant̃ & numerat multas inter æquinoctialẽ & tropicum cancri:& secundo quadripartiti ubi uult æthiopes morari inter æquatorẽ & tropicum æstiuum.Itẽm,oẽs astronomi qui distinguentes terram in climata habitata: ponunt principiũ primi climatis in linea ab æquatore duodecim gra.distante: sed quia tropicus cancri ab eodem remotus ẽ uiginti quatuor gra.fere:sequit̃ quod initium primi clymatis est inter æquatorem & tropicum nominatũ per æquidistantiam medium:unde totum primum cum secundi medietate: a tropico uersus æquinoctileꝫ uergit:ut patebit in fine tertii huius.Similiter Lucanus dum inquit.æthiopumq; solum quod non præmeretur ab ulla: signiferi regiõe poli: in poplite lapso: ultima curuati procederet ungula Tauri: uult itaque Lucanus quod æthiopia præmatur ab ungula tauri: sed ea est inter tropicos & in zona torrida: igitur zona ea colitur ab æthiopibus. Et arguit̃ ratione: quoniam cũ æthiopes sint ita arridi sicci & denigrati: quæ quidem omnia effectus sunt caloris ut uolunt philosophi: sequitur quod habitant in locum calidum excessiue: sed nõ datur locus excessiue calidus ultra circulum cancri uersus polum arcticum: cũ talis regio sit temperata: ut nobis manifestum est: sequitur quod sunt inter tropicos: cum locus ille ut ostenderur ob solis præsentiã calidissimus sit: zona igit̃ torrida ab æthiopibus colitur. Secundo dico zonã mediã ob intensum cauma praue habitari: quod demonstratur rationibus Auer. secundo metheo. Prima eius ratio si datur alterum contrariorum in natura & reliquum secundo de cælo. Sed datur frigiditas intensa & zone frigidæ soppositæ polis mundi:igitur & zona torrida eis contraria est assignanda. Nam si darẽtur frigidæ & nõ calida eis contra operãs: totus mũdus frigiditate periret:hmõi aũt zona calida est sub æquatore diei: quod probatur:nam zonæ frigidæ sunt sub polis a quibus sol maxime elongatur: igitur calida erit in loco in quo sol maxime uicinetur qui est æqu inoctialis:cum effectuum contrariorum causæ sint oppositæ: si nanq; solis remotio frigiditatẽ:eius uicinitas caliditatem causat. Secunda ratio eiusdem:contraria in natura maxime distant: sed zona calida contrariatur in natura frigidis: igitur ab eis maxime distat:sed non datur locus a polis mundi:(sub quibus sunt zonæ frigidæ): distantior quam æquator:undecunq; nanque ab æquarore remoueatur alteri polorum necessario approximatur: quare zona torrida est sub æquinoctiali & inter duos tropicos. Et heæ duæ rationes(ut dicit) sunt demõstrationes signi: quoniam concluditur zonam torridam esse sub æquatore; nõ per causam eius: uerum per aliud signũ scilicet p loca frigidarum regionum. Tertia ratio: pro qua est notandũ ꝙ sol ueluti sens⁹ manifestat caliditarẽ generat &.maiorem aliquo in tempore:in alio uero minorem: cuius ratio est: non quia sol dũ generat caliditatem intensam terræ sit uicinus:quia sequitur totum oppositum:ĩ æstate nanq; quando calor a sole causatus est in ultimo intensionis:ipse est in auge ecentrici:& ĩ loco a terra remotissimo ut recte dicit Cõmẽ. Auer.in primo eiusdem Metheo.& in hyeme dum frigus ultimatur sol est in augis opposito & terræ propinquissimus. Neq; etiam causa est: quoniam sol longiori tempore supra orizontem moueatur: quia ex hoc sequeret̃ ꝙ sub polis caliditas est intensa cũ sol sit supra terram mensibus sex:ut tertio huius patebit: quod falsum est & contra sententiã astrologorum oĩum & philosophorum: concedentium zonas ambas polis subiectas frigiditate incultas esse:& ob frigiditatẽ intẽsam ibi generat̃ aqua: quæ cõtinue fluit uersus partes nostras.Sed cã caliditatis est:radiorum reflexio ut uult philosophus Ari.2.de cælo tex.42. calor ex astris lumine mediãte & motu generatur:si nanque non lucerent non calefacerent:lumen autem mediantibus radiis influitur:necnon & radiorum reflexionibus ut uolunt perspectiui: & experientia patefacit: non enim tantum locus in quo lumen recipitur lucet:uerũ & locus qui luminis habet reflexionem: lucet nanque camera in die: & si per fenestras radius solaris non ingrediatur: qua de cã secundũ uariũ modum se habẽdi radiorum cum reflexionibus:caliditatis in intensione & remissione uarietas causatur:unde quãdo radii uniti:reflectuntur ita quod uniantur seu uincinentur sub reflexiones eorum:intensius agunt calorem producendo quam si adinuicem essent disgregati & separati:cum uirtus unita sit fortior quã ipsamet dispersa primo metheororum.Sed ita est quod quanto sol magis est eleuatus ad summitates capitum & zenith:tanto reflexiones cum radiis unitantur magis:quod declaratur ex sententia perspectiuorum:oĩs reflexio fit ad angulos æquales:hoc est si luminis radius ex sole in terram proiectus reflectatur:reflexio tãtum angulum causabit ad partem oppositam:quantum radius principalis.Exempli causa in plano a b radius proiicitur d: ãgulum causans b c d:reflexio fiet p lineã c e: angulum causando a c e:prior æqualem: quo fit ut quanto radius supra corpus planum obliquius cadit:& reflexio etiaꝫ obliquius: & a principali radio magis separata erigetur. Et quanto radius directius proiicitur:& reflexio directius eleuata: priori radio magis uicinatur & adinuicem se se fortificant & corroborantur:ut quilibet per seipsum leui exẽplo ꝑcipere potest:ꝙ




de re si radius super corpus dempsum sit perpendicularis angulos rectos causans: ut linea a b: super c d quæ rangens in puncto b: uterque angulus b rectus est: & reflexio quoque angulos rectos eosdem uidelicet b faciet: quare b a reflexio totaliter unitur cum principali radio a b & se uigorant adinuicem: taliter ꝙ ultimam producent caliditaté. Quibus intellectis recapitulo rationem Auer. Ibi est caliditas intensa: ubi sol possidens zenith uel parum ab eo remotus proiicit radios perpendiculares unitos cum reflexionibus uel propinquos ut declaratum est. Sed in regione torrida sol semper zenith possidet & maxie in parte æquatori supposita: in cuius zenith bis in anno existit sol: aut ab eo ad partes diuersas parum elongatur: & minus q̃ sit maxima appropinquatio in nostra habitatione: in qua calorem quasi sufferri non potentem sentimus: quare cum radiis uel uniuntur reflexiones: aut non multum distant: & calorem temperamentum habitationis destruentem producent. Et huiusmodi demonstratio ut recte dicit Commen. in loco iam dicto dat causam & esse: non tantum nanque ea concluditur esse huius effectus scilicet ꝙ sub æquatore sit ultima caliditas: uerum etiam causa eius assignatur: quæ est cum radiis reflexionum unitio uel uicinatio. Adhuc potest argui cotra tenentes oppositum huius: qualiter est possibile ꝙ sub tropicis sit incendium magnum: & uolunt ex hoc quia sol eis est uicinus: & sub æquatore sit temperies: cui sol magis appropinquat: & minus ab eo q̃ a tropicis elongetur. Præterea cum frigiditas summa sit in duabus regionibus sub polis: caliditas intensa inter eas per æquidistantiam esse debet; si quidem ab eis maxime remoueri debet: regio autem polis æquidistans est sphæra recta sub æquatore: intensa igitur caliditas est sub æquinoctiali & torrida zona inter tropicos intercepta.




Propter huiusmodi igitur similesque rationes uidetur mihi tutius tenere posse cum his excellentibus uiris: ꝙ sub æquatore non sit habitatio temperata & eam opinionem facilius tutari. Quam tenendo ad argumenta ĩ contrarium respondetur. Ad primum & si in æquatore sol paruo tempore moretur: propter tamen debitam applicationem quam habet ad passum: intense agit: agens nanque magis agit ĩ paruo tempore passo debite applicatum: q̃ absque applicatione in magno tempore: & ita ad propositum plus facit existentia solis in zenith uel prope in æquinoctiali in paruo tempore scilicet duodecim horarum: q̃ longitudo temporis in nostra habitatione: cum euis a zenith remotione: nam in regione polo subiecta: & si sex mensibus sol sit supra orizonté: quia tamen a zenith remotus caloré non agit. Ad secundum dico: ꝙ parum agit propinquitas solis ad terram: multum autem operatur eius ad zenith uicinitas: ceu quando est in initio cancri: & si sit remotus a terra: quia est in auge: quoniam tamen propinquus zenith: magis calefacit q̃ in principio capricorni terræ propinquus & a zenith remotus: ita etiam si sol in æquatore esset in auge: qa tamé proprior é zenith: calefacit intense. Ad tertium & si sol ab æquatore cõtinuo declinet: quádo tamen maximam habet declinatinem: non tantum remotus est quin calorem intensum generet: quanto magis quum non continuo habeat maximam declinationem: cauma nanque non tantum a sole in zenith morante procreatur: uerum ab eodem proximo eidem. Et ita satisfactum puto his obiectis. Verum ne quis dubitandi locus remaneat: quoniam Auicen. non tantum tenet lineam æquatori subiectam habitari: immo esse temperatissimam inter omnem terræ partem: ideo rationes eius adducam: ut eis peremptis omnis cesset dubitatio. Arguit nanque prædictus primo canonis fen. secunda capi. octauo: ꝙ sub æquatore diei sit temperatissima habitatio neque caliditas superabundans sed temperata: probans oppositionem solis capiti & eius propinquitas in zenith non efficere magnam impressioné: nisi longo tempore duret per duo signa. Primum sol in meridie propinquior est zenith q̃ hora octaua .i. hora secunda post meridiem: si quidem diem artificialem uolumus in duodecim horas partiri: nunquá enim stella est ab orizonte magis eleuata: quæ dum possidet meridianum circulum: & tamen hora octaua & duobus horis post meridiem calor est intensior q̃ in meridie: cum tunc sol moram longiorem duxerit supra orizontem: non igitur propinquitas in zenith uerum durabilitas & mora solis supra terram caliditans est productiua. Secundum signum eiusdem: sol in mense Iunii est in principio cancri zenith nostro propinquissimus: nõ tamé tam imésum cauma ac ĩ mense Iunii ĩ Leonis initio exñs magis remotus a zenith ducit: & hoc iõ q̃ñ sol dú é in pricipio Leonis tpe lõgiori moram traxit ĩ pte septentrionali: quá dum fuerit in initio Cancri: mora igitur & non oppositione capitibus sol caliditatem producit intensam. Cum igitur sol: & si zenith possideat existentium sub æqnatore: nõ trahat moram longam supra terram: quia duodecim horarum tantum: non tantum calefaciet quod habitationis temperies prohibeatur: siquidem in partibus

nostris habitatio est optima sole longiori tempore moto supra orizontem: hæc sunt signa Auicen. quæ efficatia reputantur. Ad quæ respondendo dico: quod omne agens quantæcunq; uirtutis sit in agendo tēpus sibi limitat: quod si non haberet actionē propriā non produceret: quo fit ut agens debilius in tpe longiori uelocius agit: quam fortius in paruo tempore: & ita cum sol sit fortius agens in zenith quam alibi tēpus requirit debitum: quod si non haberet staret ꝙ intensius ageret a zenith remotus: qua de re si ponatur sol in zenith & in loco declinante multo longiori tempore: certum est ꝙ intensiorem calorem causaret. Ad propositum modo dico ꝙ sol dum est in meridiano motam sex horarum duxit supra orizontem: duabus uero horis post meridiem parum a zenith eodem declinauit: itaque maior est excessus proportionalis huius temporis quo sol post meridiem egit ad tempus quo existens in meridie: q̃ sit diminutio in appropinquatione ad zenith: plus nanque proportionaliter temporis additum est: q̃ potentia agendi sit diminuta ob declinationem: & tale agens remissus ī hoc longiori tempore intensius agit: ut dictum est ex sententia Ari. septimo phy. plus nanque calefacient sex gradus ignis in hora: q̃ eiusdem .8. in dimidia quom tēporis ad tempus maior sit Excessus: q̃ diminutio potentiæ supra aliam potentiam. Et modo eodem respondetur ad secundum: licet nanque sol in principio Leonis declinet magis q̃ in principio Cancri: longiori tamen tempore septentrionalem partem obtinuit: & maior est proportionalis excessus temporis .4. mensium ad tempus: q̃ sit diminutio in declinatione: cum leo parum declinet ut probatur secundo Almag. Et ꝙ sic ut dico patet per eadem signa: sol nanque prope occasum existens maiori tempore moratus est supra orizontem q̃ in meridie: & tamen quia magis proportionaliter declinauit: remissius calorem ꝓducendo agit. Similiter idem existens in fine Virginis: longiori tēpore septentrionalem partē possedit q̃ existens in principio cancri: quia tamen multum a zenith elongatur: magis proportionaliter calor ab eo productus remissus est. Tenendum est igitur firmiter his rationibus regionem æquatori suppositam per calorem temperamentum exire: & cōsequenter habitationem prauam præbere. Verum quoniā tenentes æquatori regionem subiectam perfecte habitari uiri sunt Aui. Alber. magnus & Petrus paduanēsis differentiaꝝ Conciliator non mediocris & minoris q̃ oppositam opinionem tutantes auctoritatis: uolo etiam rationes contra eos soluere: ut si quis uellet eorum opinionem imitari queat. Et primo ad Ptole. secūdo Almag. quando īquit: si æquatori linea supposita habitaretur aliquis perueniret ad nos ex illa parte: itaq; certe hoc se manifestaret: dico ꝙ bene inde multi peruenerunt referentes illam regionem habitari ut ī prima cōclusione fuit deductum. Præterea dato ꝙ inde nemo ad nos perueniret: hoc non arguit regionem illam esse incultam: immo causa potest esse propter aquā uel montes aut alia in terra reperta impedientia trāsitū inde ad nos: unde non debemus negare esse quod ignoramus. Ad Auer. autem primam rationem dico: ꝙ ex quo dātur zonæ frigidæ ne totum uniuersum pereat frigiditate: datur etiā calida: huiusmodi autē nō oportet ꝙ æquidistet ab illis: & quando probatur ꝙ solis remotio causa est earum frigiditati: ergo propinquitas caloris erit causa: negatur: cum ad producendum calorem non sufficiat propinquitas uerum mora: quæ non est sub æquatore ut dictū ē: frigiditas autem cum sit Solis priuatiuus effectus quarumlibet harum causarum remotione potest produci. Et ita sub polis: tantum Solis remotio frigus producit: eius tamen propinquitas in æquatore absque mora decenti: colorem producere non sufficit. Ad secundam eiusdem rationem quando dicitur: contraria in natura maxime distant: uerum est de distantia situs uel perfectionis: & sic ad propositum non requiritur quod caliditas & frigiditas maxime distent in situ: immo sunt ubi ab agentibus causantur: quod si in locis propinquis causentur erunt propinqua in situ: ceu cuilibet sani capitis patens est: sufficit tamen contraria distantia esse in perfectione. Ad tertiam breuius responsio manifestatur ex huius opinionis fundamentis quæ uera sunt. Notum ē nanque quod ad intensionem actionis non sufficit agens forte & potens in agendo: nisi ponatur tempus debitum in quo agit. Quoniam maiorem actionem causat agens debile in longiori tempore: quam forte in tempore paruo: & ita. Et si Sol in æquatore existens moretur in zenith habitantium sub eo: quoniam tamen non longo tempore supra terram mouetur: ut in illis qui sunt in latitudine & remoti ab hac linea. Etiam licet ibi radii unitentur cum reflexionibus & uigorosiores sint in agendo, non tamen tantum calefaciunt quantum hac in nostra habitatione ab illa remota: ob temporis breuitatem: plus nanque agit longitudo temporis apud nos: quam apud illos rectitudo radiorum ut patet ex superius dictis. Ad aliud quando dicitur qualiter est possibile quod sub æquatore cui Sol magis uicinatur sit temperies: & sub tropicis a quibus Sol est distantior caliditas. Dico quod est bene possibile: si quidem non tota causa caloris est Solis uicinitas: cum eius mora tam supra zenith quam supra terram: quarum quodlibet dictum est reperiri sub tropicis: sub æquatore autem non nisi unam scilicet solis ad zenith propinquitatem: non autem in eo motam neque supra terram. Ad ultimum iam patet responsio: unde dico quod licet sub polis sint zonæ frigore inhabitatæ: non tamen in medio per æquidistantiam scilicet sub æquatore est zona inhabitatæ caumate cum ibi non conueniant omnes causæ caloris: immo sub tropicis ut dictum est. Et sic cum laude dei pii habemus terminationem huius quæstionis. At huius quæstionis merito dubitare iterum accidit circa quædam: dictum est enim ī præcedenti quæstione quod ubi sol radios perpendiculares proicit: calorem causat intensum habitationis ꝓhibentem temperiem. Item quod regiones terræ circulis arctico & antar-

ctico suppositæ & inclusæ: frigore incultæ reddũtur: oportet uidere quo pacto radii proiiciantur perpendiculariter. Similiter qualiter regio in terra alicui pti cæli subiecta sit: q̃ ut declarentur queritur an terræ aliqua pars sit habitabilis: & arguitur quod non: imo tota est inhabitabilis calore: ubicunque nanque Sol perpendiculares proiicit radios: calorem destruẽtem habitationem producit: sed ita est quod in tora terra quam sol respicit mittit radios perpendiculares: ut in hac figura in qua terra in puncto a: sol uero b c: si duæ lineæ ex eius extremis perpendiculariter trahantur: quæ sint b d: & c e: ex quo ipse sol maior est terra: eam totam includent & continebunt: qua de re in omni terræ parte eius radii perpendiculares proiicietur. Et quod mai⁹ est: uidetur quod intenior calor producatur in parte nostra septentrionali quam sub æquatore: nam quoꝫ utrobique perpendiculares radii causentur: in parte nostra lõgiori tempore sol stat supra orizontem ut ẽ manifestum: quam in orizonte recto eorum: scilicet qui sunt sub æq̃tore: quare intensius aget effectum: & calorem produceẽdo acutiorem: quod sequitur contra opinionem defensatam in quæstione pertractata superius. Secundo uidetur totam terram frigore inhabitari: quoniam tota supponitur zonis frigidis in cælo & eisdẽ includitur: unde sint circuli arcticus f g: antarcticus uero h i: ductis lineis perpendiculariter ab eorum extremis f h: & g i: notum est totam terram eis includi & comprændi: ideo tota terra frigore est inculta. In oppositum omnibus relictis rationibus est cunctarum ueritatum mater & domina experientia: uidentur nanque manifeste quasdam terræ regiones esse temperatas: in quibus neque caliditas excessiua superabundat: neque frigiditas: immo perfecte habitari ueluti sunt regiones & loca nostra: tertii quarti quinti & sexti clymatis: quas si negaret quis habitari esset fatuus & insanus. Et quoniam rationes pro hac parte patebunt in respondendo argumentis nolo sermonem prolongare: sed in eorum solutione statim deueniam. Pro quo est aduertendum quod undecunque linea ueniat si in superficie terræ debeat esse perpendicularis ad centrum terræ peruenire & dirigi necessum est: quæ si non tendat in centrum eiusdem perpendicularem esse impossibile est: immo ex parte qua linea a centro discedit: angulum causat magis obtusum quam ex alia: gratia exempli si in terræ superficie d k: cuius centrum a: ex sole b: linea b o: cadat: non transiens per centrum in puncto o: angulos æquales non causat immo angulum b o k: obtusiorem angulo b o d: cum ex centro uersus k remoueatur: & hoc est manifestum ex geometria. At si ex eodem puncto b: cadat linea b a: ad centrum usque: in puncto d terræ secabit superficiem angulum utrunque d causando æqualem: & consequenter linea b d: est perpendicularis super terram: licet uelint perspectiui & astronomi ex centro solis lineas perpendiculares capi debere: si nanque centrum solis non sit in zenith sed alia eius pars non dicitur radios perpendiculariter proiicere. Quo notificato dico quod ex sole non debent duci lineæ æquidistantes ad hoc ut sint perpendiculares ceu probat primum ante oppositum: uerum in centro concurrentes: uerbi gratia b a: & c a: & tunc tota superficies terræ d e: clausa inter dictas lineas soli dicitur supposita uel zonæ torridæ: eodem quoque modo quoniam f g: est circulus arcticus ex f: & g: lineæ æquidistantes non ostendunt partem terræ ei suppositam: cum non cadant orthogonaliter in terræ superficiem: immo f a: & g a: & tota pars k l: intercepta inter lineas dictas est zona frigida circulo arctico subiecta. Itẽ q̃a antarcticus circulus est h l: lineis ꝑductis h a: i a: in centro toti⁹ concursum inuenientibus: pars terræ m n: altera zona frigida polo antarctico & circulo eodẽ supposita ostẽdetur, partes uero intermediæ d k: & e m: quoniaꝫ zonis cæli temperatis supponuntur sunt temperatæ & habitabiles: & per hoc patet responsio ad secundum: quo puto satisfactum esse huic dubio: & expositioni totius & tractatus ad laudem & gloriam omnipotentis dei.





Tractatus secundus sphæræ fœliciter explicit.

Capitulum tertiũ de ortu & occasu signorum: de diuersitate dierum & noctiũ: & de diuersitate climatum.

SIGNORVM autẽ ort⁹ & occasus dupliciter accipit̃: q̃m quantũ ad poetas: & quãtũ ad astronomos. Est igit̃ ortus & occasus signorũ quo ad poetas triplex. s. cosmicus: cronicus: & heliacus. Cosmicus. n. ortus siue mũdan⁹ ẽ q̃n signũ uł stella supra orizõtẽ ex p̃te orientis de die ascẽdit: & licet ĩ q̃libet die artificiali sex signa sic oriant̃: tñ antonomasice signũ illđ dr̃ cosmice oriri: cũ quo & ĩ quo sol mane orit̃. Et hic ortus p̃prius & p̃ricipalis & quotidianus dr̃. De hoc ortu exẽplũ ĩ georgicis habet̃: ubi docet̃ satio fabaꝝ & milii in uere sole existẽte ĩ tauro sic. Cãdidus auratis apit cũ cornibus annũ. Taur⁹: & aduerso cedẽs canis occidit astro. Occasus uero cosmicus ẽ respectu oppositionis. s. q̃n sol oritur cũ aliquo signo: cuius signi oppositũ occidit cosmice. De hoc occasu dicit̃ in georgicis. ubi docet̃ satio frumẽti in fine autũni sole existẽte ĩ scorpiõe: q cũ oriat̃ cũ sole taurus signi ei⁹ oppositũ ubi sũt pleiads occidit sic. Añ tibi eoę athlãtides abscõdat̃ Debita: q̃ sulcis cõmittas semĩa.

Incipit tractatus tertius sphæræ.

Signoꝝ aũt ortus & occasus. Tractatus tertius sphæræ pulcher & utilitatis non modicæ: cum in eo agatur de motu primi mobilis: et quia primum mobile causa motuum aliarũ sphærarum: tum etiã quod omnes aliæ sphæræ mouentur motu eius: astrologo necessaria est cognitio huiusmodi motus: & ideo dictum est præsentẽ tractatũ esse utilem: pulcher est quoq; & dignus: quoniam primũ mobile inter omnia alia corpora & eius motus inter omnes alios motus sunt dignissimi: quoniam aliorum causa: & quia a principio prio causant̃. Motu aũt quo primũ mobile proprie & principaliter defertur diurno: ut sæpius dictum est nominato: secundario uero & rapte alia mobilia: sequitur quod signa oriãtur hoc est supra orizontem eleuentur & incipiant apparere: & occidant idest sub orizõte depressa occultentur: ideo in hoc tractatu de ortu occasuq; signorum determinatur: nõ oportet ãt aliter de mobilis primi motu agere: cũ notũ sit eum esse regularẽ supra polis mundi: & uiginti quatuor horarũ spatio perfici. Et licet de ortu & occasu signoꝝ doctrina amplior & diffusior possit tradi demõstratiue. s. quam Ptole. ĩ p̃io & secũdo Almag. expedit. Auctor tñ breuiter & succinte eã sequtur: declarãdo quasdã p̃positiones ueras quæ sunt principia & fundamẽta totius astronomicæ scientiæ: cũ ipse ueluti in prologo huius memini dixisse: breuiter totam theoricalem scientiam in hoc paruo uolumine sit amplexus; difficiliora etiam reliquens ut in fonte astronomiæ uideantur hoc est ĩ præfato libro Almag. Et licet ego exponens digrediendo plura & pulchra possem declarare circa ortus signorum & occasus: non tamen omnia prosequar: tum quia difficiliora & inchoantibus nõ apta: immo alia præsupponentia: tũ quia opus in quo ea docentur. Almag. nuperrime impressum est: in quo omnia astronomiæ scibilia quis legens inueniet: quare nõ multum digrediar a textu discedens: nisi ubi uidero necessitatem. Agitur igitur in hoc tertio tractatu de ortu & occasu signorum principaliter: eorum æqualitatem in ortu & occasu declarando: diuersitatem motus: & tempus ortus & occasus: & quia diuersitate ortus & occasus signorum: causatur diuersitas in longitudine & breuitate dierum: cum tempus diuersetur diuersificato motu: agit consequenter de diuersitate dierum artificialium & noctium in augumento & decremento ibi. (Notandum quod sol tendens a primo puncto Capricorni). Et quoniam diuersitas ortus & occasus in tempore: & consequenter uariatio dierum & noctium in quantitate argumenti & decrementi contingit in diuersis partibus terræ: ob earum diuersitatem in situ: declarat tertio loca terræ habitabilia: ea septem climatibus partiendo: & per poli eleuationem: & quantitatem dierum maximorum: & latitudinem miliaribus notificando ibi. (Imaginetur autem quidam circulus). Prima pars in duas diuiditur: secundum quod dupliciter consideratur ortus & occasus; altero nanque modo a poetis: & alio ab astrologis: considerant nanque astrologi huiusmodi in comparatione ad tempus: cum motus omnis quarto & sexto physi. tempore mensuretur: ideo considerant cuiusque signi & eius partis tempus ortus & occasus. At quoniã non est de intentione poetarum æqualitas motus cæli: hoc modo ortum & occasum non cõtemplãtur: uerũ quoniam circumlocutione utuntur: ut diuersa tempora diei & anni possint circũscribere: quia aliud in die & in nocte similiter aliud oritur ac occidit signũ: eorum ortum diurnum & nocturnum contemplantur & occasum: & eadem de causa solarem: ideo primo determinat de ortu & ocasu more poetarum: secundo uero ut accipiunt astronomi ibi. (Sequitur de ortu & occasu signorum). Notandum est pro intelligẽtia completa totius capituli præsentis: q̃đ ortus cuiusque signi uel syderis nil ẽ aliud quã inceptio uideri postquam non uidebatur: quod transumptiue sumitur ab ortu & profluxu uegetãti.

um: quæ dum in utero uel in terra sunt abscondita non uidentur: postquam autem exeunt & in lucẽ prodeunt oriri dicuntur: ueluti arbor oriri aut planta: homo quoque & animal oriri dicitur: similiter & stellæ absconditæ prius uideri non potentes: dum inchoant apparere oriri dicuntur: priuant̃ autem uisione duabus de causis: prima quia sub orizonte sunt: cũ dictũ sit in secundo huius q̃ orizon terminat uisum: itaq̃ quicqd est sub eo abscõdit̃ & uideri nõ põt: quãdo uero motu primi mobilis supra orizontem ascend ũt: quia ad hemisphærium superius & partem uisam uideri incohant: & oriri dicũtur: q̃ si sub orizonte existẽtes de die ueniãt supra: cosmice dicunt̃ oriri: si uero de nocte ascẽdant cronice: ppter rationes inferius exponendas. Secũda causa impediens ne uideãtur est quoniam sunt cum sole: quãdo nanq̃ astrum est uel soli coniunctũ uel ei propinquũ: nõ permittitur uideri solis præsentia: ppter rationẽ quam declaraui in theoricis capitulo de passionibus planetarũ: qua de re si a sole discedens remoueat̃: uideri inchoat & oriri dicit̃ elyace, idest ortu solari & respectu solis. Eodem quoq̃ modo de occasu est dicendũ: q̃ est desinitio uideri astri qđ prius uidebatur: quandocunq̃ nanq̃ stella prius uisa desinit uideri occidere dicitur: contrarie oriri: potest autem astrum dupliciter ascondi post apparitionem: primo sub orizonte descendens & occultans se occasu orizontali occidere dicitur: quod si de die cosmice: cronice uero de nocte occidit. Secundo quãdo solis ingreditur radios ab eo prius elongatum: occidere dicitur elyace. Et nota quod licet alicui idẽ conuertibiliter uideretur ortus & ascensio: similiter occasus & descensio: non tamẽ ita est: immo ortus in plus quam ascensio se habet: & occasus quam descensio: nam cum inceptio uideri contingat dupliciter per eleuationem supra orizontem: & per remotionem a Sole: de utraque dicitur ortus ut patet: cum ascensio nõ dicatur nisi de ortu orizontali qui est supra eundem eleuatio: quod autem a Sole remoueatur: non dicitur ascendere cum possit etiam descendere. ❡Similiter desinitio uideri dupliciter contingit: per depræssionem sub orizonte & appropinquationem ad Solem & de utraque prædicatur occasus: tamen descensio non nisi sub orizonte fit depræssio: quod nanque appropinquat Soli non dicitur ascendere & descendere: & ita habemus: quod ortus & occasus contingit tam respectu orizontis quam Solis. Ascensio uero & descensio respectu orizontis tantum. Patet etiam triplicem esse ortum & occasum: cosmicum: cronicum: & elyacũ: quorum sufficientia ita probatur: quoniam uel est respectu orizontis uel Solis ut dictum est: non enim datur aliud quo astra possint abscondi: nisi sub orizonte uel Solis præsentia: si respectu orizontis: uel de die: & est talis cosmicus: uel de nocte & est cronicus: & quia nõ datur tẽpus medium inter diem & noctem: nõ datur tertius ortus uel occasus respectu orizontis. Si uero sit respectu solis est elyacus: nõ põt aũt hic diuidi in die & nocte: quoniã astra de die non uidentur ob solis præsentiã: quare non oriuntur elyace: licet oriãtur cosmice dum de die supra orizontem ascendant: q̃re licet non uideantur solis p̃ntia: quantum tamen est merito orizontis possunt optime uideri. Tria itaque facit: primo agit de cosmico: secundo cronico ibi. (Cronicus ortus), tertio uero de elyaco ibi. Elyacus ortus. Est itaq̃ ortus cosmicus eleuatio & ascẽsio signi uel stellæ ex sub orizonte ad supra de die artificiali. Dicitur primo eleuatio ad differentiam occasus huiusmodi qui est depræssio: secundo ponitur ex orizõte ad differentiam ort⁹ elyaci: qui est ex sole ultimo additur in die artificiali: ad differentiam ortus cronici: qui & si sit orizontalis est tamen in nocte. Dicitur autem cosmicus a cosmos græce quod mundus sonat latine: unde cosmicus ortus idem est quod mundan⁹ & principalis: nam quom ortus principaliter dicatur de sole qui sensibili⁹ ab omnibus percipitur oriri: unde simpliciter pronunciando ortum: solarem intelligunt ortum: sol autem in die oritur: ortus enim eius initium causat diei: quicquid in die oritur principaliter dicitur oriri: & mundane: cum motus mundi & primi mobilis in sole sensibilius percipiatur: & hae de causa: & si sex signa quæ in die nascũtur: cosmice oriri dicantur: principalius tamen quod in mane cum sole ascendit: cum sol tantum in mane & non in qualibet diei parte eleuetur. Exemplariter hunc ortum habemus a Virgilio primo georgi. ubi docens tempus ueris aptum seminationi fabarum & milii inquit. Vere fabis satio: tunc te quoque medica putres. Accipiunt sulci: & milio uenit annua cura: & circumloquens tempus ueris patticulare subdit. Candidus auratis & cætera: & intelligit circiter medietatem aprilis quo tempore sol possedit principium Tauri: & consequẽter ambo oriuntur simul in mane & cosmice: quando igitur Taurus orit̃ cosmice: quod est in medio aprilis: prædicta debent seminari. Dicit autem Taurus candidus quoniam ueluti Ouidius secũdo methamor. fabula decimatertia & ulnma, Iuppiter captus amore Europæ filiæ regis transfotmauit se in Taurũ candidum: quo potit⁹ est suo desiderio ad cui⁹ æternã memoriã in taurũ cœlestem qui est secundũ signũ zodiaci transfigurauit: & ideo est candidus. (Aperit). quoniam antequam sol taurum ingrediatur: ob frigus & terra & plantæ & omnia clausa & constricta sunt: itaque nihil germinatur: eo uero taurum intrante: quoniam appropinquat: & calor incipit: omnia nascuntur & consequenter aperitur annus. Auratis cornibus: propter singulas stellas in singulis cornibus existentibus: & intelligas taurus cum auratis cornibus existens apert & cætera non quod aperiat cum cornibus: sed eo taurum intrante omnia aperiunt̃. Occasus autem cosmicus est depræssio uel descensio astri sub orizonte in die artificiali. Ponitur primo descensio ad differentiam ortus: reliqua uero patent per prædictam diffinitionem de ortu: cum ponantur ad differentiã occasus cronici & elyaci: & totũ hoc intelligas per hoc quod dicit respectu oppositionis: scilicet signi cosmice orientis: nam dum signum oritur oppositum ocidit: quare altero oriente ĩ mane & cosmice:

terũ occidit in mane etiam cosmice. Et de hoc Virgilius in georgicis frumentum nanq; seminatur in mense octobris Sole in Scorpione morante: quare Scorpio oritur in mane cum Sole: sed Scorpione oriẽt e cidit Taurus signum oppositum:& pleyades quæ sunt septẽ stellæ in eius ore exñtes: ĩ mẽse igit̃ octobris pleyades occidũt in mane & cosmice. Bene igit̃ ẽ dictũ quãdo Taurus cũ pleyadibus occidũt cosmice: qđ ẽ mense octobris frumentum debet seminari. Nam eis occidentibus oritur Scorpio:& consequenter Sol um sit in mane. Quare Sol est in Scorpione & mensis octobris: in huiusmodi igitur tempore frumentum debet seminari. Pleyades septem sunt stellæ in ore Tauri extra imaginem eius: quæ situatæ sunt in modũ guræ curuæ:& si tantũ sex uideant̃: quorũ nomina sunt: Ambrosia: Eudora: Padile: coronis: Polisso: Phitosthyene: filiæ fuerunt Athlantis:& ideo dicit Virg. Athlantides & hye oceani filiæ qua de re dixit e o a scondãtur idest occidant cosmice.

Cronicus ortus: siue tẽporalis est quãdo signum el stella post solis occasum supra orizõtẽ: ex parte oriẽtis emergit cronice .s. de nocte:& dr̃ tpa s qa tp̃s mathematicorũ nascit̃ cũ solis occasu. De hoc ortu hẽmꝰ Oui. de ponto: ubi õqrit̃ morã exilii ui dicẽs. Quattuor atũnos pleias or a facit. Significãs per q̃tuor autũnos quattuor ãnos trã isse: postq̃ missus erat ĩ exilium. Sed Vir. uoluit ĩ autũno pleiades occidere. Oui. uero oriri ergo cõtra rii uident̃. Sed ratio huius est q̄ secundũ Virg. occidunt cosmice. Secundũ Ouidiũ oriunt̃ cronice: qđ bñ põt cõtingere eodẽ die. Sꝫ differẽter ñ qa cosmicus occasus ẽ re spcũ tpis matutini. Cronicus uero ortus respcũ uesptini ẽ. Cronicꝰ occasus est respectu oppositõis. Vnde Lucanus sic iqt. Tũc nox thessalicas urgebat pua sagittas.

CRONICVS ORTVS SIVE TEMPORAlis. Explanat secundũ modũ ortus & occasus apud poetas qui dr̃ cronicus. Est nãq; ortus cronicus: signi uel stellæ eleuatio supra orizõtẽ de nocte:& p hoc q̄ dicit̃ supra orizõtẽ: distat ab elyaco:& de nocte addit̃ ad hoc ut differat a cosmico: quẽ patuit esse diurnũ. Et dicitur cronicus q̃si tẽporalis a cronos græce tp̃s latine: qm̃ est in nocte quæ dicitur tẽpus mathematicorũ idest astrologorũ: astrologi nãq; nocturno tẽpore astra speculant̃ cũ in die ea nõ uideant: ortus igit̃ nocturnus dictus ẽ tẽporalis & cronicus quia fit in tẽpore mathematicorũ. De quo ortu Ouidius de ponto epistola nona ad Seuerũ: ita loquit̃. Vt careo uobis scyticas detrusꝰ ĩ oras. Quatuor autũnos pleyas orta facit. i. qđ ego suꝫ missus: ĩ exilio ĩ scytiã. pleyas orta facit q̃ttuor autũnos: hoc ẽ q̃ttuor ãnos: ĩ quocũq; nãq; tpe sũt q̃ttuor autũni: sunt q̃ttuor ãni: si qdẽ singli ãni cõtinẽt singulos autũnos. In autũno pleyas hoc ẽ stellæ iã dictæ ĩ ore tauri exñtes orit̃ ĩ pricipio noctis:& cõseqnter crõice: nã quñ eo tẽpe Sol sit ĩ Scorpiõe: (ut ẽ dictũ: Scorpio occidit ĩ sero cũ Sole:& qa pleyas ẽ ĩ Tauro signo opposito orit̃ eo tũc: q̃re ĩ autũno crõice qđ ĩtẽdimꝰ. Sꝫ dubitat̃: qm̃ Vir. & Oui. uident̃ adinuicẽ se se oppugnare: cũ Vir. uoluerit pleyas ĩ autũno occidere: qñ dixit. Añ tibi eoe Athlãtides ascõdãt̃:& fuit expositũ ĩ autũ. Oui. uero uult qđ autũno oriant̃ dũ dicit q̃ttuor autũnos pleyas orta facit. R̃ndet̃ qđ ñ tm̃ eodẽ ãni tpe astrum põt oriri & occidere diuersimode tñ: imo eodẽ die: cũ oĩs stella motũ diurnũ ĩ quo ortus cõtingit & occasus) ĩ die naturali cõpleat & declarat̃ exẽplariter: nõ ne Sol ĩ mane orit̃ & occidit ĩ sero & alia stella in sero oriẽs occidit ĩ mane?& ita ad ppositũ ĩ autũno pleyades oriunt̃ ĩ sero:& cronice ueluti uoluit Ouidiꝰ. Occidũt aũt ĩ mane cosmice: ut Virg. cũ igit̃ nõ loquant̃ de eodẽ ortu: neq; itelligãt idẽ tp̃s: nõ sunt cõtrariũ; si qdẽ cõtraria uerificari hẽant p eodẽ tpe. Occasus uero cronicus ẽ depssio astri & descẽsio sub orizõte de nocte: qđ ĩtelligit p hoc qđ dixit respectu oppositionis: hoc ẽ qñ aliqđ signũ orit̃ de nocte & cronice: oppositũ tũc cronice occidit. Quẽ occasum Luca. ĩtellexit ĩ hoc carmĩe. Tũc nox thessalicas urgebat parua sagittas. Ex quo nãq; iqnit pua nox denotat̃ Solẽ fuisse ĩ pricipio Cãcri ĩ mẽse Iunii: quo (ut experiẽtia demõstrat & sphæra materialis ut patebit ĩfra) ẽ nox minima q̄ possit eẽ ĩ zona hac septẽtrionali: q̄ de causa antequã Cãcer oriat̃ cũ Sole occidit Sagittarius ut sphæra materialis patefacit. Cãcro nãq; oriẽte occidit Capricornus: quẽ ĩ occasu pcessit Sagittarius. Sed ante ortũ Solis ẽ nox: igit̃ qñ Sol ẽ ĩ Cãcro & nox parua: Sagittarius occidit ĩ fine noctis.& cõseqnter cronice: unñ Luca. ĩ dicto carmĩe describit tp̃s uniuersale eẽ mensem Iunii & pticulare ĩ fine noctis. Et hoc dicit. Tũc nox pua Sole Cãcrum hñte: urgebat. i. occidere & descẽdere faciebat. Thessalicas sagittas. i. Sagittarium qui fuit de thessalia. B. Est difficultas quare dicat tempus mathematicorum incipere cum solis occasu: cum experientia sit ĩ oppositum: uidemus. n. omnes astrologos dies incipere in meridie: potest dici q̄ tempus est duplex unum obseruatum: alterum supputatum: tempus obseruatum dicitur ut in pluribus incipere ab occasu solis: quia multæ nationes horas numerare

incipiunt ab occasu: quibus habitis ipsi postmodum astronomi has horas reducunt ad tempus & horas a meridie: quod tempus supputatum dicitur: quo postea omnium planetaꝝ motus inueniunt: & quia tempus obseruatum præsupponitur a supputato: ideo forte dicit̃ tp̃s mathematicoꝝ etiam quia ante q̃ essent tabulæ compilatæ: cum instrumentis accipiebant horas ab occasu.

Heliacus ortus siue solaris est: qñ signũ uł stella uideri pòt p elõgationẽ solis ab illo: qd᷑ prius uideri nõ poterat solis ꝓpinquitate. Exẽplũ hui⁹ ponit Ouidius in lib. de fastis sic. Iã leuis obliq̃ subsedit aq̃rius urna. Et Virg. ĩ geor. Gnosiaq; ardẽtis descẽdit stella coronę. Q uę iuxta scorpionẽ exñs nõ uidebat᷑: dũ sol erat ĩ scorpiõe. Occasus heliacus est qñ sol ad signum accedit: & illud sua præsentia & luminositate uideri non permittit. Huius exemplum est in uersu p̃misso. s. Taurus & aduerso cedens canis occidit astro.

HELIACVS ORTVS. Declarat ortum & occasum solarẽ dcm̃ heliacũ; ab helios græce qd᷑ est Sol: unde heliacus idẽ est qđ solaris. Et iam notificatus est supra in p̃nti capitulo: & melius in expositione nostra super lib. theoricarum cap. de passionibus planetaꝝ: ubi dcm̃ est ꝙ qñcunq; aliqua stella cum Sole est coniuncta: uel ꝓpe eum nõ lucet neq; uideri permittit᷑: cum lumen maius offuscat minus: & hm̃õi stella cum Sole oritur & occidit: quæ si ab eo elõgetur incipit uideri & oritur heliaco ortu. s. respectu Solis: pòt autẽ aliqua stella a Sole fieri distans: uel q̃a Sol ab ea: uel ea a Sole elõgat᷑. Elõgat᷑ nãq; Sol ab astris superioribus: quia eis uelocior est in motu: & ab eo remouent᷑ tres iferiores: qui agilius mouent᷑: ut in prædicto theoricarum loco expositum est. De quo ortu duo exempla habemus: primum est Ouidii secundo lib. fastoꝝ: ubi in medio februarii ponẽs igressum solis in piscibus: ex quo ab aquario remouet᷑: aq̃rius prius occultus p̃ñtia solis incipit uideri; & consequenter heliace oriri: unde dicit. Iam leuis obliq̃ subsedit aquarius urna. Proximus æthereos excipe piscis æquos. Quare dicat leuis aquari⁹ & obliqua urna patebit inferius: quando de ortu & occasu signorum secundum astrologos in sphæra obliqua aget᷑: ubi notificabitur aquarium obliq; oriri & paruo tempore: & ideo leuẽ eẽ: & uelocẽ in ortu & ascensione. Exẽplũ scđm est Virg. prĩo geor. ubi describens tempus in quo frumentum seri debet: postq̃ dixit uersum supra expositũ. Añ tibi eoæ athlantides ascondantur: subdit gnosiaq; ardentis decedat stella coronæ. Debita q̃ sulcis cõmittas semina. i. añq̃ semines frumentũ fac ut corona septẽtrionalis oriatur. Est nãq; hm̃õi corona in principio Scorpionis: quæ Sole ibidem existente non uidetur: Sole aũt moto uersus finẽ Scorpionis orit᷑ heliace: qd᷑ est circa finẽ octobris & principiũ nouẽbris: qñ igitur corona orit᷑ seminari debet frumentum. Occasus uero heliacus est definitio apparitionis stellæ ob ingressum in radios solares: qñcunq; nãq; astrũ a Sole elongatur uidetur: si ei appropinquat definit uideri & occidit heliace. Vnde Virgil. prĩo geor. in uersibus prius dictis uult ꝙ fabæ seminent᷑ cũ milio in uere medio aprilis: qñ. s. Sol Taurum possedit & canis heliace occidit. Canis nãq; duplex est in cælo. Maior dictus ab astrologis Alabor cõtinẽs. 29. stellas: & est circa finẽ Geminoꝝ & initiũ Cancri: secundus est canis minor ꝓ cyon nominatus: & ex trib⁹ syderibus integratus in principio Leonis situatus: in quo cum sol fuerit intenditur calor & inchoant dies caniculares: intelligit igitur Virgi. canem maiorem qui cum sit in fine Geminorum: ob uicinitatem ad Solem existentem in Tauro definit uideri: & consequenter occidit heliace: in mense igit᷑ aprilis qñ canis occidit heliace: seminari debent fabæ & milium. Et iõ inquit Vere fabis satio &c. dum. s. canis cedens ob occasum: occidit astro aduerso. i. pestifero & cõtrario uiuentibus: cum ibi sit stella mala de natura Saturni.

De ortu & occasu signorum sm̃ astrologos.

SEquit᷑ de ortu & occasu signoꝝ ꝓut sumũt astronomi: & prius ĩ sphęra recta. Sciendũ est ꝙ tã ĩ sphęra recta q̃ obliq̃: ascẽdit ęqnoctialis circulus sp̃ uniformiter. s. ĩ tẽporibus ęq̃libus ęq̃les arcus ascẽdũt. Mot⁹. n. cęli uniformis ẽ: & angulus quẽ facit ęqnoctiał cũ orizõte obliquo nõ diuersificat᷑ ĩ aliq̃bus horis. Partes uero zodiaci nõ de necessitate hñt æq̃les ascensiones in utraq; sphęra: quia q̃to aliqua zodiaci pars rectius oritur: tanto plus tp̃is ponit᷑ ĩ suo ortu. Huius signum est: quia sex signa oriũt᷑ ĩ longa uel in breui die artificiali: silr̃ & ĩ nocte.

SEQVITVR DE ORTV ET OCCASV signorum. Quoniam de ortu & occasu signorum secundũ ꝙ poetæ accipiunt in p̃cedenti cap. pactum est sufficiẽter: in p̃nti parte de eis ꝓsequitur ueluti astrologi cõsiderant. Cõsiderant nãq; astrologi ortũ duplicẽ & occasum: alteꝝ. s. orizontalẽ: quib⁹ astꝝ icipit uel desinit apparere: qm̃ uł supra orizõtẽ eleuat᷑: uel sub eo deprimitur: non faciendo distinctionẽ an de die uel de nocte hoc contingat: quẽadmodum poetæ distinguebant in cosmicum & cronicum. Alteꝝ uero ortum & occasum speculantur solarem aut heliacũ declaratum in capitulo præcedenti: quo sydus oritur per remotionem ei⁹ a Sole: & per appropinq̃tionẽ

ad eundem occidit. Et quoniam in hoc tractatu determinatur de motu primi mobilis:quo astra oriuntur ortu orizōtali tantum & occasu; non autem solari: ideo hic peragit tantum de primo:cum ortus & occasus elyacus declaret̃ ĩ theoricis cap. de planetarũ passionibus: & ĩ tabulis ubi nonficatur quot gradibus & .m̃. stella a Sole in unoquoq; signo elongari debeat:ad hoc ut e lyace oriatur:& quot gra.&.m̃. appropinq̃re ad hoc ut simili occidat occasu. Ve℞ huiusmodi ortus & occasus orizontalis duplex est speculatio:altera quidem uniuersalis & per regulas & canones uniuersales explicata:ut ꝙ tale signum tardius:allud uero uelocius oriatur:non descendẽdo ad tempus particulare ortus & occasus determinatæ partis & gradus:& huiusmodi noticia traditur in præsenti tractatu. Altera uero est scientia ortus & occasus magis particularis & distincta:quæ tradit noticiam ortus & occasus cuiuslibet partis zodiaci:inquãto & quo tẽpore oriatur occidatq; quæ traditur in tabulis ordine numerorum: & utraq; istarum habetur in primo & secundo libro Almag. a Pto. licet non nisi prima uniuersalis in præsenti tractatu. Determinans igitur auctor de ortu & occasu signorum tali modo duo agit. primo ponit duo supposita eaq; declarat: secundo prosequitur intentum ibi. (Et est sciendum ꝙ in sphæra recta). Circa primum iterum duo facit secundum ꝙ duo notãda declarantur:secundum ibi. (Notãdum igitur). Primum suppositum est huiusmodi:ꝙ cum ad motũ primi mobilis moueatur æquator & zodiacus:diuersimode tamen & aliter & aliter oriuntur & occidunt:qm̃ æquinoctialis in utraq; sphæra tam recta q̃ obliqua oritur uniformiter & occidit:hoc ẽ ĩ tẽporibus æquis æquales oriuntur portiones & arcus:similiter & occidunt:unde cũ tot⁹ uoluat̃ ĩ. 24. horis eius quindecim gra. orientur singulis horis:& singuli gra. in. 4. m̃. horarũ. At zodiacus inæqualiter oritur & occidit in utraq; sphæra:qm̃ in temporibus æqualibus nõ est necesse ꝙ ascendant eius partes & arcus æquales. Primum declaratur ꝙ .s. æquinoctialis æqualiter moueat̃:qm̃ primi mobilis motus est æqualis & uniformis ut philosophus demonstrat secũdo de cælo: implicat nãq; primum motũ irregularem cũ oẽ irregulare ad regulare prius reducatur:sicut obliquum ad rectum ut uult Aristo. primo de anima:si igitur primus motus eẽt inæqualis:reduceretur ad æqualem motum:qui prior esset eo:quare primus motus nõ esset primus:quod implicat:& hanc rationem aduertens idem philosophus secũdo de cælo. uolens probare cæli regularitatẽ inqt maxime intelligẽre de motu primo:& si rõnes eius oẽs concludãt de reliquis:prius igit̃ motus cum ad aliũ reduci nõ potest regularis ẽ:alii uero qm̃ habẽt priorẽ motũ ad quẽ reducunt̃:ad hmõi æqualitatẽ nõ necessitantur:& si æqualiter alii orbes moueãtur ut ĩ Almag. declaratur & ĩ theoricis. Cælum itaq; primũ æqualiter mouetur:& quia æquinoctialis motus:huiusmodi motu a polis mundi æquidistat:semper angulum causat cum utroq; orizonte uniformem & æqualem .i. respectu orizontis semper uniformiter se habens oritur & occidit:neq; aliquando eleuat̃ & recte ascendit uel descẽdit;quãdoq; uero ĩclinatur & obliquatus oritur & occidit: in utraq; igitur sphæra ẽ æqualis ascensionis & descensionis: & quia hoc habet æquator propter hoc ꝙ a polis æquidistat: sequitur ꝙ omnis circul⁹ ei paralellus æqualiter mouetur tam oriendo q̃ occidendo: si qdem a polis eisdem æqdistat. Secundum uero dupliciter deducitur ꝙ .s. partes zodiaci nõ æquent̃ ĩ ortu & occasu in sphæra utraq;: primo per causam: qm̃ & si moueatur ad motũ primi mobilis:non tamen semper eodem modo se habet respectu orizontis:quinĩmo aliquãdo ĩclinatur super eum & causat angulum acutũ ex altera parte ex alia uero obtusum: & oritur & occidit oblique: & secundũ latitudinem & cõsequenter in paruo tẽpore: aliquãdo uero super eundẽ dirigit̃ angulos causans q̃si rectos:& recte oritur uel occidit & scd̃m longitudinẽ: & ex cõsequenti tẽpore maiori:ut sphæra materialis apte demonstrat;quã semp oportet habere in manu qui debet hmõi percipere: & absq; eadẽ in uanũ laborabit:nisi excellẽtis sit imaginatiue:qa igit̃ ita est ꝙ zodiacus nõ semp angulũ æqualẽ causat cũ orizonte: imo aliquando maiorẽ & aliquando minorẽ:ob hoc qm̃ oblique situat̃ respectu polo℞ mũdi supra qbus mouet̃:nõ orit̃ neq; occidit uniformiter:qm̃ maius tẽpus requirit ĩ ortu uel occasu pars quæ oritur uel occidit recte & secũdũ longitudinẽ:q̃ ea quæ oblique & quasi scd̃m latitudinẽ. Secundo idẽ ꝓbatur per signũ:quoniã uidemus sex signa oriri ĩ die artificiali longo:& totidẽ in breui:sex in die & totidẽ in nocte:& si sint inæquales: similiter & occidunt;quod deducitur Sole nanq; existente in cancri initio dies lõgissima est:quæ extendit̃ ab ortu solis in principio cancri ab eius usq; occasum: sed sole cum principio cancri occidente:oritur initiũ capricorni:si quidẽ semper sex signa sunt supra orizontem ex sententia Ptole. primo Almag. erunt igit̃ orta sex signa:quæ sunt ab initio cancri ad finẽ usq; sagitarii ĩ hoc maximo die:& reliq̃ sex occasa:cum signo aliquo oriente oppositũ occidat ut uult idem in eodem primo. At in die minĩo Sole existente in principio capricorni:sex signa etiam oriuntur: extenditur nanq; huiusmodi dies donec sol ab oriente moueatur ad occidentem:cum artificialis dies sit tempus mensurans motum solis supra orizõtem:sed sole existente in occidente cum initio capricorni: erit initium cancri signi oppositi in oriente: sex igitur signa a capricorno ad cancrum:in huiusmodi breui die nascentur:similiter ĩ nocte:nam quando sol est in cancro: ꝙ dies sunt longi & noctes breues in die artificiali (ut est dictum) nascuntur sex signa: quæ sunt ab initio cancri ad finem sagittarii:in nocte uero parua sex reliqua orientur: ut notum est scienti totum zodiacum reuolui in die naturali. Eodem quoque modo dum sol est in capricorno diebus curtis existentibus & noctibus longis:in die ascendunt sex signa quæ sunt ab initio capricorni ad finem gemino℞: & in nocte longa cæteta orientur:patet igitur ꝙ siue dies breuis siue longa sit & nox similiter: sex signa

oriutitur medietas scilicet zodiaci: sed cum tempora sint inæqualia partes sunt æquales: sequitur ꝙ mot⁹ & ortus harum partium sit inæqualis & irregularis: per diffinitionem irregularis habitam sexto phy. partes igitur zodiaci non habent ascensiones æquales quod erat intentum. Et hoc quoque sensui se manifestat in sphæra materiali: si quis nanque eam moueat: in sphæra obliqua comprehendet tempus ortus medietatis quæ est a principio cancri ad finem sagittarii maius: q̄ tempus ortus alterius medietatis: quæ uidelicet est ab initio capricorni ad finem geminorum. Sed aliqui multum grosse dubitant: non esse possibile medietates dictas zodiaci non æquari in ortu & occasu: quoniam zodiacus: æquator: & orizon: quicunque sit sunt circuli maiores sphæræ: ergo se diuidunt in partes æquales per diffinitionem circuli maioris in principio secundi huius positam: semper igitur de zodiaco medietas supra orizontem & de æquatore etiam medietas itercipiciur: & reliqua medietas utriusque sub eodem: sed medietas zodiaci supra orizontem oritur simul cum medietate æquatoris supra orizontem: similiter medietas zodiaci sub orizonte cū medietate æquatoris sub eodem: & medietates æquinoctialis æquali tempore oriuntur: si quidem (ut dictum est) æqualiter mouetur: quare etiam medietates zodiaci: ea scilicet quæ est supra orizontem & quæ sub eodem æqualiter ascendunt quæcunque sint illæ. Ad hoc dicatur breuiter non esse uerum medietatem zodiaci supra terram: oriri præcise cum medietate æquatoris supra orizontem: & reliquam cum reliqua propter obliquitatem zodiaci: & quoniam hoc est manifestum & per rationem & per sensum in materiali sphæra: non amplius me extendo in declaratione.

Notādū igit̄ ꝙ ortus uel occasus alicuius signi nihil alid̄ ē q̄ illā partē ęquinoctialis oriri: q̄ orit̄ cū illo signo oriēte: uel ascēdente supra orizótē: uł illā ptē æquinoctial' occidere: q̄ occidit cum altero signo occidēte. i. tēdente ad occasum sub orizonte. Signū autē recte oriri dicit̄ cū quo maior ps æquinoctialis orit̄: obliq̄ uero cū quo mior. Simił' ēt itelligēdū ē d̄ occasu.



NOTANDVM IGITVR. Ponit secundū suppositū correlariæ sequens ex declarato: dictum est. n. & probatū zodiacū & eius partes inæqualiter oriri & occidere: oporret ꝙ hæc irregularitas metiat̄ & cognoscat̄ per regularitaté motus alicuius: qd' simul cū parte zodiaci oriat̄ & occidat: & eius æqualitate cognoscat̄ tēpus motus eius & ptis zodiaci q̄ in eodē tēpore mouet̄: hoc tale est æquinoctialis: ex quo (ut patuit) orit̄ & occidit æqualiter: æquinoctialis igitur motus: est metrum & mensura motus zodiaci & cuiuslibet partis eius: nam si libeat scire i quanto tempore pars aliqua zodiaci oriatur uel occidat: conspicit̄ pars æquinoctialis cum eadē oriens uł occidens: & per tempus ortus illius partis: q̄ æqualiter oritur occidit & cælum mediat habetur tempus ortus partis zodiaci. Et hoc ē quod dicit in tex. ortus & occasus signi nihil aliud est: q̄ illam partē æquinoctialis oriri uel occidere & cætera: idest ortus & occasus signi & cuiuslibet partis zodiaci accipitur & mensuratur per ortum & occasum æquinoctialis: unde accipitur ortus signi uel occasus per quantitatem partis æquatoris secum coorientis uel occidentis: per quam tempus ortus uel occasus signi concluditur. Et hoc uult Alphag. differentia decima ad principium dum inquit. Et quoniā uolubilitas circuli signorum idest orbis signorum: qui est primum mobile in quo sunt signa: æqualis est ab oriente in occidente super axes æquinoctii diei: idest polos mundi: necesse est ut partes æquales circuli signorum idest zodiaci: transeant super utrosque scilicet directos & decliuos suple orizontes in temporib⁹ inæqualibus: cuius causa est quoniam zodiacus n̄ æquidistat a polis mundi: neque cum orizonte utroq; semper æqualem causat angulum: & subdit tempora autem æqualia accipiuntur a uolubilitate æquinoctii diei super axes eius: cuius causa est quoniam æqualiter oritur & occidit: uult igitur breuiter ꝙ ort⁹ & occasus cuiuslibet partis zodiaci: habeatur per partem æquatoris quæ secum oritur & occidit: cum simul oriantur & occidant in tempore æquali. Aequinoctialis igitur metrum est & mensura motus zodiaci.

Sed in mediate quis quæreret: nam dictum est ideo æquinoctialem moueri regulariter in ortu: & occasu: quoniam a polis mundi æquidistat: & cum orizonte utroque semper causat angulum inuariabilem: & quoniam circuli paralelli æquatori ut tropici & alii a polis æquidistant: & cum orizonte faciunt angulos uniformes: & consequenter æqualiter oriuntur & occidunt: quare ipsorum alter non mensurat motū zodiaci sed æquinoctialis potius? Ad quod respondetur licet tam æquinoctialis q̄ circuli ei æquidistantes: oriantur & occidant uniformiter: non tamen ad placitum æquinoctialis metitur motum zodiaci & non illi: immo comodius & rationabilius: cuius ratio triplex est. Prima quoniam tam zodiacus q̄ æquinoctialis sunt circuli maiores & æquales: in quibus omnes partes similes sunt æquales: ut unus gradus zodiaci æquatur quantitatiue uni gradui æquinoctialis: quo fit ut facilius motus zodiaci mensurentur: non ē autem ita de aliis circulis ut tropici uerbi gratia: qui quoniam sunt circuli minores non habent similes ptes

partibus zodiaci proportionalibus æquales:& ita propter inæqualitatẽ non ita cõmode mensurarent motum zodiaci. Adde ad hoc ꝙ uterque scilicet æquinoctialis & zodiacus ab orizonte utroque in geminas medietates secatur: quare utriusque altera supra orizontem & altera infra intercipitur:& altera reliquam melius mensurat: quod non est de aliis circulis: qui ab orizonte obliquo in duo media minime secantur.
Secunda ratio est quoniam æquinoctialis diuidit zodiacum & transit per medium eius:medietatibus zodiaci hinc inde declinantibus:circuli uero alii magis remouentur ab ipso zodiaco:& ideo uidetur non ita bene illos mensurare motum zodiaci ueluti æquinoctialem. Tertia uero ratio quæ fortissima est: quoniam ubicunque & in quacunque habitatione zodiacus oritur & occidit & æquinoctialis similiter: nam zodiacus oritur omnibus locis præter illis quorum zenith est alter polorum mundi:ibi nanque altera eius medietas semper est supra orizontem: occasum nunquam cognoscens: altera uero sub eodem nunquam oriens: & ibidem æquinoctialis: cum semper sit orizon non ascendit neque descendit: ut patebit infra: in aliis uero omnibus locis æquator continue oritur & occidit: & hac de causa in omni loco potest ortum & occasum zodiaci mensurare:& licet sub polis non oriatur neque occidat neque consequenter mẽsuret: hoc non indiget zodiacus quoniam neque ipse oritur & occidit:concludendum est igitur recte per æquatoris ortum & occasum motus zodiaci mensurari: quoniam ubi zodiacus oritur ibi & æquinoctialis & econtra. Alii uero circuli paralelli æquatori ꝓpter hoc ꝙ sunt circuli minores:non est necesse ꝙ ab orizõte diuidantur:immo stat ꝙ secundum se totos sint uel supra & non descendant:uel infra & nunquam oriantur:etiam in locis in quibus zodiacus oritur & occidit:& quoniam ita est per ortum & occasum nõ possunt metiri ortum & occasum zodiaci:gratia exempli in partibus huiusmodi septentrionalibus: quarum latitudo maior est uigintiquattuor gradibus: totus circulus arcticus est supra orizontem: & antarcticus sub eodem:cum zodiacus continue oriatur & occidat:qua de re huiusmodi non possunt mensurare ortũ zodiaci & occasum mediante ortu & occasu eorum : neque etiam tropici: quoniam illis q morantur sub circulo arctico totus tropicus cancri est supra terram:& totus circulus capricorni sub ea:eorum nullo ascẽdente:neque descendente:& ibi(ut liquebit)zodiacus oritur & occidit:qualiter igitur tropici metientur motum zodiaci? & similiter quum nullus alius circulus paralellus æquatori præter eum oriatur & occidat omni in loco:sequitur ꝙ æquinoctialis tantum sit mensura uniuersalis motus zodiaci: & per quantitatẽ partis æquinoctialis ortæ cum parte zodiaci : uenatur tempus in quo dicta pars zodiaci oritur similiter & occidit:nam si cum parte aliqua zodiaci oriatur maior pars æquatoris: ea dicitur directe oriri: quoniam oritur recte & longitudinaliter magnum tempus consumens in ortu: ut si cum signo aliquo zodiaci qđ habet triginta grad.ascendant de æquatore trigintaduo uel trigintaquinque aut quadraginta grad.signũ illud dicitur oriri recte:& tempus ortus cognoscitur per dictos grad. At si cum parte zodiaci: minor pars æquinoctialis ascendat : ut cum uno signo uigintiocto aut uigintiquinque & cætera : oblique idest inclinate & secundum latitudinem dicitur oriri: & in tempore paruo: haud aliter de occasu accipiendum est.
.B.Possumus ex dictis elicere: ꝙ ortus uel occasus dicitur esse triplex:Rectus obliquus & æqualis: Rectus quando cũ aliquo signo zodiaci oriunt plures q̃ 30 gradus æquatoris: Obliquus quando cũ signo zodiaci pauciores q̃ 30 gradus æquinoctialis: Medius quando præcise 30. In tempore autem idem: quando signum zodiaci ultra duarum horarum tempus ponit in ortu recte orietur: quando uero minus obliqueat quando præcise in duabus horis oritur tunc æqualiter oriri dicetur:idem est iudicium de occasu.

Et est sciendum ꝙ in sphera recta quartæ zodiaci inchoatæ quattuor punctis:duobus .s. solsticialibus & duobus equinoctialibus adeq̃nt suis ascensionibus. Idest quantum temporis consumit quarta zodiaci in suo ortu: in tanto tempore quarta æquinoctialis illi cõterminalis porit.

ET EST SCIENDVM QVOD IN sphæra. Prosequit intentum declarando regulis uniuersalibus tẽpus ortus & occasus signorũ in sphæra utraq;:circa qđ duo facit prio agit hoc quod dictũ est: secũdo concludit correlariæ naturaliũ dierũ inæqualitatẽ ibi. (Ex prædictis etiã patet.)Pars prima iterũ ĩ duas ptes: quoniã quom sphæra sit duplex.primo huius recta scilicet & obliqua:ratione orizontis recti & obliqui ut secundo huius fuit declaratũ: in quarum singulis signorum ascensiones & descensiones diuersificantur: & quoniam sphæra recta regula est sphæræ obliquæ:cum tantam diuersitatem non recipiat : ideo in prima de ortu & occasu signorum in sphæra recta. secundo determinat in obliqua ibi.(In sphæra autem obliqua.)Circa primam partem etiã duo facit secundum ꝙ duas regulas uniuersales probat:quarum prima est de quartis zodiaci: secunda uero de quartarum partibus ibi. (Sed tamen partes.)Regula prima luce clarius patescit in sphæra materiali: & in plano posset demonstrari ratione Ptolemæ. secundo Almag. tamen quia inchoantibus difficile esset uidere qualiter planum repræsentat sphæricum: & nisi in planisphærio eiusdem esset edoctus non posset percipere:eam uolo silere:& in sphæra materiali iam dicta deduco: Notum est enim ꝙ colurus distinguẽs æquinoctia transit per principia arietis & libræ: & quia est circulus magnus diuidit tam æquinoctialem q̃ zodiacum i duo æqualia:& quoniam alter colurus distinguens solsticia transit per polos mundi & zodia-

ci:cũ primo causans angulos rectos:transibit per puncta æquatotis & zodiaci:quartis distantibus ab arietis initio & libræ:ut fatetur geometrica propositio:qua de re partes zodiaci & æquinoctialis contentæ inter duos coluros: sunt quartæ circulorum æqualium:& consequenter ipse non tantum similes & proportionales immo æquales: & quoniam orizon rectus & etiã meridianus transit per polos mundi:ueluti uterque colurorum: & cum eis unietur: sequitur ꝙ posito principio quartæ zodiaci in orizonte recto uel ĩ meridiano:i eisdem erit & initium quartæ æquatoris:& orta quarta zodiaci ita ꝙ eius finis sit in orizõte:erit similiter ibidem terminus quartæ æquinoctialis sibi conterminalis: & eodem tempore orta:inæquali igitur tempore oritur quæcunque quarta zodiaci inchoata a pũcto coluri alterius: & quarta æquatoris sibi conterminalis in sphæra recta:& quoniam quarta æquinoctialis ascendit in sex horis;quarta scilicet parte diei naturalis:& in eodem tempore singulæ quartæ zodiaci.

Sed tamen partes illarum quartarum uariantᷣ: neque habent æquales ascensiones : sicut iam patebit. Est enim regula: quilibet duo arcus zodiaci æquales & æqualiter distantes ab aliquo q̃ttuor punctoꝝ iã dictoꝝ: ęquales hñt ascẽsiones.

SED TAMEN PARTES. Declarat secundam regulam : ex qua secundo infert correlarium ibi. (Et ex hoc sequitur.) Tertio uero remouens obiectionem hanc secundam regulam uerificat ibi.(Et notandum ꝙ nõ ualet.) Hæc secunda regula inter omnes indiget demonstratione : cum sensus in sphæra recta male discernat diuersitatem inter ortus & occasus partium zodiaci & æquinoctialis ueluti in sphæra obliqua: eam tamen sileo ob causam dictam:sed exemplari modo eam patefaciam ueluti inchoantes desiderant.licet nanque quartæ zodiaci æquentur in ortu & occasu i sphæra recta : cum quartis æquinoctialis eis conterminalibus: non tamen harum quartarum partes: si capiatur nanque quarta zodiaci a principio arietis ad finem usque geminorum cum quarta æquinoctialis: & simul incipiant oriri: maior pars oritur de quarta zodiaci q̃ æquinoctialis: unde si oriatur totus aries cum eo orientur pauciores grad. æquinoctialis q̃ triginta & consequenter aries oritur oblique & in paruo tempore : cuius ratio est quia aries respectu æquinoctialis situatur oblique: cum eius principium sit i æquatore & finis obliquatur uersus polum articum: & hac de causa oblique oritur & secundum latitudinem : & eadem de causa quarta inchoans ab initio libræ maior portio oritur de zodiaco q̃ æquinoctiali: licet quartæ completæ simul peroriantur : at de quarta ab initio cancri: maior portio oritur æquinochalis: cum cancro nanque oriuntur plures triginta grad.cuius ratio est ꝙ cancer respectu æquatoris directe quasi situatur parum ab eo declinans: quare orto cancro quoniam colurus distinguens solsticia & orizon rectus se secant in polis: maxime distant in medio sectionum ubi est æquinoctialis : ut habetur tertio elementorum : quare pars æquinoctialis a coluro ad orizontem maior est:q̃ cancer pars zodiaci orta: cum cancro igitur oritur pars æquinoctialis maior triginta grad. & propter eandem causam idem intelligendum est de capricorno: & quarta zodiaci ab eo inchoata ceu uerificari potest in sphæra materiali : & breuiter propter causas quas assignaui habetur ꝙ in sphæra recta de qua loquimur omnia signa propinqua æquinoctiali (quoniam zodiacus ibi habet maximam & ultimam declinationem)oblique oriuntur : & sunt tota quarta a medietate aquarii ad medietatem tauri : & opposita a medio leonis ad medium scorpionis : ea uero quæ sunt uicina tropicis directe ascendunt : quia zodiacus ibi quasi insensibiliter declinat: & sunt quarta zodiaci a medio tauri ad medium leonis ; & a medietate scorpionis ad medietatem aquarii. Et ita patet ꝙ & si quartæ & cætera æquentur in ortu non tamen quartarum partes. At quoniam hæc regula est negatiua quæ scientiam non causat ortus & occasus ; ponit deinceps regulam affirmatiuam : & est: ꝙ omnes duo arcus æquales & æquidistantes ab aliquo quattuor dictorum punctorum:duobus uidelicet æquinoctialibus & duobus solsticialibus:habent ascensiones æquales:gratia exempli signa geminorum & cancri æqualia sunt: utroque eorum triginta grad. continente: similiter æquidistant a puctno solsticii æstiualis:quoniam ei sunt in mediata & coniuncta : ascensiones habent æquales : cuius ratio est quoniam punctus solsticii estiui: est punctus zodiaci ab æquatore maxime declinans:a quo undecunque remoueatur æquatori magis propinquat:& quoniã ita est ꝙ gemini & cancer æqualiter appropinquãt & remouentur ab æquatore: & consimilem habent situationem respectu eiusdem : ideo cum sint æquales habent & ascensiones æquales : & eadem ratione taurus & leo quia æqualiter remoti sunt a puncto prædicto & æqualiter declinant: cum habeãt situationem similem respectu æquatoris: conueniunt in ortu & occasu: similiter aries & pisces quoniam partes æquales & æquidistantes a puncto æquinoctii : initio scilicet arietis ascensiones habent æquales:& ratio est quoniam ab illo puncto incipit declinatio zodiaci:& ad partem utranque extenditur æqualiter:ergo partes æqualiter distantes ab eo puncto & æquales æqualiter declinant: & per consequens ambo habent eundem & consimilem situm : rectum scilicet uel obliquum: & consequenter ascensiones æquales : hæc autem regula est multum uniuersalis : cum non determinet tempus ortus cuiusque partis: seruit tñ ad hoc ꝙ habito tẽpore ortus uel occasus ptis datæ zodiaci:habetur tp̃s æq̃le ortus uel occasus partis æqualis in simili situ positæ:idest æqualiter distante a punctoꝝ eoꝝ aliquo,

Et ex hoc ſequitur ꝙ ſigna oppoſita æquales habent aſcenſiones. Et hoc eſt qđ dicit Lucanus loquẽs de proceſſu Catõis in Lybiã uerſus æquinoctialẽ. Nõ obliqua meãt: nec tauro rectior exit Scorpiꝰ: aut aries dõat ſua tpa libræ: Aut aſtrea iubet lẽtos deſcẽdere piſces. Par gemĩs chiron: & idẽ qđ charcinus ardẽs. Hũidus ægloceros nec plus leo tolliť urna. Hic dicit Lucãus ꝙ exñtibꝰ ſub æquinoctiali ſigna oppoſita æquales hñt aſcẽſiões & occaſũ. Oppoſitio aũt ſignoꝝ hr̃ p hũc uerſũ. Eſt li. ari. ſcor. tau. ſa. ge. cap. cã. a. le. piſ. uir.

ET EX HOC ſeqť ꝙ ſigna. Cõcludit quoddam correlarie ſequens ex hac ſecũda regula: declaratũ eſt nãq; in ea ꝙ ptes zodiaci æq̃les & æquidiſtãtes ab aliquo dictoꝝ punctorum inde aſcenſione æqualent: ex quo ſequitur ꝙ ſigna oppoſita habent aſcenſinnes æq̃les: nam ſigna oppoſita in aſcenſione conueniunt cum aliquo tertio ſigno: cum ei conueniant in diſtantia ab aliquo punctorum: igiť ſigna nppoſita habent æquales aſceoſiones: ſi qdẽ q̃ cõueniũt uni tertio cõueniũt ẽt iter ſe: gfa exempli aries & libra quæ ſunt ſigna oppoſita: habẽt aſcenſiones æquales: nam aries & uirgo cum æquidiſtent a principio canceri uterq; eorum per duo ſigna: habent aſcenſiones æquales: & quia libra & uirgo etiam æquidiſtant a puncto æquinoctii autumnalis habent æquales aſcenſiones: aries & libra in aſcenſione conueniunt cum uirgine: igitur inter ſe: & conſequenter habeot aſcenſiones æquales: eadem ratione taurus & ſcorpio quia conueniunt leoni: taurus nanq; & leo æquidiſtant ab initio cancri: & ſcorpio & leo ab initio libræ: conueniunt etiam inter ſe: & habent aſcenſiones æq̃les cum ſint ſigna oppoſita: & ita de aliis. Vnde hoc correlario cum ſecunda regula concluditur in eadẽ aſcenſione quattuor ſigna conuenire: aries uirgo libra & piſces: aries nanq; & piſces per ſecundam regulam: quoniam a puncto æquinoctii uernalis æquidiſtant: uirgo autem & libra quoniam opponuntur his per correlarium. Eodem modo taurus leo ſcorpio & aquarius: taurus quidem & leo: quoniam æquidiſtãt ab initio cãcri: & ſcorpio & aq̃rius eis opponũť: ſilr gemini cãcer ſagit. & capri. gemini & cancer qm̃ æqdiſtant a puncto ſolſtitii æſtiui: alia uero duo qm̃ eis opponuntur. Et hoc uult lucanus quando loqtur de proceſſu catonis ſub æquinoctiali in ſphæra recta: ubi ſigna oppoſita habent aſceoſiones æquales: neque aliud rectius uel obliquius oritur reliquo ſed uniformiter. Vnde dicit cato erat in illo loco ubi ſigna oppoſita nõ meant oriendo & occidẽdo oblique: imo æqualiter ambo: per quod denotat fuiſſe in ſphæra recta ſub æquatore: & numerando ſigna oppoſita inquit: nec ſcorpius exit ideſt oritur rectius tauro: ueluti in ſphæra obliqua ut infra patebit: nec aries donat ſua tempora libræ: quoniam ipſe aries conſumit tantum temporis in ortu quantum libra: & nõ minus: ueluti in ſphæra obliqua: nec aſtrea ideſt uirgo iubet piſces deſcendere ideſt occidere lentos: ideſt tarde & in magno tempore ueluti in ſphæra obliqua piſces recte & uirgo oblique occidunt: ibi uero æqualiter. Chiron ideſt ſagittarius par eſt. ſ. in ortu & occaſu geminis. Et egloceros. i. capricornus humidus effectiue: ſole nanq; in eo conſtituto: magna eſt in aere humiditas & pluuia grandis: capricornus igitur idem agit oriendo & occidendo. i. æqualiter oritur & occidit ꝙ carcinus. i. cancer ardens ab effectu: quoniam in menſe iunii ſole exiſtente in eo eſt magna caliditas. Nec leo tollitur plus in occaſu urna ideſt ab aquario: aquarius nãq; in ſphæra obliqua cum occidat in magno tempore: tollit tempus lenonis occidentis oblique: ꝙ nõ ẽ in ſphæra recta. Signa nanq; oppoſita ſi quis uult habere ſemp accipiat ſeptimũ in nũeratione: ſeptimũ nanq; opponiť prio: & habentur per carmina lucani declarata: & per carmẽ poſitũ in textu: in quo ponũtur principia. i. primæ ſyllabæ ſignoꝝ: ſunt igiť oppoſita ſigna aries & libra: taurus & ſcorpio: gemini & ſagittariꝰ: cãcer & capricornus: leo & aq̃rius: uirgo & piſces.

Et notãdũ ꝙ ñ ualet talis argumẽtatõ. Iſti duo arcus ſũt æquales: & ſimul ĩcipiũt oriri: & ſemper maior pars oritur de uno q̃ de reliquo: ergo ille arcus citius perorietur: cuius maior ps ſemper oriebať. Inſtãtia huius argumẽtatõis mãifeſta ẽ: in ptibꝰ p̃dictaꝝ quartaꝝ. Si. n. ſumať quarta ps zodiaci: q̃ ẽ a principio arietis uſq; ad finẽ gẽinorũ: ſp maior ps oriť de quarta zodiaci: q̃ de quarta æquinoctialis ſibi cõterminali: & tñ illæ duæ q̃rtæ ſimul poriũť. Idẽ ĩtellige de quarta zodiaci q̃ eſt a principio libræ uſq; in finẽ ſagittarii. Item ſi ſumať quarta zodiaci q̃ ẽ a prĩcipio cãcri uſq;

ET NOTA Q VOD NON VALET. VErificat ſecundam regulam ſimul obiectionẽ quandã remouendo. Dictum. ẽ nanq; ꝙ licet quartæ zodiaci & æquinoctialis incipientes &c. ſimul oriantur & in aſcenſionibus æquẽtur: non tamen æquantur partes earum quartarum: ĩmo ſtat ꝙ maior pars oriatur de una q̃ de alia: licet in fine ſimul deſinãt oriri. Sed quoniam alicui hoc nõ uidetur uerum: quoniam ſi ſint duo homines moti per ſpacium æquale: & ſimul inchoent motum: & eorum alter ſemper uelocius moueať & præcedat: uidetur: ꝙ huiuſmodi citius perueniet in terminum ſpacii. Tamen hoc non ſequitur: ſi alter iſtorum moueatur regulariter ſemper & uniformiter a prĩcipio motus ad finem uſq; alter uero in principio uſq; ad medium itine-

in finem uirginis : semper maior pars oritur de quarta æquinoctialis:q̃ de quarta zodiaci illi cõterminali : & tamen illæ duæ quartæ simul perorãtur. Idem intelligẽ de quarta zodiaci quæ est a primo puncto capri. usque in finẽ piscium.

ris moueatur uelocius isto:ide uero ad terminũ tñ tardet motũ supra motũ prioris : q̃tũ prius uelocitabat:& notũ est quod hic semp precedet nisi in fine:quoniã tunc simul erunt in termino:quoniã quantũ in medietate motus prima:superabat tantũ ĩ reliqua uincitur: & ita in fine æq̃perant:& ideo nõ ualet argumẽtatio:hic semp in motu præcedit:igit̃ in terminũ citius pueniet. Haud aliter si altero moto regulr reliquus tardet motũ a principio ad mediũ usq; spacii:hinc uero ad finẽ tantũdẽ uelociter:itaq; ambo æquabunt̃ & simul in terminũ pueniẽt:licet alter semp sequeret̃. Ita est in nr̃o ꝓposito:siquidẽ. capiant̃ quartæ ab initio arietis tã æquatoris q̃ zodiaci ad finẽ geminoꝝ simul incipiunt oriri:desinũtq;:tñ æquatore oriẽte regulr zodiacus incipit uelociter oriri & obliq:ab initio arietis ad medium tauri:& ita sp præcedit pars zodiaci:inde uero ad finẽ geminoꝝ tardat ortũ:ĩ tãtũ quãtũ prius uelocitabat:ĩ tãtũ ꝙ in fine simul desinunt oriri. Et eodẽ mõ quartæ ab initio libræ ad finẽ sagittarii tã zodiaci q̃ æquatoris:& si simul incipiant oriri & desinant:tñ qm̃ æquatore moto æqualiter medietas quartæ quæ est ab initio libræ ad mediũ scorpionis orit̃ obliq:uelocitat motũ sup ortũ æquinoctialis:tãtum q̃tum reliqua a medio scorpionis ad finẽ sagittarii quæ directe oritur tardat:maior pars semper orta est de zodiaco:& si in fine æquetur mot⁹ eoꝝ. Ecõtrario uero se hẽt in reliqs q̃rtis utriusq;. In quartis nanq; utriusq; circuli quæ sũt ab initio cancri ad finẽ uirginis:semper maior portio orta est de æquatore q̃ de zodiaco:& si in finẽ æquent ortũ:qm̃ pria medietas huius quartæ.s.quæ est a cancri principio ad mediũ leonis:orit̃ directe & tardat motũ supra motum æquatoris:qrũ reliqua a medio leonis ad finẽ uirginis uelocitat:& ita motus æquatur. Silr quarta zodiaci ab initio capricorni ad finẽ pisciũ:cũ quarta æquinoctialis sibi cõterminalis simul perorit̃ : & si sp maior ps sit porta de æquatore:& ratio ẽ qm̃ medietas quartæ zodiaci a pricipio capricorni ad mediũ aq̃rii tarde mouet̃:& minor ps er⁹ orit̃ q̃ de æq̃noctiali:reliq uero a medio aq̃rii ad finẽ pisciũ uelocius:& ita in fine motus æquatur:bene igit̃ dictũ est argumẽtatiõem hmõi nõ tenere:heæ duæ quartæ æq̃noctialis & zodiaci sunt æquales:& simul inchoãt oriri & sp maior ps orit̃.i.orta ẽ de uno q̃ de reliquo:ergo q̃rta illa citius desinet oriri:cuius sp maior ps orta est:instãtia nanq; cõtra hãc argumẽtatiõem declarata est. Et nota ꝙ eædẽ regulæ q̃ de ortu signoꝝ in sphæra recta uerificãt̃:hñt ueritatẽ in occasu & cæli mediatiõe:qm̃ orizon occidẽtalis eodẽ mõ situat̃ quẽadmodũ & orientalis:si quidẽ unus est trãsiens per polos mũdi:& qm̃ per eosdẽ transit meridianus:eodẽ mõ se hñt signa respectu meridiani & orizontis recti:ideo ueluti signa oriunt̃ in sphæra recta eo mõ cælũ mediãt.i.per meridianũ transeũt in quocũq; loco:qm̃ meridianus similis ẽ in oĩ hitatiõe: cũ ois & cuiusq; hitatiõi trãseat ꝑ polos &c. Et qm̃ sufficiẽter peractum est de ortu & occasu signoꝝ ĩ sphæra recta & cæli mediatione:regulis uniuersalibus q̃rũ ptinet ad præsens tractatũ: cõpletiori noticia relicta ad primũ & secundũ Almag. Ptole. agrediamur mõ expositionẽ eorũdẽ ortus & occasus in sphæra obliq̃. B. nota ꝙ aliq̃s posset dubitare in sphæra materiali recta:q̃uo in pria q̃rta q̃ incipit ab ariete plus orit̃ d̃ zodiaco q̃ de æq̃nochali cũ hmõi excessus sit ita puus ꝙ cũ difficultate pcipiat̃ ; ꝓ quo nota ꝙ põt adhuc ꝓteruiẽs cõuinci uelit nolit rõne mathematica:nã ego imaginor ꝙ icipiat oriri signum arietis una cũ pte æquatoris sibi cõterminali:donec totũ signũ arietis sit supra orizõtẽ:& deduco ꝙ arcus æquinoctialis est minor q̃ arcus zodiaci.& ꝙ arcus zodiaci sit maior:qa in tali casu ego feci unum triãgulũ:cuius duo latera sũt arcus zodiaci:& arcus æq̃toris:& basis arcus orizontis:iste aũt triãgulus ita se hẽt:ꝙ hẽt unũ angulũ rectũ actu:& duos reliquos acutos ꝓbat̃:qa orizõ rectus & æq̃noctialis se secãt ad angulos rectos:qđ nõ est sic de zodiaco sed in oĩ triãgulo maiori angulo lõgius latus ẽ oppositũ:ꝑ decimã octauã primi euclidis:sed angulus rectus maior est quolibet acuto:ergo latus zodiaci respiciẽs & oppositũ illi ãgulo recto:lõgi⁹ erit reliqs:ergo lõgi⁹ latere æq̃noctialis qđ erat itẽtũ:Itẽ nota ꝓ cõseq̃ntia auctoris ꝙ aliq dicũt ꝙ ẽ magna dr̃ia iter dicere ista duo mobilia æque uelociter mouẽt̃:& dicere ista duo mobilia æque uelociter ascẽdũt uel descẽdũt. Et ponũt exẽplũ de duob⁹ lapidib⁹ positis in cõcauo orbis lunæ:q debeãt descẽdere unus ꝑ arcũ alter ꝑ cordã:& in eodẽ tpe eẽ in cẽtro:dñt qđ nõ uidelicet:ista duo mobilia æq uelociter descẽdũt: ergo æq̃ uelociter mouẽt̃:cũ arguat̃ ab iferiori ad suũ supi⁹ affirmatiue: quo stãte dñt ꝙ illæ duæ ptes æq̃ uelociter ascẽdũt:ĩ tñ æque uelociter mouẽt̃:siqs ult põt ista expõi tenere. Possumus tñ dicere ꝙ auctor optime negauit illã cõsequẽtiã:cũ nõ teneat in oibus. nã ego dico ꝙ ẽt ista cõseq̃ntia ñ ẽ bõa istæ duæ ũbræ sũt æq̃les mõ:& cõtiue mĩorãt̃ usq; ĩ finẽ horæ.& una illaꝝ cõtiue plus mĩorat̃ q̃ reliqua:ergo in fine horæ illa umbra q̃ cõtiuo pl⁹ fuit minorata erit minor:nõ ualet:& pono hmõi casũ: qđ nos sim⁹ exẽpli grã sub tropico cãcri:ĩ die maxĩa ĩ q̃ sol trãsit ꝑ zẽith:& sim⁹ ꝑ unã horã añ meridiẽ:& figam⁹ ĩ terra duas uirgas æq̃les:q̃ꝝ imediate p⁹ h̃ uolo unã ꝑ ptẽ p⁹ptẽ sub igrẽdi ipsã terrã:adeo ꝙ in fine horæ:sit tota igressa terrã.& tñ apparear extremitas ĩ supficie terræ. tũc patet totũ:qa ĩ pricipio horæ istæ duæ uirgæ ex quo sunt æq̃les:cãbũt umbras æq̃les:& imediate post hoc:illa q̃ ĩgredit̃ terrã minorẽ umbrã causabit q̃ alia:cum sit minor:& continue erit adhuc minor:tamen in fine ex quo sol transibit per zenith illarum:nullã causabunt umbram:cũ ãbæ deueniẽt ad ñ gradũ ũbræ:iõ non ualet illa consequentia uti.

In sphæra autem obliqua siue decliui: duæ medietates zodiaci adæquantur suis ascensionibus. Medietates dico quæ sumunt a duobus punctis ęqnoctialibus: qa medietas zodiaci: q̇ ē a pricipio arietis usq; in finē uirgis: orit̄ cū medietate æquinoctialis sibi contermiali. Silr̄ alia medietas zodiaci: orit̄ cū reliq̄ medietate ęqnoctialis.

IN SPHAERA AVTEM obliqua. Quom in parte præcedēti ortum & occasum signorum in sphæra recta duabus regulis uniuersalibus perfecte explanauerit: concedens esse in hac pte prosequi de eodem i sphæra obliq̈ & ptibus illis terræ quæ ab æquinoctiali sunt remotæ. Et duo facit secūdum q̧ ponit & explanat duas regulas: secunda ibi. (Partes autem illarum medietatum). Prima regula de ortu & occasu medietatū zodiaci patet p se: quoniam cum æquinoctialis & zodiacus sint circuli maiores in sphæra: se secant in partes æquales in principio arietis & libræ: ita q̧ puncta sectionum termini sunt communes utriusque partis: qua de re quando medietas æquinoctialis quæ est ab initio arietis ad finem uirginis inchoat ortum: & medietas zodiaci sibi conterminalis quoque incipit ascendere: quom idem punctus sit terminus utriusque: & quando altera desinit oriri: & reliqua ex quo ad eundem punctum terminantur: scilicet ad finem uirginis: & similiter simul descendunt & occidunt: & eadem de causa reliqua medietas zodiaci ab initio libræ ad finem pisciū: oritur & occidit simul cum medietate æquinoctialis sibi conterminali: ex quo ambæ eodem puncto principio libræ: & eodem fine piscium terminantur: & hæc regula uerificatur in quacunque sphæra ut notuȝ est: & quoniam medietas æquinoctialis oritur in duodecim horis: ex hac regula habetur q̧ huiusmodi medietates zodiaci singulæ duodecim horas ponunt in ortu similiter & in occasu. Secundam regulam de ortu & occasu partium medietatum earum in obliqua sphæra ponit: cum dicit.

Partes aūt illaꝝ medietatum uariant̄ secūdum suas ascensiones: quoniā in illa medietate zodiaci: quę ē a principio arietis usq; ad finē uirgis: sp maior pars oritur de zodiaco q̄ de ęqnoctiali: & tn̄ illę medietates simul poriunt̄. Ecouerso contingit ī reliqua medietate zodiaci: quę ē a pricipio libræ usq; ad finē pisciū: semp .n. maior pars oritur de æquinoctiali q̄ de zodiaco: & tn̄ illę medietates simul peroriuntur. Vnde hic patet instantia facta manifestior contra argumētationē superius dictam. Arcus autē qui succedunt arieti usq; ad finem uirginis: in sphæra obliqua minuunt ascensiones suas: supra ascensiones eorundem arcuum in sphæra recta: quia minus oritur de æquinoctiali. Et arcus qui succedūt librę usque ad finē pisciū: in sphæra oblīq augēt ascēsiones suas supra ascēsiōes eorūdē arcuū ī sphæra recta: qa plus orit̄ de æqnoctiali. Augent̄ dico scd̄m tantā quātitatē: ī quāta arcus succedentes arieti minuunt. Ex hoc patet q̧ duo arcus æquales & oppositi in sphæra decliui: hēnt ascensiones suas iunctas: æquales ascensionibus eorūdē arcuū ī sphęra recta: simul sumptis: qa q̄ta ē dimiutio ex una pte: tāta ē additio ex altera. Licet enī arc9 inter se sint īęquales: tamē quātū unus mior est tm̄ recupat ali9. & sic patet adęquatio.

PARTES AVTEM ILLARVM. Quæ duas habet partes quarum prima est negatiua: secunda uero affirmatiua ibi. (Regula quidem est.) Est quidem regula negatiua manifesta: nam & si dictum sit duas zodiaci medietates a punctis æquinoctii inchoatas æquari in ascensionibus: cum medietatibus æquinoctialis sibi conterminantibus in sphæra obliqua: non tamen earum medietatum partes. i. cum parte zodiaci determinata non ascēdit æqualis pars æquinoctialis: immo ul' maior uel minor. Nam si īcipiat oriri medietas zodiaci ab initio arietis ad finem uirginis: semper maior pars oritur. i. maior pars orta zodiaci q̄ æquinoctialis: ut optime manifestat sphæricum instrumentum. Cuius ratio est: quoniam huiusmodi medietas declinat uersus polum borealem ut dictum est secundo huius: & patet in sphæra materiali: & orizontis obliqui pars borealis sub recto deprimitur: igitur maior est distantia ab initio arietis propter depressionem ad locum ortus zodiaci: q̄ ab eodem initio arietis ad locum ortus æquinoctialis: & consequenter maior portio orta est zodiaci q̄ æquinoctialis: licet in fine simul desināt motum & simul oriantur. Econtrario uero se habet regula in reliquis medietatibus q̄ sunt a principio libræ ad finem piscium: quoniam licet simul peroriantur: maior tamen ps cōtinue orit̄. i. orta ē de æquinoctiali q̄ de zodiaco: ut ostendit sphæra materialis: & rō est: qm̄ hmōi madietas zodiaci ab æq̄tore declinat ad austrū: & qa orizōtis oblīq pars australis eleuatur supra orizontē rectū: sequitur q̧ a principio libræ ad locū ortus æqnoctiali s: maior ē distantia q̄ ad locū ortus zodiaci: & cōsequēter patet maiorē portionē æqnoctialis q̄ zodiaci esse ortā. Et ex hoc patet māifestiꝰs argumētationē supius factā nō ualere: qm̄ & si dictæ medietates zodiaci

& æquinoctialis sint æquales:& simul inchoent oriri.ac alterius eaȝ semper maior pars oriat̃.i.orta sit:nõ tamẽ altera q̃ reliqua citius oritur:imo simul definũt oriri.Et patet manifestius:qm̃ euidẽtius & sensibilius apparet excessus partis ortæ alterius medietatis super partẽ alterius in sphæra obliqua q̃ in sphæra recta. Et qm̃ dictũ est ꝙ in medietate quæ est a principio arietis maior ps oritur de zodiaco:& minor in reliqua quæ ab initio libræ:sequit̃ ꝙ arcus zodiaci succedentes arieti minuunt ascẽsiones suas.i.minores habẽt ascensiões q̃ in sphæra recta:cũ minor portio æquinoctialis cum eis oriat̃ in obliqua q̃ in sphæra recta. Arcus uero qui succedunt libræ augent ascensiões.i.hñt ascẽsiones maiores & æquinoctialis maior portio orit̃ in sphæra obliqua q̃ in recta.Et q̃tum arcus q succedunt arieti minuunt:tm̃ isti augẽt. Gratia exẽpli aries in sphæra recta hẽt ascensionẽ uiginti octo graduũ:& huic æqualẽ hẽt libra cum opponat̃ arieti.In sphæra autẽ obliqua Patauii cuius latitudo est.45.graduum ubi in præsentiaȝ dego:aries orit̃ cum sexdecim gradibus æquinoctialis:cuius ascensio minuit ab ascensione eiusdẽ in sphæra recta duodeciȝ gradib⁹:& eadẽ latitudine orit̃ libra cum.40.gra.augens supra uiginti octo gra.eius ascensionis in sphæra recta ẽ duodecim gra.ecce mõ ꝙ non tm̃ arcus succedentes arieti minuunt &c.& arcus q succedunt libræ augẽt: ĩmo patet ceu ego qñ ponã inferius sex regulas declarabo:ꝙ quantum illi minuunt:tm̃ isti augent.Et hac de cã ascensiões amboȝ simul iunctæ in sphæra obliqua:æquales sunt eorũdem ascensionibus siml̃ iũctis in sphæra recta:naȝ si iungantur ascensiones arietis & libræ in sphæra recta:quarum singulæ sunt uiginti octo graduum totum ꝙ resultabit erit.56.gra.& ĩ sphæra obliqua præfata:si ascẽsio arietis sexdecim graduum cum.40.libræ iungatur resultabit aggregatum ambaruȝ ascensionum in sphæra obliqua.56.gra. æquale aggregato eorũdẽ ascensionum in sphæra recta.Licet nanq; ascensiones eoȝ in sphæra obliquæ separatæ sint inæquales ascẽsionibus eoȝ in sphæra recta etiã separatis:iunctæ tñ adinuicem æquantur: qm̃ q̃to altera minor est:tãto altera maior:& hæc est regula & ꝓpositio arithmetrica:ꝙ fit ex medio duplaro:æquale est ei quod resultat ex additione duoȝ extremoȝ a medio æquidistantium:ut qd̃ fit ex duplatione quattuor:quod est octo:æquat̃ ei quod fit ex additiõe duo cum sex:q̃ ẽt sunt octo. Dubitat̃ tñ circa id qd̃ dictũ est ꝙ arcus succedẽtes arieti minuunt ascẽsiões.i.in obliq̃ sphæra in minori tp̃e ascẽdunt q̃ in recta:hoc nãq; nõ uidet̃ ueȝ:qm̃ cãcer:leo:& uirgo:succedũt arieti:ex quo sunt in medietate zodiaci cuius principiũ est aries:& tñ augẽt ascensiones:cum rectius oriant̃ in obliqua sphæra q̃ in recta:ut dicet̃ infra:& est sñia Vir.Recta meãt.i.oriunt̃ obliqua cadunt a sydere cancri donec finit̃ chyron &c.Et sphæra materialis luce clarius demonstrat.Similiter non uidetur uerum:quod arcus succedẽtes libræ augeãt ascẽsiones:qm̃ capricornus:aquarius:& pisces:licet succedãt libræ:tñ minuunt ascẽsiones:& obliquius oriunt̃ in obliquo circulo q̃ in recto:ut eadẽ sphæra patefacit:& Virgi.Sed cætera signa nascunt̃ prono tramite. Pro rñsione ad hæc est notãdum primo ꝙ duæ medietates.s.zodiaci & æquinoctialis simul peroriãt̃:& ptes eaȝ nõ æquẽtur in ortu ratio est:qm̃ quum æquinoctialis cõtinue uniformiter ascẽdat: medietatis zodiaci ps:q est ab initio arietis ad finẽ geminoȝ:uelocitat ortũ supra æquatorẽ:& reliqua ps a principio Cancri ad finẽ Virgi.tardat:& tm̃ tardat:quãtum pria uelocitat:& ideo in fine simul cõplent ascẽsum. Ecõuerso uero cõtingit in altera medietate:quæ est a principio Libræ ad finem Piscium. Quoniã æquatore uniformiter ascẽdẽte.Prima ps zodiaci quæ est ab initio Libræ ad finẽ Sagittarii tardat motũ & orit̃ directe:reliqua uero ab initio capricorni ad finẽ piscium:uelocitat ortum ex quo oblique ascẽdit:& qm̃ quãtum altera tardat tm̃ altera recuperat:in fiñe ambæ simul cũ æquatore nascunt̃:Nota secundo ꝙ zodiaci arcus pñt dupir cõsiderari.primo mõ cõsiderãdo ita arcũ datum:ꝙ nulla cõparatio fiat cum signis eum ꝑcedentibus:ut cõsiderãdo ascensionẽ gr̃a exẽpli tauri:nullo ad ascẽsiõem arietis signi ꝑcedentis habito respectu & cõparatione.Secũdo mõ dicti arcus pñt considerari nõ absolute:sed cõparati & cõiuncti cũ arcubus ꝑcedẽtibus:ut cõiungendo ascẽsionẽ tauri cũ ascensione arietis cõiuncta:& ascẽsionẽ geminoȝ mixtã ascẽsiõibus utriusq; signi ꝑcedẽtis & ita d' aliis:accipiẽdo ascẽsionẽ cuiusq; ei correspõdẽtẽ a pricipio arietis unde ĩcipiunt in sphæra obliq.Quo declarato dico p̃io ꝙ si arcus cõsiderẽtur primo mõ absolute:nõ coniũcta eoȝ ascẽsiõe cũ ascensiõib⁹ præcedentiũ:nõ omnes arcus qui succedunt arieti minuunt ascensiones:imo tm̃ aries:taurus: & gemini:qui obliq; oriuntur magis q̃ in circulo directo:cancer uero:leo : & uirgo:hoc modo augent ascensiones cũ oriantur recti⁹ q̃ in sphæra recta:similiter hoc modo ñ omnia signa succedẽtia libræ : augent ascensiones:immo tantum libra:scorpio:& Sagittarius:reliqua uero tria scilicet Capricornus: Aquarius:& pisces ; quia obliquius nascuntur quam in sphæra recta non augent : uerum minuunt:& tali modo argumentũ ueritatem concludit:neq; ita intelligit autor:arcus succedẽtes arieti minuere ascensiones & arcus qui succedunt libræ augere:ita absolute cõsideratos & nõ facta cõparatione ad arcus qui præcedunt ab initio arietis. Secundo dico ꝙ si considerentur arcus & cætera in cõparatione ad præcedentes & eorum ascensiones:omnes arcus arieti succedentes minuunt ascensiones:& cancer minuit ascẽsionem:quoniam ascensio ei correspondens in sphæra obliqua:est minor q̃ in sphæra recta:licet enim cancer oriat̃ directe:& habeat ascensionẽ maiorẽ:qm̃ tñ eius ascẽsio est coniuncta cum ascensionibus arietis : tauri: & geminorum:signorum præcedentium quæ oblique oriuntur: redditur tota ascensio diminuta: & eodẽ modo ascẽsio leonis est minor:qm̃ est coniuncta cum ascensionibus prædictorum trium:quæ magis diminuũt totam ascẽsionẽ:q̃ augeãt eãdẽ ascẽsio eius & cancri ꝑcedentis.Et mõ eodẽ & si capricornus


minuat suam ascensionem: non cõparatam & coniunctam alteri:tamen auget eam coniunctã ascensioni-
bus præcedentium:qm̃ coniungiť cum ascensione libræ:scorpionis:& sagittarii:quæ auctæ sunt:& ita de
aliis.Et hoc modo intellexit auctor arcus succedentes scilicet comparatos & coniunctos tum arcubus p̃-
cedentibus.quod denotauit per hanc dictionem succedunt:hoc est arcus qui succedunt:idest non abso-
lute accepti sed successiue & coniuncti cum prioribus qui sunt a principio arietis &c.

Regula quidem est in sphæra obliqua:ꝙ qlibet duo arc⁹ zodiaci ęq̃les:& ęqualr̃ distãtes ab alterutro pũctoꝝ ęqnoctialiũ:ęq̃les hñt ascensiões.

REGVLA Q VIDEM EST. Exponit or-
tum ꝑtium medietatũ zodiaci per regulam
affirmatiuã dicens:ꝙ oẽs arcus zodiaci æqua-
les & æquidistantes ab alterutro pũctoꝝ æq-
noctii: ħ est ab initiis Arietis & Libræ: ascen-
siones habent æquales in sphæra obliqua &
etiam in recta ut supra patuit:cuiusmodi sunt aries & pisces: taurus & aquarius:Gemini & Capricornus:
Cancer & Sagittarius:leo & scorpio:Virgo & libra:quæ æquidistant ab unoquoq; eorum: cum hoc ꝙ sũt
arcus æquales adinuicem.Et ratio regulæ est quoniam ab æquatore declinationem obtinent singula pa-
ria æqualem:& respectu orizontis obliqui æqualiter se habent:ut est uidere in sphæra materiali:& ego i-
fra explicabo. Pro ampliori noticia ortus & occasus signorum non tantum in sphæra obliqua uerum ĩ
recta:declaro sex regulas seu ꝓpositiones:quaꝝ aliquas ex secũdo Almag.Ptole.capitulo penultimo & Al
phag.differentia decima accepi:easq; taliter ordinabo ꝙ sequentem prior demonstrabit. Prima igitur pro
positio hæc est: ortus cuiuslibet signi æquatur in tempore occasui nadyr.i.signi oppositi: & occasus signi
ortui nadyr.i.eodem tempore oritur signum & occidit nadyr:& ecõtra occidit signum & oriť nadyr: qua-
re habito ortu cuiuslibet signi: habeť occasus nadyr eius:& hoc modo inuenitur in tabulis tempus occa-
sus signi accipiendo scilicet tempus ortus nadyr:probatur regula.Nam si signum citius oriretur quam na
dyr occideret:sequeretur quod supra orizõtẽ interciperetur maior portio cæli quam medietas: quod im
probatur a Ptole.primo Almag.uolente orizontem diuidere cælum in duo media:cum sit circulus maior
& declaratum fuit in secundo huius:& sequæla probatur: quoniam si esset ortum signum: & nadyr non
adhuc occasum: tam signum quam nadyr esset supra circulum orizontis:sed a signo ad nadyr intercipi-
tur cæli medium : ergo plusq̃ medium cæli esset supra terram quod est incõueniens & contra Ptole.Eo-
dem modo si nadyr prius occideret q̃ signum ascenderet: tam signum q̃ nadyr essent sub orizõte: & quom
contineant cæli medietatem:sequeretur ꝙ maior pars q̃ cæli medium esset sub orizonte:quare quom cæ
li medium sit supra orizontem & reliquum sub eodem:oportet quod quantum medietati supra orizon-
tem additur oriendo: tantum occidendo dematur:& quantum a medietate inferiori demitur per ortum:
tñ addatur per occasum ad hoc ut semp remaneant æquales. Signoꝝ igitur oppositoꝝ io tanto tp̃e al
terum oriť inquanto occidit reliquum. Secunda ꝓpositio:ascensio & descensio signi simul iunctæ:æq̃les
sunt ascensioni & descẽsioni nadyr simul iunctis.i.tp̃s ortus & occasus signi est æquale tp̃i ort⁹ & occasus
oppositi.Probatur nã ascensio signi est æqualis descensioni oppositi:& descensio signi ascẽsiõi oppositi: p
primã regulã.Ergo ascensio & descẽsio signi:æq̃lis est ascẽsiõi & descensioni oppositi:siqdẽ cũ duo tota
singula cõponunť ex duab⁹ ꝑtibus æq̃lib⁹: adiuicẽ sint æq̃liatur notũ est:& hæ p̃dictæ regulæ uerificanť
in sphæra utraq;. Tertia ꝓpositio:licet in sphæra recta signa taliter: & in tanto tempore oriantur: quali-
ter & in quanto tp̃e occidunt:& eorum ascensiones æquentur descensionibus:In sphæra tñ obliqua signa
directe orientia oblique occidunt respectu sphæræ rectæ : & econtra signa oblique orientia directe occi
dunt: & quanto rectius oritur tanto occidit obliquius & econuerso:semper faciendo comparationem ad
ortum & occasum signorum in sphæra recta. Primum licet patuerit in regulis de sphæra recta: etiam
probatur : quoniam occasus signi est ortus antipodibus : antipodes nanque ita situantur ꝙ habent eun-
dem orizõtem cum illis:quibus sunt antipodes & eandem emisphæria uariata tantum secundum superi
us & inferius : nam emisphærium ꝙ eis est superius nobis est inferius & ecõtra:& quando nobis occidit si
gnum.nostris antipodibus oritur & econtra: igitur si habent eũdem orizõtem habẽt orizontem rectũ:
& ex consequenti signa eodem modo oriunť eis & illis quibus sunt antipodes:sed ortus signi eis:ẽ occasus
illis quibus sunt antipodes:in sphæra igitur recta eodem modo & inæquali tempore signum oritur & oc-
cidit. Secundum faciliter deducitur:quoniam eorum qui habẽt sphærã obliquã: & orizontẽ uersus polũ
arcticum sub recto depressum: antipodes habent sphæram obliquam & orizontem uersus polum antar-
cticum sub recto depressum:ut manifestat materialis sphæra : qua de re signa directe orientia eis quorum
orizon deprimitur uersus polum arcticum:oblique oriuntur antipodibus: quoꝝ orizon depressus est uer
sus antarcticum:polum:& econuerso signa oblique orientia his: oriuntur illis directe: ꝑꝑ diuersimodã ori
zontis situationem respectu istorũ:& quoniam orizontis depressiones sub recto ad partes contrarias sunt
æquales:ut instrumentum sphæricum ostendit: & rõ concludit : cum alter polorum tantũ supra eundem
eleuetur quantũ deprimitur reliquos:igiť quanta est in ortu signi rectitudo ĩ una habitatione:tãta est ob-
liquitas in opposita & econtra:sed quoniã ortus signi in opposita:occasus est in alia:cuius est opposita:seq-

tur non tñ ꝙ signũ directe oriens oblique occidit in obliqua sphæra respectu rectæ:imo ꝙ quanto signũ oritur directius tanto occidit obliquius & econtra:quod est intentum. Sed an deſ antipodum habitatio non determino ad præsens:cum sit extra ꝓpositum:teneo tamen ꝙ non sit reperire:ceu uolunt & Ptole.& aliorum plurimæ autoritates: experimenta & rationes: si alias concedetur oportunitas fortasse quæstionem hanc examinabo. Quarta regula seu ꝓpositio est.Ascensio & descensio signi simul iunctæ in sphæra obliqua:æquantur ascensioni & descensioni eiusdem in recta simul iunctis 'probatur. Nam ascensio & descensio signi in recta æquantur:per primam partem propositionis præcedentis: quæ & si in obliqua non æquentur : tamen quantum a recta altera deficit & est obliquior:tantum altera suplens est directior:ut inquit secunda pars prædictæ regulæ:igitur adinuicem æquipetantur per regulam arithmeticam:quod resultat ex medio duplato:æquale est ei quod fit ex duobus extremis æquidistantibus a medio illo simul additis:exempli causa in sphæra recta oritur aries cum uigintiocto gra.æquinoctialis:cui si eiusdem descensio quæ æqualis est iungatur:totum additum fiet quinquagintasex gra.In sphæra autem obliqua cuius latitudo est quadragintaquinq; grad.ascensio arietis est decimosexto grad.descensio uero quadraginta:quibus adinuicem commixtis erit aggregatum quinquagintasex grad.æquale priori aggregato quod est intentum. Quinta ꝓpositio:ascensiones signi & oppositi simul iunctæ in obliqua: æquales sunt ascensionibus eorũdem simul iunctis in recta:probatur:nam ascẽsio signi est descẽsio oppositi & ecõuerso:per primam regulam:sed ascensio & descensio signi in sphæra utraq; simul iunctæ æquãtur per ꝓcedentem:igitur ascensiones signi & eius nadir iunctæ simul:in utraq; sphæra æquiualent:& eodẽ mõ deducitur de occasu:ꝙ.s.descensiones signi & nadir in sphæra utraq; æquantur: & hanc regulam ponit Autor in textu:quæ per me exposita est:dum dicit: quom.n.ascensiones oppositorũ in sphæra recta sint æq̃les & non in obliqua:quia tamen quantum minuit ascensio unius tantum auget ascẽsio alterius adinuicẽ æquantur. Sexta ꝓpositio:ascensiones signorum æqualiter remotoꝝ ab alterutro solsticiali puncto.idest initiis cancri & capricorni:simul iunctæ:in sphæra utraq; æquiperanẽ:probaẽ:nam istoꝝ in sphæra recta ascensiones sunt æquales ut dictum est supra de sphæra recta:& in obliqua quantum alterius ascẽsio deficit a recta:tantum alterius suplet ascensio:cum eorum alterum conueniat cum opposito alterius in ascensione:gratia exempli gemini & cancer: nam geminorum ascensio æqualis est ascensioni capricorni: per secundam regulam textus cum æqualiter sint remoti ab initio arietis puncto æquinoctiali:sed ascensiones cancri & capricorni simul iunctæ in sphæra utraq; æquantur cum sint opposita: ut uult propositio præcedens: Igitur gemini & cancer signa æquidistantia a puncto solsticiali initio cancri:habent ascensiones simul iunctas in utraq; sphæra:æquales quod est propositum.

EX PRAEDICTIS ETIAM PATET. Ex regulis declaratis tam in recta sphæra q̃ in obliqua de ortu signorum & occasu: correlariæ concludit inæqualitatem dierum naturalium. Verum antequam ulterius procedatur quæritur an dies naturales sint inæquales & uidetur ꝙ non: immo omnes adinuicem æquentur in utraque sphæra : nam in sphæra recta semper est æquinoctium:& taʒ dies artificialis q̃ nox adinuicem æquantur ut infra patebit:sed quilibet dies naturalis integratur ex die artificiali cum sua nocte:ergo quilibet dies naturalis cuilibet naturali diei æquiparatur: siquidem omne integratũ ex æqualibus ptibus ĩ numero & magnitudine æquale est alteri.Et qm̃ in oĩ habitatione astrologi inchoant diem naturalẽ a meridie.i.ab existentia solis ĩ meridiano:ꝑ quẽ signa transeũt uelut per rectum orizontẽ:igiẽ si dies naturales sunt æquales in sphæra recta: & in obliq̃. Scd̃o dies naturaľ est cõpleta reuolutio æq̃noctialis circa terrã & siliũ circuloꝝ æq̃distantium ei: ut uult autor ĩfra:& oẽs.nã dicũt ꝙ arcꝰ supior hoꝝ circuloꝝ ẽ arcus diurnꝰ:ĩferior uero nocturnꝰ: & scd̃m ꝓportionẽ arcꝰ supioris ad infimũ ẽ ꝓportõ diei ad noctẽ:ecce mõ ꝙ cũ hmõi circuli ñ hẽant nisi arcũ diurnũ & nocturnũ: erũt arcꝰ diei naľ:sʒ oĩuʒ dictoꝝ circľoꝝ circa ter-



Ex prædictis etiã patet ꝙ dies naturales sunt inæquales.Est.n.dies naturalis reuolutio æq̃noctialis circa terrã semel:cũ tanta zodiaci pte q̃ta interim sol pertrãsit motu ꝓprio:cõtra firmamentũ.Sed cum ascẽsiones illoꝝ arcuũ sint inæquales:ut patet per ꝑdicta:tam in sphæra recta q̃ ĩ obliqua: & penes additamenta illaꝝ ascensionum considerentur dies naturales illi de necessitate erunt inæquales.In sphæra recta: pp unicam causam.s.ꝓpter obliquitatẽ zodiaci. In sphæra uero obliqua:pp duas cãs.s.pp obliquitatem zodiaci: & obliquitatẽ orizõtis obliqui. Tertia solet assignari cã eccẽtricitas circuli soľ.

ram reuolutio est æqualis: igitur omnes dies naturales sunt adinuicem æquales. Tertio si dies naturales essent inæquales: tunc medietas altera anni continens centum octuagintaduo dies cum dimidio fere: esset alteri medietati inæqualis: quod implicat omnes nanque medietates alicuius totius sunt sibi inuicem æquales: probatur sequela: nam si dies naturales sunt inæquales: stat centum octuagintaduo dies cum dimidio: unius medietatis esse maiores & longiores diebus alterius medietatis singulos singulis: uel saltem plures eorum: sed omne totum compositum ex partibus æqualibus in numero: maioribus tamen in magnitudine: maius est alio: igitur altera medietas anni continens dies maiores esset maior. Quarto si dies naturales essent inæquales non omnes essent uigintiquattuor horarum: quod est contra omnes astrologos & præcipue tabulares: qui componũt tabulas quantitatum dierum: in quibus dies artificialis cum sua nocte continet uigintiquattuor horas. Quinto dies naturales ideo prædicantur inæquales propter inæqualitatem motus solis ueri in zodiaco: & inæqualitatem ascensionis illarum partium ut dicit autor in textu. sed potest esse q in duorum dierum naturalium altero: quanto sol uelocius mouetur: tanto in altero ascẽsio illius partis qua sol mouetur sit rectior: gratia exempli: in altero dierum sol de zodiaco pertransit sexaginta minuta: quæ ascendunt cum quinquaginta nouem de æquinoctiali: in alio uero sol pertransit quinquaginta octo minuta: quorum iterum ascensio sit quinquaginta nouem minuta: & ita cum in ambobus diebus huiusmodi additamenta sint æqualia: prædicti dies naturales erunt æquales: non igitur dies omnes naturales sunt inæquales. In oppositum est Ptole. secundo & tertio Almag. & Alphag. differentia undecima: ambo assignantes duplicem causam inæqualitatis dierum naturalium & autor in tex. & omnes astrologi maxime componentes tabulas æquationis dierum: q non esset nisi dies naturales essent inæquales. Pro determinatione huiusmodi quæsiti est notandum primo q dies est duplex: quidam nanq; est dies dictus naturalis: & quidam artificialis: est nanq; dies naturalis completa reuolutio solis circa terram semel: nam sol existens in meridiano facit principium diei secundum astrologos: uel secundum morẽ uulgarem in occidente: & quando completa reuolutione motu primi mobilis ad punctorũ alterũ redierit: dies cõpletus est: ut est manifestum & quoniam huiusmodi reuolutionem sol causat propter motum primi mobilis: quo etiam mouetur & circuit æquinoctialis: uerum ultra motum æquinoctialis sol habet propriũ motu3 ad partem contrariam: dies naturalis extenditur quousq; totus æquinoctialis reuoluatur circa terram: cum parte illa quam sol motu proprio ptransit: gratia exempli sit æquinoctialis a b c d in centro e. & meridianus a c. sol sit in puncto a meridiani: notum est q secundũ astrologos inchoat dies: reuoluatur æquinoctialis circa terram motu diurno ab a in b & c & d iterum. punctus a rediens in meridiano: licet æquinoctialis pfecerit reuolutionem: nõ tñ est completus dies: qm̃ in hoc tẽpore sol motu proprio delatus est in f: contrario motui primi mobilis: & quia dies non completur nisi sol peruenerit ĩ meridiano: oportet q ultra completam reuolutionem æquatoris: mediet cælum tota portio a f. quam sol motu proprio contrario motui diurno pertransiuit: bene igitur & recte dictum est q dies naturalis est reuolutio solis circa terram: seu reuolutio æquinoctialis circa eandem cum additione partis: quam sol motu proprio peragit: & dictus est naturalis qm̃ non diuersificatur in diuersis habitationibus sensibiliter: immo in omnibus partibus terræ habitabilis est sensibiliter æqualis: non autem dies artificialis ut dicetur. Alter uero est dies artificialis: qui diffinitiue est latio solis supra orizontem: idest tempus causatu3 uel mensurans lationem solis supra orizontem: qui dictus est artificialis: quoniam diuersus in diuersis ptibus terræ habitabilis: at quoniam habitatio est quoddam artificiale: ab arte procedens & uoluntate: est nanque uoluntarium q habitetur talis uel talis locus: & consequenter artificiale: quod alter habeat diem inæqualem ab alio: & per oppositum dicitur dies naturalis: qm̃ nõ uariatur in climatibus & habitabilib⁹ locis immo in omnibus est æqualis sensibiliter. At latio solis sub orizonte idest tempus mensurans huiusmodi motum est nox: & qm̃ reuolutio solis circa terram continet lationẽ eiusdem supra orizontem & sub eodem: sequit̃ q dies naturalis aggregat diem artificialẽ cũ nocte tãq̃ partes eius. Secundo est aduertendũ q dierum naturalium alter dr̃ uerus & alter medius: nam cum dies huiusmodi sit reuolutio æquinoctialis cũ additione motus solis: & motus hic duplex sit: scilicet uerus & medius: ut habet uideri ĩ theorica de sole: siqdem additio illa sit ueri motus: dr̃ dies naturalis uer⁹: q diffinitiue est reuolutio æquatoris circa terram: cum additione ueri motus solis: si uero additio ea sit medii motus: dicitur dies naturalis medius: & est reuolutio æquinoctialis & cætera cum additione partis ptransitæ a sole motu ei⁹ medio. Tertio est sciendum q dierum naturalium uerorum: alter est apparens & inæqualis: alter uero æquatus. Apparens dicitur tota reuolutio solis circa terram qua incipit ab meridiano & desinit motum præcise in eo-

dem: & quoniam tempora quibus sol complet has reuolutiones sunt inæqualia: dicuntur dies inæquales: seu apparentes apparent æquales & si non sint. Dies uero æquatus est temporis spacium quo completur p̄dicta reuolutio solis a meridiano inchoantis ad eundem redeuntis: cum additamento ul demptione secūdum ꝙ oportet: unde si maior est æquinoctialis cum medio motu solis demit̄: si uero minor additur ut fit in tabulis de æq̄tione dieꝝ naturaliū. Licet nāq; in anno cōmuni sint trecentum & sexaginta quinq; dies naturales: fiunt tamen trecentum sexagintasex reuolutiones æquinoctialis: propter hoc ꝙ sol in anno cōplet æquinoctialem ad partem contrariam: & ideo singuli dies habent singulas æquatoris reuolutiones: & superfluens per omnes distribuitur: quam distribuere & diuidere æqualiter in omnes dicitur dies naturales æquare. Quarto est notandum ꝙ duplici de causa dies apparens est inæqualis alteri. prima quidem: quoniam cum huiusmodi dies contineat reuolutionem æquinoctialis & cætera: cum additione partis zodiaci quam sol pertransit motu proprio: & cum æquinoctialis moueatur æqualiter & æqualis sit in omnibus diebus: additio uero illa minime: nam sol singulis diebus non causat spacia æqualia de zodiaco: ut demonstratur in theorica solis: sequitur ꝙ æquator cum additione huiusmodi partis est inæqualis sibiipsi cum additione partis inæqualis. Si enim duobus æqualibus inæqualia addantur: quæ resultant sunt inæq̄lia ut uult cōmunis animi conceptio primi euclidis: si igitur æquinoctialis cum parte ea addita non æquetur alteri: sequitur ꝙ tempora in quibus reuoluuntur non sunt æqualia: & consequenter dies sunt inæquales hac prima causa. secunda causa quoniam dato etiam ꝙ sol æqualiter moueretur & singulis diebus de zodiaco partes æquales pertransiret: tamen quoniam partes illæ zodiaci non necessario æqualiter mouētur oriendo & occidendo: neque in circulo recto neque obliquo: ut patuit supra: aliqua nanque pars zodiaci directum habet ascensum: & aliqua obliquum: sequitur ꝙ si duobus temporibus æquis q̄bus bis æq noctialis circumuoluitur: addantur duo tempora inæqualia quibus oriuntur huiusmodi partes: addendæ singula singulis: resultant duo tempora uel duo dies naturales inæquales: per eandem propositionem supra allegatam: secunda igitur causa inæqualitatum dierum naturalium est: inæqualitas ortus partium addendarum propter obliquitatem zodiaci. Et nota ꝙ licet autor in textu uideatur ponere obliquitatem orizontis esse causam distinctam ab obliquitate zodiaci: non tamen est distincta in rei ueritate: immo per se non est causa: quoniam orizonte siue recto seu obliquo uniformiter zodiacus moueretur: nisi ipse eēt obliquatus: sicut ostendit æquinoctialis & circuli paralelli (qui ut patuit supra) oriuntur & occidunt per utrūque orizontem uniformiter: p̄pter eorum rectam situationem: nihil igitur agit obliquitas orizontis ne directe & æqualiter moueantur: zodiacus uero propter suam obliquitatem inæqualiter oritur & occidit in utroque orizonte: licet magis in obliquo ut patuit supra: maiorem nanque obliquitatem zodiacus ostendit in orizonte obliquo quam in recto: & ideo autor non intelligit ꝙ orizon sit causa totalis huiusmodi diuersitatis: immo potius partialis: quoniam addit ad obliquitatem zodiaci & maioris diuersitatis est causa: & hic passus notetur bene ad hoc ut intelligatur mens autoris. Et causæ huiusmodi non tantum ab autore hic assignant̄: sed sunt Ptole. secundo & tertio Almag. & Alphag. differentia undecima. Quinto & ultimo est correlariæ considerādum: ꝙ Ptole. & Alphag. referentibus in prædictis locis: duplex est cāquare astrologi inchoent diem naturalem a meridie & existentia solis in circulo meridiano: & non ab ortu uel occasu: quoniam cum dies naturalis ueluti superius discussum est: ultra motum completum æquinoctialis contineat ortum partis qua sol mouet̄: & meridiani in omnibus habitationibus sunt uniformes: ex quo omnes transeunt per polos: & quælibet pars zodiaci assignata per quemuis meridianū æqualiter trāsit: sequitur ꝙ additio illa in omni habitatione est æqualis: in orizontibus uero obliquis quoniam pars illa & additio nō mouet̄ æqualiter neq; oriēdo neq; occidēdo: īmo in diuersis mouet̄ directe minus & magis: eodem modo & oblique: sequit̄ ꝙ tp̄s motus illius partis non est æquale in omnibus habitatiōibus: īmo quot sunt uariationes orizontium obliquoꝝ: tot etiā modis uariabitur idem dies in longitudine & breuitate: quare si deberet æquari in singulis orizontibus: oporteret habere singulas tabulas æquationū dierum: cum una sufficiat in omnibus partibus diem a meridie inchoando: Quia igit̄ præsens dies a meridie inchoatus est: æqualis in omnibus habitationibus propter æqualitatem meridianorum: non est autē ubiq; æqualis: si ab ortu solis uel occasu sit inceptus: astrologi ut fugerent tantam diuersitatem in diuersis locis dieꝝ: potius a meridie inchoarunt. Secunda causa est quoniam ideo dies naturales sunt inæquales: propter diuersitatem motuum partium addendaꝝ ut fuit dictū: sed hæc diuersitas minor est in orizōte recto & consequenter meridiano q̄ in obliquo: in obliquo nanque signa uel directius uel obliqu⁹ ascēdunt q̄ in circulo directo: quare cum dies inchoati a meridie & si sint inæquales: non tamen seruant tantā inæqualitatem quantam qui sunt ab ortu uel occasu principiati: & consequenter facilius & rectius æquātur dies quorum initium est meridies: quam illi qui incipiunt ab ortu uel occasu: non igitur irrationabiliter a meridie astrologi diem inchoarunt: & adde ad hoc ꝙ ratione ortus partium & cætera: plures dies sunt æquales: si a meridie inchoentur quam ab ortu uel occasu: cum omnia signa opposita & quæ æquidistant a punctis solstitiorum: ortum habeant æqualem in sphæra recta & in meridiano: non autem in obliqua: ideo hac de causa oporteret eos æquari ab ortu uel occasu: sed quia habent initium a meri-


die sunt æquales: his itaq; binis rationibus astronomi ab existẽtia solis in meridiano & nõ in ortu uel occasu inchoant dies naturales. Quibus ita expositis dico tria: primo ꝙ & si dies naturales medii sint inæq̃les: unica tantum cã rõne. s. diuersitatis ascẽsionis & cætera inæquantur: prima pars patet: qm̃ dies naturalis medius est reuolutio æquinoctialis & cætera cum additione ptis pertransitæ medio motu: sed pars huiusmodi non habet ascensionem æqualem cũ alia necessario: qm̃ potest oriri directius & obliquius: & maiori & minori tpe: qua de re tempus quod additur est inæquale: & consequenter dies medii: secunda ps probatur: qm̃ tantum duabus causis dies naturales sunt inæquales. s. inæqualitate motus solis & inæqualitate ortus illius motus ut dictum est supra: sed sol non mouetur medio motu inæqualiter: ut patet in theoricis nam medius motus est regularis: ideo hac causa huiusmodi dies non sunt inæquales: quare relinquitur ꝙ tantum diuersitate ortus illarum partium sunt inæqnales. Secundo dico ꝙ dies naturales ueri: duplici causa sunt inæquales patet iam primo ratione ueri motus solis: quem esse irregularem & tertio Almag. dictio probat & theoricæ manifestant: secunda causa diuersitatis ortus & ascensionis partis trãsite a sole: ut est optime expositum qua de re duplici causa hm̃oi dies inæquales existunt. Tertio dico ꝙ non oẽs dies sunt inæquales omnibus: immo aliqui eorum sunt æquales: probatur primo capto die mediocri: notum ẽ ꝙ huiusmodi dies habet maiorem diem: habet etiam minorem: sed ubicunq; datur maius & minus datur æquale: etiam quoniam non potest fieri transitus de maiori ad minus nisi per æquale: præpositus igit̃ dies habebit diem sibi æqualem. Secundo idem probatur per rationẽ argumenti ultimi ante oppositum: dies nanq; naturales duplici de causa ut dictum est possunt esse inæquales: igitur in altero duorum dierum potest esse causa quæ tanto reddat eum alio maiorem: quanto secunda causa reddit minorem: idest ꝙ quanto additio est maior tanto obliquius oriatur uel econtra: quare hi dies æquabuntur. Tertio idem probatur maxime de mediis diebus: in quibus cum additum quod sol pertrãsit motu medio sit æquale in omnibus: quandocunq; sol fuerit in signis æqualis ascensionis: ꝙ scilicet æquidistent ab altero quattuor punctorum: semper dies illi erunt æquales: gratia exempli sole existente in principio tauri: & principio piscium: quoniam illud quod agit motu medio utrobique est æquale: & æquali tempore oritur: notum est ꝙ cum additio sit æqualis ꝙ duo dies tunc æquabuntur. idem concluditur de ueris diebus: nam quom aux sit in principio cancri uel saltem parum distans ab eo: dum sol fuerit in principio geminorum & leonis: æqualiter remotus ab auge ad partes diuersas: æqualiter mouetur ut demonstraui ĩ theorica solis: & etiam patet in tabulis: & quoniam illi arcus æqualiter mediant cœlum: ex quo æquidistant ab initio cancri per secundam regulam in sphæra recta declaratam; igitur hi duo dies æquabuntur causis in ambobus non diuersificatis: patet igitur ꝙ dantur dies naturales tam medii q̃ ueri æquales: neque quando dicunt astronomi dies naturales esse inæquales intelligunt omnes omnibus inæquari: sed omnes sũt inæquales quibusdam & aliquibus æquales. ¶ Argumenta modo ante oppositum facta faciliter perimuntur: primum nanque quando dicitur: ꝙ in sphæra recta semper est æquinoctium & cætera: dico ꝙ æquinoctium duplex est uulgare & uerum: uulgare quidem est æqualitas diei artificialis cum sua nocte: uel insensibilis excessus alterius super reliquum: qui quidem excessus prouenit causa illius additionis: nam cum illa additio parua sit & insensibilis: diuersitas uel excessus alterius super aliud est insensibilis: & quia uulgares non considerant omnem paruum excessum: proferunt in sphæra recta semper esse æquinoctium: quantum ad uulgarem sensibilitatem. Aequinoctium autem uerum est: æqualitas diei cum sua nocte: taliter ꝙ nec sensibiliter neque insensibiliter se superent: & tunc dico ꝙ in sphæra recta non est semper uerum æquinoctium uel si est: taliter est ꝙ dies æquatur tantum suæ nocti: non autem omnibus noctibus: nam diei naturalis maioris tam dies q̃ nox sunt longiores: q̃ alterius diei & inter se æquales. Ad secundum Respon. ꝙ dies naturalis non est præcise reuolutio & cætera: immo ultra illam est additio motus solis ut dictum est supra: & quando dicitur ꝙ arcus superior est arcus diei & cætera: uerum est: tamen ultra illum additur portio motus solis: quæ quoniam parua est & insensibilis, non meminerunt: sed tantum arcum diurnum proferunt arcum superiorem & cætera: & eadem est proportio diei ad noctem: ueluti horum arcuum tantum uulgaris & secundum sensum. Ad tertium quoniam dicitur ꝙ anni medietas esset maior altera. Respon. ꝙ medietas anni possunt dici & nominari dupliter: uel a numero dierum quos continet: & tunc pars anni continens. 182. cum dimidio diei: est anni medietas & æqualis alteri quæ totidem etiam dies amplectitur: non curando an dies sint maiores uel minores: sed tantum ꝙ sint æquales in numero in utraque. Alio modo potest dici medietas a spacio temporis quod continet: & tunc illa dicitur anni medietas: quæ continet præcise medietatem: non curando de diebus: nam illa quæ habet dies longiores pauciores continet ex eis: non igitur sequitur ꝙ medietas sit alteri inæqualis. Ad quartum dicitur ꝙ singuli dies naturales continent uigintiquatuor horas quantum ad uulgarem apparentiam: qua non percipitur illud paruum tempus ortus spacii quo sol mouetur: tamen quo ad ueritatem dies quilibet habet plus uigintiquattuor horarum: tanto quidem plus quantum est illud additum: quod simul aggregatum in anno faciet uigintiquattuor horas: cum sit reuolutio solis in circuitu æquinoctialis: qui ascendit in uigintiquattuor horis. Quintum autem argumentum ueritatem concludere tertia conclusio manifestauit: non enim intelligunt neq; uolunt astrologi omnes dies oĩbus diebus esse inæquales: immo aliquos

adinuicem æquari:sed q̷ singuli dies habent dies sibi inæquales:ut in declaratione dictæ conclusionis fuit expositum. Et ita credo satisfactum esse huic quæsito & materiæ de ortu & occasu signorum: quam si breuibus peregi & declaraui: singulis ero excusatus: cum in hac materia digressionem ob difficultatem præcipue incohantibus agere recusaui:tanto magis q̷ opus Almag. Pthole. in præsentiarũ non est apud me:neq̃ tam sublimi ĩgenio me uigere cognosco: ut quæ iam pridem uiderã (nisi de nouo & recẽter legerim)possim ita bene recordari:ut scripturis digna sint notan:iõ quæ dicta sunt sufficiant.

NOTANDVM ETIAM QVOD SOL tendens. Postq̃ in supioribus de principali intento.s. de ortu & occasu signoꝝ in sphæra utraq̃ determinatiõem perfecit: in parte hac de quodã effectu ex diuersitate ortus & occasus signoꝝ causato.s. de dierum & noctium diuersitate in augmento & decremento prosequitur:q̷ autem dies artificiales sint iter se & cũ noctibus inæquales causa est diuersitas in ortu signoꝝ:nam quæ directe oriunt̃ & ĩ magno tpe diem uel noctem agunt longã: quæ uero oblique econtrario. Vel potest præsens pars aliter introduci:ut qm̃ supra in parte ĩmediate exposita declarauit dies naturales eẽ inæquales & huius dedit causas: in hac parte dat causas inæqualitatum dieꝝ artificialium adinuicẽ & noctiũ. Et q̷ hæc introductio nõ sit incongrua patebit si quis notat modum loquendi auctoris dum incipit notãdum etiam q̷ sol et cætera:quasi uolens se continuare ad prædicta: quicquid tñ sit satis est q̷ intentio eius in hac parte est: assignare causas inæqualitatis dierum & noctium: quæ in duas secat̃ partes: nã in prima hoc agit uniuersaliter nõ magis ad unam q̃ ad aliam habitationem:secũdo idem prosequitur magis particulariter in diuersis locis & modis habitationum ibi. (Notandum autem q̷ illis:)& q̷ ita sit q̷ in pte illa agat & declaret diuersitatem dierum & noctium in locis & cætera: & si explanet etiã alias conditiones seu proprietates: demõstrat titulus illius partis qui talis est:de diuersitate dierum & noctium quæ sit habitantibus in diuersis locis terræ: circa partem priorẽ duo agit:secundum q̷ duabus causis manifestat propositum. secũda ibi. (Notandum etiam q̷ sex signa.) Iterum circa primam duo facit: nam qm̃ in diebus artificialibus & noctibus dupliciter accidit diuersitas. primo quidẽ inter plures dies uel noctes: uel inter diem & noctem in loco eodem: itaq̃ idem dies lõgior est alio uel breuior:similiter & nocte in loco eodem. secundo accidit diuersitas in die codẽ uel nocte in diuersis tamen locis: dies nãq̃ præsens dummodo non sit æquinoctium:longior uel curtior est in aliis locis: q̃ in hoc sexto climate:ideo primo dat causam diuersitatis dierum plurium inter se & noctiũ:secundo uero

Notandũ ẽt q̷ sol tendẽs a p̃io pũcto capricorni p arietẽ:usq̃ ad primũ pũctũ cancri: raptu firmamẽti describit. clxxxii. palellos: q ẽt palelli: & si nõ oĩo sint circuli sed spirę:cũ tñ nõ sit ĩ hoc error sensibil̃: ĩ hoc uis nõ cõstituat̃:si circuli appellẽt̃:ḋ nũero quoꝝ circuloꝝ sũt duo tropici: & un⁹ æqnoctial̃. Itẽ iã dictos circulos describit sol raptu firmamẽti:descẽdẽs a p̃io pũcto cãcri p librã:usq̃ ad primũ pũctũ capri. Et isti circuli dieꝝ naturaliũ circuli appellãt̃. Arc⁹ ãt q sũt supra orizõrẽ sunt arc⁹ dieꝝ artificialiũ. Arc⁹ uero q sũt sub orizõte sũt arc⁹ noctiũ. In sphęra igit̃ recta cũ orizõ sphęræ rectæ trãseat p polos mũdi: diuidit oẽs circulos istos ĩ ptes ęq̃les. Vñ tanti sũt arc⁹ dieꝝ:q̃ti sũt arc⁹ noctiũ: apud exñtes sub ęqnoctiali. Vñ p₃ q̷ exñtib⁹ sub ęqnoctiali ĩ q̃cũq̷ pte firmamẽti sit sol:ẽ sp æqnoctiũ. In sphæra ãt decliui orizõ obliqu⁹ diuidit solũ ęqnoctialẽ ĩ duas ptes ęq̃les. Vñ qñ sol ẽ ĩ alterutro pũctoꝝ ęqnoctialiũ:tẽ arc⁹ diei ęq̃t̃ arcui noctis:& ẽ ęqnoctiũ ĩ uniuersa terra. Oẽs uero alios circu. diuidit orizõ obliqu⁹: ĩ ptes ĩęq̃les:ita q̷ ĩ oĩb⁹ circul̃ q sũt ab ęqnoctiali usq̃ ad tropicũ cãcri:& ĩ ĩpo tropi. cãcri:maior ẽ arc⁹ diei q̃ noctis. i. arc⁹ sup orizõtẽ q̃ sub orizõte. Vñ ĩ toto tpe quo sol mouet̃ a pri. arietis p cãcꝝ usq̃ ĩ finẽ uirgi. maiorãt̃ dies sup noctes:& tãto pl⁹ q̃to magis accedit sol ad cãcꝝ: & tãto min⁹ q̃to magis recedit. Ecõuerso ãt se hẽt ḋ dieb⁹ & noctib⁹:dũ sol ẽ ĩ signis austra. In oĩb⁹ aliis circul̃ quos sol describit iter æqnoctialẽ & tropicũ capri. maior ẽ circul⁹ sub orizõte & mĩor supra:uñ arc⁹ diei ẽ mĩor q̃ arc⁹ noctis. Et ₰m pportionẽ arcuũ miorãt̃ dies sup noctes:& q̃to circuli sũt ppĩqores tropico hyemali:tãto magis minorãt̃ dies. Vñ uĩ q̷ si sumãt̃ duo circuli ęqdistãtes ab ęqnoctiali ex diuersis ptib⁹:q̃tus ẽ arc⁹ diei ĩ uno:tãt⁹ est arcus noctis ĩ reliquo. Ex hoc seq uĩ q̷ si duo dies naturales sumãt̃ ĩ ãno:ęq̃l̃r remoti ab alterutro ęqnoctioꝝ ĩ oppositis ptib⁹:q̃ta ẽ dies artificial̃ uni⁹:tãta est nox alteri⁹:& ecõuerso. S₃ ħ ẽ q̃tũ ad uĩgi sẽsibilitatẽ ĩ orizõtis fixiõe. Rõ. n. p adẽptionẽ sol̃ cõtra firmamẽ. ĩ obliq̃tate zodiaci ueri⁹ dĩiudicat.

eiusdem diei in diuersis locis. ibi. (Quanto quidem polus.) Prima causa inæqualitatũ dieꝵ artificialium. & noctium est quasi informa Alpha. differẽtia. vi. quam quia. nota est in sphæra materiali paucis explanabo: a principio capricorni ad finẽ geminoꝵ est medietas zodiaci seu sex signa: q̃ sol motu ꝓprio centũ octuaginta duobus diebus cũ dimidio peragratur: & quoniam mouetur idem sol motu raptus circa terrã: p spacium quo mouetur singulis diebus describet parallellos: unde a capricorno ad cancrum centum octuaginta duo causabit paralellos: nam quando est in principio capricorni: describit paralellum ad primum gradum eius cõtinuatum. In sequẽti uero die cum reperietur in secundo gradu eiusdem: paralellum causabit propriorem æquinoctiali: & i tertio die adhuc ꝓpinquiorem· si qdẽ existit i tertio gradu Capricorni magis uicino æquatori: & ita: de alijs ad singulos signorum gradus singulis terminatis. Et quia a principio cancri ad capricornum reuertitur sol ad polum meridionalem unde prius remouebatur: in toto spacio. 182. dierum cum dimidio: quo per huiusmodi zodiaci medietatem defertur: eosdem describit paralellos. Qui & si uera appellatione non possint dici circuli: cum non terminentur & coniunganꝭ ad punctũ eundem: neqꝫ habent principiũ idẽ cum fine: sol nãqꝫ existens in principio capricorni incipit paralellũ: ad secundũ gradũ eiusdem terminatum: circuli uero circũferẽtiæ idẽ cũ fine est principiũ: quia tñ principium cuiusqꝫ a fine ita paꝵ distat ꝙ insensibile est: iõ nihil ĩportat si paralelli illi circuli nominenꝭ: causat igiꝭ sol a principio capricorni ad principium cancri delatus. 182. paralellos seu circulos: quoꝵ extremi: alter uersus borealem polũ est tropic⁹ cãcri: reliqu⁹ uero ad meridiẽ tropicus capricorni: medius uero inter hos & a polis ꝑdictis æqualiter semotus æquinoctialis. Quæ ut exemplo pateant sit in hoc circulo polus mundi arcticus a: & b: antarcticus: zodiacus c d: c: scilicet initium cancri & d: capricorni: notum est. n. ꝙ sol existẽs in capricorni initio d: raptu firmamenti circulum d e: describet tropicum capricorni· qui qdẽ terminabitur in f: secundo gradu eiusdem signi ad quẽ sol motu ꝓprio est translatus secundo die: post hoc causabit circulum f: g: h: usqꝫ quo sit in ariete ubi æquinoctialem h i: designabit: & ita alios paralellos uersus polum arcticum donec sit in principio cãcri: ubi tropicus c k depingetur. Et hi paralelli circuli sunt dieꝵ naturalium: cum sol eos in die naturali singulos describat: eorũ autem arcus qui supra orizõtem quẽuis sunt: dicuntur arcus dierum artificialium. i. dest a sole in die artificiali descripti: cum dies artificialis nil aliud sit: ni latio solis supra terram & orizontem ut ex supradictis liquet. Qui uero infra: sunt arcus noctium. i. in nocte a sole causati: quemadmodum nanque huiusmodi circuli continent partem superiorem & inferiorem tanqꝫ partes totales singulos eoꝵ integrantes: ita dies naturalis ex duabus partib⁹ die s. artificiali & nocte constituitur. Quibus stantibus quoniã polus in sphæra ꝓportionaꝭ centro in circulo: orizon sphæræ rectæ transit per polos mundi: supra æqnoctialem cadens perpendiculariter & causans rectos angulos secundo huius: & consequenter supra omnes æquidistantes æquinoctiali p. 29. primi Euclidis: sequitur ꝙ tam æquinoctialem q̃ ei æquidistantes paralellos in duo æqualia ꝑciet p tertiã tertii Euclidis: ubi uult ꝙ si supra lineam in circulo cadat alia perpendiculariter p cẽtꝵ circuli trãsiens: eã diuidet p æq̃lia: singulæ igiꝭ circuloꝵ portiones supra rectũ orizontẽ a b: æ q̃les sunt portionibus cõpibus sub eodem: & q̃a in spatiis æqualib⁹ fiũt motus æq̃les: sexto physi. motus igiꝭ solis p portiones circuloꝵ supiores æqualis erit motui eiusdem sub inferioribus: & q̃m sol huiusmodi motu æqualiter mouetur: in temporibus paribus tam superiores q̃ inferiores transiet dictoꝵ portiones ut philosophus sexto physicorum. demonstrat: & quom portiones superiores transeat in die: infimas uero in nocte ut dictum est: concludiꝭ singulos dies singulis suis noctibus: ceu in quæstione præcedẽti determinatum est æq̃perari: & consequẽter ubicũqꝫ zodiaci sit sol: in sphæra recta semper esse æqnoctium.




At quia orizon obliquus. L. M. q̃cunqꝫ sit semper diuidit æquatorem in æquales ptes: cum ambo sint circuli maiores secũdo huius: q̃n sol erit in principio arietis uel libræ æquinoctialem describens: cum mot⁹ supra orizontem: & sub eodem sint æquales æquinoctium erit in uniuersa terra. Sed q̃a ꝑdictus orizõ nõ transit p polos mundi ut liquet uelut rectus: nõ diuidet reliquos circulos in ptes æquales: immo in portiones p quartam tertii elemẽtoꝵ. Si linea diuidat lineam intra circulum: neutra eaꝵ p eiusdem centꝵ transeunte: in ptes inæquales se secabunt. Et q̃m dictus orizon ut demonstrat sphæra materialis deprimiꝭ sub polo boreali: & patet in figura ꝑsignata: nam portio orizontis obliqui. l. est sub polo a. & a: polus eleuaꝭ supra eundem: sequitur ꝙ de pte cæli septentrionali maior portio est supra orizontem q̃ infra: & consequenter omnium circuloꝵ septentrionalium. i. ab æquinoctiali uersus polũ septentrionalẽ declinantium: maiores portiones sunt supra q̃ infra circulum orizontis: & per consequẽs maior motus solis supra terrã q̃ infra: & quia motus regularis est: dies artificiales quibus moueꝭ supra terram: maiores sunt singulæ suis noctibus: q̃cunqꝫ igitur sol moueꝭ per signa septẽtrionalia quæ sunt ab initio arietis ad finẽ uirginis: ab

ii.die martii ad.14.septembris dies maiorantur supra noctes.i.artificiales dies sunt maiores q̃ suæ noctes.
Et qm̃ orizon præfatus diuidit æquatorem per æqualia:& uersus arcticum polum deprimit: & tanto ma
gis q̃ ab æquatore magis remouetur:sequitur q̈ quanto circulus magis distans est ab æquinoctiali:& pro
pinquius polo boreali:tãto maiorẽ portionẽ habet supra orizontẽ:& sol describens eum causat diẽ maio
rem:unde cum tropicus cãcri remotissimus sit inter oẽs ab eodem æquinoctiali:inter oẽs circulos maximam
habet supra orizontẽ portionem & minimã infra:& quom sol est in tropico prædicto q̈ contingit.13.iu
nii dies maxim⁹ est & nox minima:q̃ in toto anno esse possit:q̃to magis ad dcm̃ tropicũ circulus accedit:
tanto arcus diurnus maioraẽ supra nocturnum: & consequenter quãto dies magis propinqua est.13.iunii.
tanto longiorẽ habet diem artificialẽ supra noctẽ. Econtra uero qm̃ prædictus orizon. M.eleuatur su
pra polo australi b:eo depresso: maior portio partis cæli meridionalis sub orizonte existit q̃ supra: & con
sequenter circulorũ ab æquatore uersus polum illum declinantium:semp est maior portio infra quã su
pra:qua de re dum sol est in signis australibus in medietate.s.zodiaci quæ ẽ ab initio libræ ad finẽ piscciũ:
noctes supra dies sunt longiores:& q̃to magis orizon ab æquatore elongatur:tanto magis supra rectum
est eleuatus:& maiores portiones circulorũ sub eo:unde tropici capricorni maxima portio est sub orizon
te & minima supra relinquiẽ:quo fit ut sole ibi morante in 13.decembris nox est maxima & dies minim⁹
q̃ possit esse in toto anno:cui q̃to dies magis proqinqua est:tanto noctem habet longiorem. Vnde quo
niam tropicus cancri e k:& capricorni d e:æqualiter ab æquatore distant ut demonstrat Ptole. primo Al
corūdē diuersitas:ē triū horaꝝ & dimidiæ: & ex eleuatōe poli supra orizōtē. xxxviii.gra.Sic igr̄ patet uniuscuiusq; cliatis latitudo: a pricipio ipsi⁹ uersus æqnoctialē:usq; i finē eiusdē uersus polū arcticū:& q̄ primi climatis latitudo ē maior

latitudine scḋi:& sic deinceps. Lōgitudo aút clia-
tis pōt appellari:linea ducta ab oriēte in occidē
tē æqdistās ab æqnoctiali. Vnde longitudo pri
mi climatis est maior longitudine secundi:& sic
deinceps:quod cōtingit pp angustiam sphæræ.

quasi scalæ & gradus ascendēdi & descēdēdi
per partē terræ habitatá:ná climaꝝ græce la
tine dicit scala:nota q illud dia q apponit hu
iusmodi nominibus:nō significat de:sed per:
unde nihil aliud significat dia rões:q̄ p romá
quasi clima cuius mediū trásit p hmōi terrá &
ciuitaté:nota ét q quitū clima qńq uocatur
dihellespontū:qa duplici noie noiat:sextū quoq qńq p pōtū appellat;Macro.sic ait:Nunc igitur & illud
attēdit:quod diximus:& intra tropicū in ea pusta parte quæ uicina est tēperatę habitationé eē:ná syenæ
sub ipso tropico est:Mœroe aút tribus millibus,octigentis stadiis in pustá a syenæ introrsum recedit:&
ab illa usq ad terrá cinamomi feracé sunt stadia octingéta:Er p hæc oia spacia pustæ:licet rari tñ uita fru
untur habitantes:sed ultra inde inaccessum est propter nimiú solis ardorē:idem quoq infra sic dicit.Nam
q̄to longior est tropicus circus septētrionali circo:táto zona uerticibus q̄ lateribus angustior est:qa sum-
mitas eius in athazit extremi circuli breuitate contrahit:deductio aút lateꝝ lōgitudine tropici:ab utraq
parte distēdit;Deniq ueteres oém habitabilé nřam extentę clamidi similé dixerunt;Boccatius sic ait;Bori
stheus:Fluuius est scythaꝝ:nomé in colis sibi adiacétibus tribués:& ex longíquo plurimū effluit:& ex in-
cognito fonte;adeo ut per spaciū itineris quadraginta dierum : & iuxta Borithenidem & Olbiam græca
oppida cadit in euxinum:Riphei montes sunt scythiæ in capite germaniæ:a perpetuo uentorum flatu nū
cupati:a quibus tanais fluuius egreditur:ultra hos iacet ora quæ spectat ad oceanum aquilonarem pars
mundi a natura rerum damnata & densa demersa caligine.

NOTANDVM QVOD SOL HABET unicum. Quum in primo huius opis tractatu quædá non paꝝ utilia astronomiæ principia declarauerit:& i scḋo circulos sphæraꝝ mate rialem integrantes descripserit:& in terno p̄cedēti de motu primi mobilis determinatio né expleuerit:in hoc quarto & ultimo mirabi li breuitate de passionibus cæteroꝝ orbium explanationem aggredit:& qm̄ hmōi passio nes duplicis sunt maneriei:quædá nanq sunt primæ quæ immediate a motore & itelligen tia eis intrinseca cáutur ut sūt mot⁹:aliæ ue ro passiões scḋæ,q̄ mediátib⁹ primis pducunt primú náq qď ab itelligétia recipit orbis est mot⁹:motu aút mediáte alia:si náq orbis nō mutaret locú planeta nullú accidés de nouo recipet:sol qdeꝫ neq luna eclypsaret:q̄ de cá duo agit i pñti tractatu:prio nanq planetaꝝ orbes & mot⁹ eoꝝ notificat:scḋo uero q̄sdá solis & lunæ passiões eclypses.s.p cás declarat ibi. Cū aút sol sit maior. Q m̄ autor i h̄ cap. & pría pte breuissime & cōfuse fere uult expo nere qcqd Pto.a tertio Almag.icipiés ad finé usq libri eiusdē cōpleuit:& in tuto ope theo. cōtinet:ābigēdú nō est:q si cōplete & plenissi me uellē hmōi patefacere:lōgas digressiōes ñe cessū eēt aggredi:sed qm̄ in nřa expōne supra libro theo.q̄ mihi oportuna uisa sūt & neces saria rettuli:i hac pte eadé iteꝝ scribere supua cuú uidet:táto magis q de motib⁹ pláetaꝝ in hac pte cōpleta cognitio ñ pt hri:sꝫ ex Alma. seu ope theori.saltē:q̄re uolés oio hác pté ex pōere & declarare;nō adducá oía q̄ & si ad de

Capitulum quartū de circulis & motibus pla-
netarum:& de causis eclypsium solis & lunæ.

NOtádū q sol hét unicú circulú:p quem
mouet i supficie lińe eclypticę:& ē ecc.
Eccētricus qdē circulus dr ñ ois circu
lus:sed solú tal' q diuidés sphærá i duas ptes æq
les:nō hēt cētṛ suú cū cētro terræ sed extra.Pú
ctus aút i eccé.q maxie accedit ad firmamētú ap
pellat aux:qď iterpretat eleuatio. Púctus uero
opposit⁹ q maxie remotiōis ē a firmamēto dicit
oppositio augis.Solis aút ab occidēte i orientē
duo sūt motus:quoꝝ un⁹ est ei pprius i circulo
suo eccé.quo mouet in oi die ac nocte.lx.minu
tis fere.Alius uero tardi
or:ē mot⁹ sphæræ ipsius
supra polos axis circuli
signoꝝ:& ē æqlis motui
sphæræ stellaꝝ fixaꝝ.s.
in.100.annis gradu uno.
Ex his itaq duobus mo-
tib⁹ colligit cursus eius
in circulo signoꝝ ab occidēte in oriēté:p quē ab
scidit circulú signoꝝ i.ccclxv.dieb⁹:& q̄rta uni
us diei fer:pter ré modicá q nulli⁹ ē sésibilitatis.

c. mundi
c. eccētrici

clarationé faciút:sūt tñ plixa:sed ad loca theori.i qb⁹ ea explicaui lectoré mittá:circa itaq pté primá duo
agit:qm̄ prio de orbib⁹ & motib⁹ solis:scḋo uero alioꝝ sex planetaꝝ ibi. Quilibet aút pláeta. Dicit igit i
pría pte ueluti patuit i pricipio theoricæ de sole:q sol hét tres ptiales orbes:quoꝝ motib⁹ ipe pláeta defer
tur & mouet:i quoꝝ medio q ecce.est.i.hńs cētrṃ aliud a cētro múdi:i sũ⁹ ipe mouet:sub eclyptica latitu
diné nũq cognosces ut ibi patéter demōstraui:nō unic⁹ ē orbis solis qm̄ ad hu⁹ tm̄ motú defert sensibilr:
& qm̄ ecce.est:cētṛ múdi nō distat æqlr ab oi pte circúferétiæ:q̄re dat púct⁹ a terra maxié distás & firma-

mento propinquissimus:quem augem dici in præfata theorica patuit. Est nanq; aux punctus eccen. firmamento maxime propinquus: seu ut habetur in theorica solis aux est punctus a terra remotissimus: dictus aux græce quasi longior longitudo uel maxima eleuatio a terra: datur quoq; eadem de causa in eccen. punctus terræ maxime propinquus & a firmamento remotissimus: qui oppositum augis seu breuior longitudo dictus est. Est autem oppositum augis punctus eiusdem eccen. a firmamento remotissimus: seu quemadmodum dicit prædicta theorica terræ propissimus: oppositum augis dictum quoniam & situ opponitur puncto augis ut liquidum est:& proprietate: siquidem alterum a terra remotum firmamento uicinatur: reliquum uero econtra terræ propinquans a firmamento remotum est. Qualiter autem hæc prædicta puncta in eccen. habeantur:& qua uia augem esse repertum sit: uideatur in theorica sæpius dicta in parte in q̃ de his agitur: similiter in eadem patet an sit possibile dari orbem eccen. cuius centrum non sit centrum mundi:& qua de causa & necessitate coacti illum ponant astrologi: in quæstiõe declam qua queritur an eccen. orbis reperiatur: hic igitur eccen. orbis singulis diebus mouetur regulariter in centro eius secundum ordinem signorum quinquagintanouem minu. octo. m̃. quo motu defert solem sibi infixum. Alii uero duo orbes extremi spissitudinis inæqualis nominati deferentes augem solis: mouentur ad motum octauæ sphæræ: secundum ordinem signorum regulariter in centro mundi:& super polis eclypticæ singulis centenis annis gradu uno:& quoniam dictus eccẽ. intra eos & in eorum medio continetur: ipse quoq; cum sole defertur tali motu: ex quibus duobus resultat aggregatus motus solis secũdum ordinem signorum: quo descri-bitur & transitur totus zodiacus i trecentũ sexagintaquinque diebus quinque horis & quadtagintanouẽ. m̃:& ideo dixit sex horis fere: qoalitas situs & modusmotus orbium deferentium augem solis: patet in ei⁹ theorica cum figuratione:& quare tali nomine sunt appellari ibidem declaratur. Deinde cum dicit.

Q VILIBET AVTEM PLANETA. Numerat cæterorum sex planetarum orbes. d. eorum singulos habere tres orbes ultra deferentes augem: primus est eccentri. deferens quo ipsi deferuntur ueluti sol:& est eccentri. sicut eccentricus solis. Secundus est æquans circulus imaginatus ob hoc (ut exposui in theorica tertia superiorum): quod deferentes non mouentur æqualiter & uniformiter in eoruʒ centris: planetæ infixi in eis angulos causant inæquales in temporibus æquis (ut notum est in locis omnibus theoricarum)& consequenter in eccen. circunferentiis inæquales arcus transeunt temporibus eisdem: ideo supra puncto illo quo supra plãeta æqualiter defertur:& angulos causat æquales: astronomi circulũ imaginantur describi eccen. æqualem: in quo arcus semper describat æquales:& hac de cã in prædicta theorica dictum est æquanté nominari: quia circulus est i quo planeta uniformiter moto eius motus æquatur:& quoniam motus eccẽ. lunæ æqualis est & uniformis supra centro totius æquãs eius concentricus & sub eclyptica situatur:& q̃a ecceo. deferens lunam nõ est sub eclyptica quinimmo eius medietas ad arcticum & reliqua ad oppositũ declinat quinq; gra. semper inuariabiliter: ut demonstrarũ est in theorica eius: ab æquante ẽt declinabit eum in duobus punctis oppositis secans: ut patet in figura tex.& cum spacium interceptum inter duas septrones in medio latum arctum & angustum est prope terminos: qualis est figura draconis & cuiuslibet serpentis: draco lunæ dictus est: sectionum uero caput altera:& reliqua cauda draconis. Ea quidem caput in qua cũ luna fuerit latitudinem nullam possidens ad septentrionem inchoat motum latitudinis: cauda uero draconis reli-

Quilibet autẽ planeta tres habet circulos præter solẽ. s. æquantẽ deferẽtẽ & epicyclũ. Aequãs quidẽ lunæ est circulus concentricus cũ terra:& est in superficie eclypticæ. Eius uero deferens e circulus eccẽtricus: nec est in superficie eclypticæ: imo una eius medietas declinat uersus septẽtrionẽ: altera uersus austrum. Et intersecat deferens æquantẽ in duobus locis. Et figura intersectionis appellatur draco: qm̃ lata est in medio & angustior uersus fines. Intersectio igit̃ illa p quam mouetur luna ab austro i aquilonẽ: appellatur caput draconis. Reliqua uero intersectio per quam mouetur a septentrione in austrum: dĩcitur cauda draconis. Deferentes quidẽ & æquãtes cuiuslibet planetæ sunt æquales. Et sciẽdum q̃ tam deferens q̃ æquãs. Saturni: Iouis: Martis: Veneris: & Mercurii: sunt eccentrici & extra superficiem eclypticæ: & tamen illi duo sunt in eadem superficie. Quilibet etiam planeta præter solẽ habet epicyclũ. Et ẽ epicyclus circulus



paruus per cuius circunferentiam defertur corpus planetæ:& centrum epicycli semper defertur in circunferentia deferentis. Si igitur duæ lineæ ducantur a cẽtro terræ: ita q̃ includãt epicyclum alicuius planetæ: una ex parte orientis:

reliqua ex parte occidentis: punctus contactus ex parte orientis: dicitur statio prima: punctus uero contactus ex parte occidentis: dicitur statio secunda. Et quãdo planeta est in alterutra illarum stationum: dicitur stationarius. Arcus uero epycicli supior inter duas statões iterceptus: dicitur directio: & quãdo plãeta est in illo: tũc dicitur directus. Arcus uero epycicli inferior inter duas stationes interceptus: dicitur retrogradatio: & planeta ibi existẽs dr̃ retrogradus. Lunæ autẽ ñ assignatur statio: directio: uel retrogradatio. Vnde non dicit lũa stationaria: directa: uel retrograda: propter uelocitatem motus eius in epyciclo.

qua ea scilicet qua ad austrum transit a septẽtrione discedẽs: ueluti in theorica draconis lunæ explanatum est. An autem necessarium sit lunæ assignare æquãtem: & qua de causa: in quadam quæstiõe supra theoricam de tres supremis planetis innotescit. At quoniã quoq; residui planetæ supra centro mundi non sunt in motu regulares: neq; supra centro eccen. uerum super alio æquantem habẽt: super eo ẽt ad eccen. quantitatem: semper nanq; eccen. æquatur cum æquante in eodem astro: & nõ tantum deferens in eis est eccen. uerũ; æquãs cum i tribus superioribus & uenere centrum æquantis in duplo plus remotum est a centro mundi: q̃ centrum eccẽ. In mercurio uero ecõtra: plus nanque distat cẽtrum eccen. q̃ æquãtis: ut in eorum theoricis manifestum est. Et ambo dicti circuli inoiatis plãetis simil exñtes ab eclyptica declinãt: ad partes contrarias eã secãtes: & caput cum cauda causantes: ut ibidem patuit. Et ex hoc patet tantum solem carere circulo æquante: quia eccen. solis mouetur æqualiter in centro eius: & in circunferentia: consequenter eiusdem sol temporibus æquis arcus transit æquales: non igitur indiget æquante circulo. Alii uero omnes planetæ ratione eccen. inæquales sunt in centro eccen. ideo indigẽt circulo æquante eorum singuli. Tertius orbis sex planetarum sole dẽpto: est epyciclus: idest paruus circulus & orbis infixus in profondo eccen. (ut innotuit in theorica lunæ) in quo planeta infixus circa eius cẽtrum circulariter defertur. Sed an detur huiusmodi orbis: uel sit impossibile inueniri & repugnãs naturæ & quæ sit necessitas eum ponendi expositum est in theorica de luna prope principium: in quadam quæstione huius materiæ ubi dictũ est: quod ponitur p̃ saluãndis plurimis apparẽtiis circa errantia sydera: & maxime directionis regressionis: stationis uelocitatis & tarditatis planetarum: ut amplissime explanatum est in principio capituli de passionibus planetarum: quæ omnia ut æqualiter replicantes demonstremus: esto zodiacus a b: a pars orientalis. & b: occidẽtalis: cuius cẽtrum c: erit ordo signorum ex b: in a: sit quoque epyciclus d e: in eccen. infixus: si quidem a centro mundi duæ lineæ c a: & c b: epyciclum includentes ad zodiacum usque producantur: eumq; contingentes in d & e: diuisus est epyciclus: in partem d e: superiorem & iferiorem e d: & quia planetæ existẽtis in e: locus uerꝰ in zodiaco est b: ostensus per lineã c e b: ut patet i theoricis: siquidem per partem superiorẽ epy. in d: feratur: a: locum in zodiaco adipiscetur: linea c d a: demõstrante: delatus est igitur plãeta ex b in a: directe: ideo epyci. arcus superior e d: directio dicitur: si autem ex d in e: feratur: per inferiorem arcum: in zodiaco a b: motum peregit contrarie ordini signorum & retrograde: hac de causa arcus epyci. d e: inferior: inter pũcta cõtactuum inclusus retrogradatio uel arcus regressionis est dictus. idest in quo planeta existens retrograde mouetur. At quoniam planeta in pũctis d: & e: stare uidetur in zodiaco statiões seu puncta stationum nominarunt. d. quidem punctum orientalis contactus statioẽ primã: q̃ñ in eo existens planeta post eius directionez primo stare cepit: reliquum uero pũctum e: stationem secundam: in qua secundo stetit: in quibus punctis existens planeta stationarius: ueluti in arcu superiore directus: & retrogradus in inferiori est dictus: propter igitur epyciclum & diuersum motũ planetæ in eo saluantur huiusmodi apparentiæ: quæ sunt directio: retrogradatio: & statio: ut clarificatum est in prælibato capitulo de planetarum passionibus: ubi etiam patuit qualiter luna ratione epy. sit tarda quandoque & alias uelox: non autem retrograda neq; stationaria: uerum directa semper ob eius eccẽ. uelocitatem: hii igitur prædicti sunt circuli & orbes planetarum: qui quidem qualiter moueantur: idest ad quam uersus partem & differentiam positionis: quam uelocitatem & æqualitatem in motibus obseruent: in præsentiarũ taceo: cum in theoricis propriis sit expositum: quæ aũt dixi p̃ textus explanatione adduxi.

De eclypsi lunæ.




Vm autem sol sit maior terra : necesse ē ꝙ medietas sphæræ terræ ad minus a sole semper illuminetur: & umbra terræ extensa in aere tornatilis: minuatur in rotūditate: donec deficiat in superficie circuli signoꝝ: in separabilis a nadir solis: Est autē nadir solis: punctus directe oppositus soli in firmamento. Vnde cum in plenilunio luna fuerit in capite uel ī cauda draconis sub nadir solis: tunc terra interponetur soli & lunæ & conus umbræ terrę: cadet sup corpus lunæ. Vnde cum luna lumen non habeat nisi a sole: in rei ueritate deficit a lumine. Et ē eclypsis generalis in omni terra: si fuerit in capite uel cauda draconis directe. Particularis uero eclypsis: si fuerit supra uel īfra metas dterm͞iatas eclypsis. Et semper in plenilunio uel circa contingit eclypsis. Vñ cū ī q̄libet oppōne hoc ē ī pleniłūio nō fit lūa ī capite uel cauda dracōis: nec supposita nadir solis: ñ ē necesse ī quolibet plēilūio pati eclypsim: ut patet ī p̄nti figura q̄ subseqtur.

CVM AVTEM SOL SIT MAIOR. In hoc ultimo capitulo postquaȝ in superiori se expediuit de orbibus planetarum : determinat de passionibus non tamen omnium sed tantum solis & lunæ: neqꝫ de eorum passiōibus singulis sed de eis quarum adinuicem sunt causæ: q̄ sunt eclypses: & prio dat causam eclypsium utriusqꝫ luminaris: secundo inter eorum eclypses ponit diuersitatem ibi. Notādum etiam. Circa partem primam duo agit quoniam primo eclypsis lunæ assignat causam: secūdo uero solis ibi. Cum auteȝ fuerit luna. Vtrum autē eclypses alioꝝ planetaꝝ quinqꝫ possint esse passiones inferius exponam. Notandum est ꝑ intelligentia cōpleta primæ partis: ꝙ ceu uult Ptole. quarto Almagesti luna proprio lumine non lucet cum de se non habeat: uerum quoniam est corpus politum dempsum & tersum ab alio recipit lumen: & illud reflectit: cū non sit corpus dyaphanum & transparens: recipit autem lumen a sole ad eam usqꝫ multiplicatum: ut inquit idem loco allegato : qua de rē dum lumen a sole recipit continuo lucet: duȝ uero idem recipere ꝓhibet lumīe priuata eclypsim ueram idest ueram & propriam obscurationem patitur: priuatur autem radiis solaribus propter alicuius corporis opaci & depræsi obstaculum & īterpositionem : quod quidē prædicti radii non ualent penetrare: siquidem radiorum & omnium uisibilium multiplicatio fit per medium dyaphanum ut uolunt perspectiui & naturales maxime secundo de anima & de sensu & sensato : hoc tale corpus prohibens lunam a receptione radiorum solarium non potest esse ignis aer aut aqua cum sint transparentes: sed terra tantum quæ opaca est manifeste: & eadem ratione non potest aliquod corporum cælestium: sequitur ꝙ tantum terra interposita inter luminaria: luna īgressa eius umbram lumine deficit: qui defectus omni eo tempore durat quo luna prædictam umbram transeat & ab ea se absoluat : & hoc Ptolemæus sexto Almagesti inquit lunam lumine deficere obiectu terræ: nam quom sol maior sit terra ut idem in eius quinto demonstrat & Alphag. uigesimasecunda differentia : illustrabit eius plus medietate ex uigesimasecunda primi perspectiuæ quæ ex parte opposita soli umbram in recto porriget acutam per uigesimamquartam primæ partis eiusdem: quam conoydalem a cono quod est acutū & ydos figuræ quasi umbra figuræ acutæ: seu pyramidalem a pyr græcæ quod ignis resonat latine eo ꝙ habet formam ignis appellant: quam quidem umbram ultra sphæram lunæ protendi quinto demonstratur Almagesti. ex proportione axis umbræ ad diametrum orbis lunæ: quinimmo eiusdem conum ad sphæram usque ueneris terminari communiter affirmatur: & quia ex decimaquarta primæ partis ꝑspectiuæ: umbra multiplicatur directe ex opposito corporis luminosi: & sol nunquam deserit eclypticam primo & ultimo Almagesti & in theorica solis: & terra est in medio mundi primo Almagesti & primo tractatu huius : sequitur necessario ꝙ axis umbræ terræ erit in eclyptice puncto opposito loco solis qui nadyr solis nuncupatur: quare cuȝ est plenilunium hoc est lunæ ad solem oppositio: & cum hoc eadem luna in altera sectionum capitis uel caudæ quod erit in eclyptica uel prope: umbram terræ ingredietur & eclypsim patietur: uniuersalem quidem si fuerit præcise in altera sectionum uel tantum propinqua: ꝙ uel per centrum umbræ uel ei propinqua transeat & totaliter & secundum uniuersas partes ab umbra prælibata abscondatur : sed particularem dum ab eclyptica & sectionum altera tantum distans est: ꝙ eius pars solum umbram subeat ; & ideo quia eius pars tantum deficit particularis eclypsis dicitur: quæ quidem eclypsis seu uniuersalis uel particularis sit tanto tempore durat: donec umbram memoratam transeat: ut inquit Alphag. differentia uigesimaoctaua. Dum uero est plenilunium seu oppositio luminarium: & luna non sit in eclyptica neque in sectionum aliqua immo tantum distans ꝙ umbram non incurrat non eclypsabitur: & quoniam duæ conditiones ad eclypsim lunæ requiruntur: prima ꝙ sit oppositio: secunda ꝙ ea sit ī altera sectionum uel prope & sol in reliqua consequenter: siquidem dictæ intersectiones capitis & caudæ sint diametraliter oppositæ ut patet in theorica lunæ: ideo non in omni oppositione fit eclypsis: quare autem luna quandoque est sub eclyptica & aliquando ab ea declinet ad partes oppositas: est explanatum in theorica lunæ esse propter eccen.cam

deferentem: ab eclyptica declinari ad partes oppositas: & eam intersecando caput draconis & caudam causari: quæ quidem difficulter inchoantibus patescunt in plano: uerum theorica sphærica satis nota fiunt.

Secundo est notandum q ex corpore luminoso dupliciter lumen procedit: seu duplex lumen in corpus illuminatum recipitur: primarium scilicet quod radiose & directe ab eo procedit: in medium tantum receptum per quod radii luminaris sparguntur: alterum uero est secundarium lumen quod oblique diffunditur a latere & extra radiorum incidentiam: uerbi gratia si per fenestram cameræ radii solares ingrediantur: uel alterius luminosi: partem eius in directo fenestræ lumine primario illuminabit radiis ad eam pertingentibus: reliqua uero pars secundarie & per reflexionem luminis primarii erit lucida ut est manifestum: ad propositum dum luna lucet idest q non sit eclypsata: a sole illuminatur primarie ad eam radiis peruenientibus: dum uero eclypsatur umbram ingressa: ex quo prædicti radii multiplicantur circuncirca umbram reflexi secundarie eam illustrant: & hoc est q prima parte pspectiuæ habetur propositione uigesimaquinta. Vmbra est lumen diminutum idest secundarium: cum primarium lumen sit perfectum & completum: & in hoc differt a tenebra: quia umbra priuatio est luminis primarii cum deriuatione secundarii: tenebra uero utriusque est priuatio: & ideo licet luna ingrediens umbram terræ priuetur lumine: non tamen nisi primario: ceu uidetur tempore eclypsis lucere remisse tamen & esse coloratam: unde Ptolemæ. secundo quadripartiti & alii q̃ plures astronomi ex coloribus lunæ eclypsatæ docent futura prognosticari. quid est umbra Notandum tertio alicui uideri posse lunam eclypsari non propter impressum umbræ terræ: quoniam ut dicit Almias de mundi mirabilibus uisa est eclypsis lunæ ambobus luminaribus apparentibus & consequenter supra orizonté existentibus: sed qm̃ semper cæli medietas apparet ex primo Almag. cum singuli orizontes partiantur cælum in duo media: sequitur lunam non fuisse in opposito solis: neq ex consequenti in umbra terræ: cum ea semper soli sit opposita ut prædictum est: luna igitur eclypsari potest alia causa a prædicta: quæ nobis adhue est ignota. Rei ueritas est (sicut ex prædictis notum est) eclypsim lunæ non posse causari nisi positione terræ inter luminare utrunque: quo fit ut ipsius terræ umbram luna ingrediatur: neque alia causa datur nec imaginari quis posset aliam ab ea: quam omnes fatentur & demonstratiue concludunt: cum dum luna deficit necessario terra est in medio: neque unquam uisum est aliter contingere: si namque obiectus terræ inter solem & lunam esset in hac eclypsi accidentaliter coniunctus: posset esse eclypsis huiusmodi absque hoc q terra esset in medio luminum: uerum est causa totalis & necessaria. In eclypsi autem quæ fuit tempore almias: opposita erant luminaria: & terra præcise in medio: & eorum utrunque in orizonte uel alterum supra: reliquum uero sub eo mouebatur parum tamen depressum uerum qm̃ mediũ quo uidebantur: erat grossum & depressum & diuersum ob terræ frigiditatem & uapores ab eadem eleuatos: per quod radii rei uisæ refranguntur ut refert secunda tertiæ partis pspectiuæ: luminaria eo casu per radios refractos & non rectos uidebantur: quod autem per radios refractos conspicitur extra suum locum necessario uidetur per quintam tertiæ partis pspectiuæ: & septimam dicentem possibile esse aliquod uideri per radios refractos: quod per directum ab oculum non pertingit: luminare utrunque existens in orizonte præcise: uel eorum alterum sub eo supra se ostendebat per radios refractos: qua de re & si eo tunc utrunque luminare uideretur: quia tamen per radios refractos: non sequitur ambo fuisse supra orizontem: immo ceu dictum est eorum alterum sub in opposito alterius.

Quarto est aduertendum q eclypsis lunæ quandoque est uniuersalis & aliquãdo particularis: & si uniuersalis: quandoque cum mora & aliquando sine: etiam si particularis aliquando durat longiori tempore q̃ alias: quorum omnium causa est diuersitas in distantia lunæ ab eclyptica: ut Alphag. exponit differentia uigesimaoctaua: per quattuor dicta: quæ ut bene percipiantur: umbraʒ terræ a b c d: describamus sol in c oppositione: cuius diameter f g: siquidem igitur luna fuerit p̃cise in eclyptica & in sectione altera: in puncto f: diametro umbræ reperta ab eadeʒ umbra undequaq; circundabitur: a qua cum excedatur proportione dupla super tri partes quintas tota eclypsabitur: & per tempus eclypsata durabit: eritq; eclypsis uniuersalis cũ mora exẽplũ si eius est luna in puncto f. Secundo si luna nõ sit præcise i eclyptica: immo in h: latitudinem habuerit g h: ea quantitate q̃ semidiameter umbræ excedit semidiametrum lunæ: semidiame



ter nanque umbræ g b superat semidiametrum lunæ h b: quantitate g h ideo si fit luna in h: habens latitudinem g h: eius extremitas tanget extremum umbræ intrinsecus: uerum cito se absoluet: ideo quia tota eclypsabitur: & per tempus eclypsata non permanebit uniuersalem absq; mora patietur eclypsim. Tertio si luna habuerit latitudinē g d: æqualem semidiametro umbræ: eius medietas priuabit tñ: quæ erit maior portio si minor latitudine: uel si maior mior itra tñ metas. Quarto si luna exñs in l: habeat latitudinē cōpositam ex semidiametro umbræ f k: & semidiametro eius k l: contingit eius extremum extremitatem umbræ exteriorem in puncto: & eclypsim minime patietur quandocunque nanque latitudo lunæ uel maior uel æqualis est his duabus semidiametris uniuis: nunquam fiet eclypsis: & ita patet causa eclypsis uniuersalis tam cum mora q̄ sine: & etiam particularis.

Cum autem luna fuerit in capite uel cauda draconis: uel prope metas supradictas: & in coniunctione cum sole: tunc corpus lunæ īterponetur inter aspectum nostrum & corpus solare. Vnde obumbrabit nobis claritatem solis: & ita sol patietur eclypsim: non quia deficiat lumine: sed qa deficit nobis propter interpositionem lunæ inter aspectum nostrū & solem. Ex his patet q̄ nō sp̄ ē eclypsis solis ī coniūctione siue ī nouilunio.


CVM AVTEM FVERIT LVNA. Manifestat eclypsim solis: eius causam declarando: p̄ quo notādū est & si tā solis q̄ lunæ eclypsis fit passio: diuersimode tñ: quia lunæ proprie: solis uero in proprie dicatur eclypsis: est nāq; eclypsis priuatio lumīs in eo cui⁹ ē eclypsis ut patuit: lūa aūt ex quo icidēs umbrā terræ nō pōt recipere lumen solis lumine primario (ut dictū est) priuat: & uere proprieq; eclypsatur: sol uero quia lucet per essentiā non accipiens ab alio splendorē: & qđ īest alicui per essentiā & intrīsece: non potest per extrinsecū aliquod & accidentale ab eo remoueri: nullo impedimento lumine carebit: sed lucet semper quantum est de se: & aliorum luminis est causa: uerum quia aliquando lumen eius nobis absconditur non potens ad nos multiplicari: in proprie & respectu nostri tantum dicitur eclypsari: cum non possimus habere lumen & claritatem eius: ex medii tantum in dispositione & impedimento: lumen autem solis non potest ad nos perueni re ob aliquod impedimentum: cum luminis multiplicatio fiat per medium dyaphanum: quandocunque aliquod corpus opacum ponitur in medio non sinens radios luminosos pertrāsire sed eos reflectit: ad nos non peruenire: tale autem opacum corpus q̄ inter solem & nos imponatur & non permittat transitum radiorum eius: non est ignis uel aer ex quo sunt corpora transparentia: neque terra quoniam ea non interponitur inter nos & solem: nisi in occasu qui eclypsis non dicitur ut liquet: non erit igitur nisi aliquod corpus cæleste: non sphæræ quia dyaphonæ sunt: igitur sydera: non fixa neq; Saturnus Iuppiter & Mars: quoniam sunt supra solem & non possunt interponi inter nos & eum: neq; Venus & Mercurius qui licet possint in coniunctione inter nos & solem poni: quia tamen parui sunt corporis respectu eius nōn possunt eū abscondere: uerum absconduntur potius: ueluti si quis ponat digitum ante magnum ignem eum absconderet nunquam: relinquitur igitur solam lunam posse eclypsim solis efficere: quæ magna est & sensibiliter quandoque ut sol ut patet quinto Almag. & in theoricis de planetarum passionibus: & quod ita sit probatur: semper nanque solis defectus uisus est in coniunctione cum luna: si igitur luna non esset causa huius eclypsis sed accidentaliter coniungeretur: posset esse eclypsis: luna non coniuncta cum sole: sed quia hoc est impossibile & nunquam perceptum: sequitur q̄ sit causa essentialis: sine qua sol nunquam eclypsim naturaliter pateretur: etiam in eclypsi solis uidetur luna interposita eclypsans solem secundum eius figuram scilicet arcualem: semper nanq; pars solis lumine priuata est huiusmodi figuræ: quod non est ob aliud nisi quia luna figuram habens rotundam interponitur: quandocunq; igitur luna inter nostrum aspectuz & solem interponitur: sol in proprie eclypsatur: at quia nos sumus in terra & in centro totius: sequitur q̄ linea quæ exit a terra transibit per luminare utrunq;: qua de re erunt coniuncti cum hæc linea eorum ostēdat coniunctionem: nunquam lumine sol deficit nisi in eius cum luna coniunctione: at quia non in omni eorū coniunctione fit huiusmodi eclypsis sequitur: q̄ luna non semper directe & linealiter inter aspectum nostrū & solem interponitur: sed sole semper existente in eclyptica siquidem ea habeat latitudinem & remotionē ad aliquem uersus polum: & si sit longitudinaliter coniuncta: non tamen fit eclypsis: dum autem est in eclyptica coniuncta: quare in altera sectionum capitis seu caudæ: tunc est præcise sub sole: & inter eum & nostrum aspectum interposita: eadem linea ab oculo nostro ad eclypticam per utrunque eorum transeunte: tunc lumen solis non potens ad nos peruenire solis fit eclypsis: quæ ut dictum est in proprie dicitur eclypsis & obscuratio: quia non sol lumine priuatur: sed nobis eius lumen primarium absconditur: nō autem secundarium: quia & si sol eclypsetur: adhuc tñ est lux in aere & aliis inferioribus a sole cāta: bine igitur cōditiones necessario requirunt ad eclypsim solis ueluti lunæ: ad eclypsim nāq; lunæ requirit primo q̄ sit oppositio eius cū sole: secūdo q̄ sit in capite uel cauda dracōis uel p̄pe metas: sed ad solis eclypsim requirit primo: q̄ sit coniunctio lunæ cū eo: secundo existētia lunæ in sectionum dictarum altera uel p̄pe: nam dum est præcise in sectione & directe interponit est solis eclypsis uniuersalis: dum uero non interponit di-

recte ex quo non est præcise in puncto sectionis: partem tantum de sole abscondit: & fit particularis eclypsis: tanto maior quanto magis ei appropinquat: & pluri parti terræ eclypsatur: & nota ne quis arguat cōtra me q̄ sum loquutus ac si eclypsis solis fieret præcise in coniunctione uera: & nō uisibili: hoc egi exēplariter: quoniam in hoc loco non est determinandū de diuersitate aspectus contingente in luna: propter distantiam quæ est inter centrum terræ & superficiem eiusdem in qua nos sumus: neque huiusmodi ab omnibus caperentur: ea propter silentio mandare placuit: cum sit alter locus speculationis huius. Secundo est notandum & uidendum an sydera reliqua possint pati eclypsim: ex quo dictum est; tantum solis & lunæ esse passionem: & loquendo de uera eclypsi qua luna obiectu terræ priuatur: dico q̄ non sed tantum luna eo modo deficit: ex quo ea tantum terræ umbram ingreditur: licet nanque cætera astra a sole illuminentur ueluti luna: ex communi sententia astrologorum: eo tamen nunquam priuantur: siquidem umbram terræ non ingrediuntur, ꝫ quidem superiores planetæ & nonnulla fixa sydera quandoque soli opponuntur nullam latitudinem possidentia: tamen umbram prædictam non incurrunt cum ad eorum sphæras usque non pertingat: sed antequam ad sphæram solis ueniat in pyramidem desinit cuius conus est in sphæra ueneris: cum igitur huiusmodi umbra sphæram solis non transeat: astra supra solem situata eam nunquam incurrent; quare neq̄ eclypsi propria eclypsantur: neque Venus & Mercurius: siquidem umbrā prædictam (quæ: ut dictum est: soli opponitur semper) ingredi nequeunt: quom nunquam a sole remoueantur Venus quod circiter sexaginta grad. & Mercurius triginta & ei non opponuntur; cum igitur luna sola possit opponi soli: & cum hoc umbra ad eius sphæram peruenit: ea tantum eclypsi uera priuari potest: in propria autem eclypsi: quæ causatur interpositione corporis opaci inter nos & sydus: non tantum sol uerum reliqui planetæ præter lunam & stellæ fixæ quæ sunt in zodiaco: possunt defici: nam luna non tantum nobis uisionem solis potest prohibere per interpositionem: uerum dictorum syderum: inquit nanque Aristote. in secundo cæli q̄ Mars est eclypsatus hoc modo scilicet per interpositionem lunæ: etiam planeta inferior eodem modo (& si rarissime) potest abscondere superiorem: luna autem ex quo non habet stellam inferiorem se non potest abscondi: neque consequenter huiusmodi pati eclypsim: non igitur sol tantum uerum multa alia sydera in proprie possunt eclypsari: sed quare tantum solem & lunam eclypsari & non alia profertur: ratio est: quoniam sol & luna habent lumen intensum & sensibile: & sensibiliter hæc inferiora alter in die & in nocte altera illuminat; & hac de causa dicuntur luminaria: quare eorum obscuratione sequitur grandis & sensibilis diminutio luminis apud nos: & consequenter eorum eclypsis notabilis est; reliqua uero astra ob eorum paruitatem uel distantiam lumen habent insensibile: ita quod insensibiliter illuminant aerem ut notum est: ideo ex alicuius eorum eclypsi seu priuatione non apparet obscuratio seu luminis diminutio hic inferius: & consequenter non attribuitur eis eclypsis: neque eorum obscuratio notatur. Quare autem sol quandoque & si raro uniuersalem patiatur obscurationem: quandoque uero particularem: & aliquādo maiorem & aliquádo minorem: causa est diuersa lunæ latitudo uisa alio loco declarāda: maxime supra theoricas & Alphag. differentia uigesimanona & opere Almag. Ptole.

NOTANDVM ETIAM QVOD quádo.

Cū declarauerit utriusq̄ luminaris eclypses & earum causas assignauerit: inter eas ponit diuersitatem: unde inquit q̄ cum lunæ eclypsis sit uera luminis extinctio: æqualiter apparet in omni parte orbis & in uniuersa terra: & non uni climati & non alteri: ueluti si candela lucens in camera totaliter extinguatur: omnibus in camera existētibus (& si eēnt mille) esset extincta: & eodem mō obscuritas eēt eis: & non quibusdam & alus non: at qm̄ solis eclypsis: nō est eius obscuratio nisi in respectu nostri ob īterpositionē lunæ causata: stat q̄ sit eclypsis in p̄te una: illa .f. inter quam & solem luna interponit: in alia uero minime: ea uidelicet cui luna non abscōdit solem: gratia exēpli & in medio cameræ est cádela lucés

Notandum etiam q̄ quādo est eclypsis lunæ: est eclypsis in omni terra: sed quando est eclypsis solis nequaquam: immo in uno climate est eclypsis solis: & ī alio non: qđ contingit pp̄ diuersitatem aspectus ī diuersis climatibus. Vnde Virgil. elegātissime naturas utriusque eclypsis: sub compendio tetigit dicens.



Defectus lunæ uarios: solisque labores.

totam cameram illuminans: siquis eam nõ extinguat: uerum ante eam ponat manum: notum est ꝙ parti cameræ eam abscondet manu: non autem alteri: & ita candela poterit dici obscurata & eclypsata alteri tantum parti cameræ: & nõ aliæ propter diuersitatem aspectus: quoniam existentes in parte cameræ obscuræ uiderent lumen per medium prohibitũ per manus obiectum: alii uero qui sunt in parte lucida conspiciunt per medium non impeditum: ꝓpter igitur diuersitatem aspectus candela alicui parti est obscurata & nõ alii: ita ad propositum: quia solis eclypsis causatur per interpositionem lunæ: stat ꝙ sit interposita uni parti terræ & non aliæ: & consequenter patet eclypsim solis semper esse particularem. i. in parte tantum apparens: obscurationem uero lunæ uniuersalem idest in uniuersa terra uniformem. Alia differentia: eclypsis lunæ omnibus accidit eodem instanti: eclypsis uero solis minime: uerum alicui habitationi prius & alteræ posterius: primum declaratur: nam quia luna eclypsatur sicut candela extinguit: si candela in camera extinguatur omnibus simul lumen desinet: & non prius illis q̃ his: & ita luna ex quo lumine omnino priuatur omnibus eodem instanti obscuram se demonstrat. Secundum etiam patet cum eclypsis solis sit ueluti candela cui manus interponitur: si ante candelam continue manus moueatur localiter: notum est ꝙ continuo alteræ & alteræ parti cameræ abscondet lumen candelæ: illi tamen prius unde incipit motum: ita est in solari eclypsi: quoniam luna interponitur inter solem & terram: & inter eos cõtinuo mouetur ab occidente ad orientem: sequitur ꝙ prius occidentalibus q̃ orientalibus eclypsis uidebitur quantum est merito motus lunæ proprii: quoniam propter diuersitatem aspectus aliter esset dicendũ.

Tertia differentia ꝙ eclypsis lunæ omnibus durat æquali tempore & æqualis pars luminaris ab omnib⁹ uidetur eclypsata: in eclypsi uero solis minime hoc contingit: nam quoniam eclypsis lunæ assimilata est candelæ extinctæ: extinctio candelæ omnibus æquali tempore durabit: & eclypsis similiter: at quia solis eclypsim (dictum est) assimilari interpositioni manus ante candelam: sicut alicui parti manus magis interponitur ita maiori tempore durat interpositio & maior pars obscuratur: ita si luna magis interponitur alicui parti q̃ aliæ: maiorem partem solis eclypsat & longiori spacio eclypsi duratura. Quarta differentia eclypsis lunæ semper est uniuersalis idest in uniuersa terra æqualiter appens: ueluti candela extincta omnibus æqualiter extinguitur: & ut plurimum uniuersalis uniuersalitate partium lunæ. i. ut plurimum luna eclypsatur secundum totum corpus ut patet: sed eclypsis solis & si possit esse uniuersalis non tamen uniuersaliter apparens: patet nam ex quo luna quando est in opposito augis epi. eius: habet maiorem aut æq̃lem diametrum uisualem diametro solis: potest totum solem eclypsare per ĩterpositionem: ut alibi habet declarari: quia tamen non interponitur inter solem & omnem terram: eclypsis erit non in omni terra: uerum in aliqua tantum: & potest adduci exemplum de candela: quam interpositio manus potest parti cameræ & non toti abscondere: ex quibus sequitur ꝙ quum sol uniuersalem eclypsim & uniuersaliter uisum idest in uniuersa terra tempore quo passus est Iesus christus redemptor mũdi: passus sit: referente Matheo capi. uigesimoseptimo Marco decimotertio & Luca uigesimotertio inquientibus: & tenebræ factæ sunt in uniuersa terra ab hora sexta usq; ad horam nonam: & sol obscuratus est: ꝙ ea eclypsis non fuit naturalis ꝓp dictam rõnem sed supra naturã: fuit etiam ꝓter naturã: cũ solis eclypsis nõ possit esse naturaliter nisi in coniunctione luminariũ: ut dcm̃ est: tunc uero erat oppositio eorũdem: cũ eẽt q̃ntadecima dies mẽsis: dũ est pasca hæbreoꝝ ut oẽs referũt: Matheus uigesimosexto Marcus duodecimo magister ubi uis parem⁹ ut mãducemus pasca: & erat dies ꝓcedens passionem dñi & Luca uigesimosecundo describens tempus incipit erat pasca & azima &c. Tertio fuit ꝓter naturã qm̃ q̃tũcũq; sit eclypsis solis uniuersalis nunquã auferẽ lumen secundariũ sed pmariũ tm̃ ut dictũ est & patet: unde fit umbra: in ea uero eclypsi utrũq; lumẽ est ablatũ: & tenebræ factæ sunt in uniuersa terra: ut dictũ est: est nãq; tenebra tã primarii luminis q̃ secũdarii priuatio ꝓp quod triplex miraculũ dionysius atheniensis ariopagita cognomine ab ariopago uilla & parte athenaꝝ: erãt nãq; olim athenæ inclita ciuitas studioꝝ mater & bonaꝝ artium nutrix: in triplicem partem diuisæ: in partẽ iuxta mare neptuno deo marino cõsecratã & ab eo denoĩatã: ubi naues applicabãtur. & secundã palladi dicatã: in qua uiri bellicosi morabant: & tertiam ariopagũ ab aries quod est mar-

Ex prędictís patet ꝙ cũ eclypsis sol' esset ĩ passione domíní: & eadẽ passio eẽt in plenilunío: illa eclypsis solís non fuit naturalís: immo míraculosa contraría naturę: quía eclypsis solís ín nouílunío uł círca debet contíngere. Propter quod legitur Díonysíum aríopagítam ín eadem passíone díxísse. Aut deus naturæ patítur: aut mundí machína díssoluetur.

tius & pagus uilla quasi uillã & locũ martis noĩatam: ubi erat studium philosophiæ & reliquarum artiu͂: cuius cum esset dionysius summus philosophus ab ea ariopagita cognominat⁹: miraculosam eclypsim ui- densq͂ contra cursum naturalem contigisse agnoscens: magnum aliquod contra naturam prodigium pronunciauit futurum: uel inquies mundialem machinam perituram: quod non fore possibile in octauo phy. demonstratur: uel deum naturæ patientem conclusit: in templo igitur palladis pacienti deo ignoto si- bi aram absque imagine cum hac inscriptione: deo ignoto dicatam construxit: quom autem Beatus Pau lus Apostolus athenis christum euangelizasset: & in prædicto templo dionysium singulæ aræ quibus di- catæ essent interrogasset: tandem dionysius aram deo dicatam ignoto dixit: deo passo eclypsis tempore ædificasse. Cui paulus quem inquit uos ignoratis & colitis est: quem anuncio uobis: & nõnullis miraculis xpi fide manifestata dionysius sacri baptismatis lauacro ad fidem conuersus in galliam migrans: gallos ad fidem reduxit: ubi in epm electus & pro fide eadem passus martyr migrauit ad Iesum xpm per infinita sæculorum sæcula gloriosum & benedictum. Amen.

Ioannis de sactobosco Anglici Sphærici operis: & super eodem.
Domini Francisci Capuani de Manfredonia scripti.

FINIS

IACOBI Fabri Stapulen. Commentarii in astronomicum Ioãnis de Sacrobosco ad splendidum uirum Carolum Boram Thesaurarium Regium.

GEORGIVS Hermonymus Lacedæmonius splendide Carole qui te summopere colit: & cuius familiaritas mihi q̃ gratissima est: superioribus diebus cũ apud eum eẽm (ut mos suus est) uehæmenter Academiam nostram cõmendabat. Vnum tamen deesse causabatur: quid inquam? Mathemata inquitque (si Platoni septimo de republi. credi mus) non modo reipub. litterariæ: sed & ciuili momentum habent maximum: & in his (ut sentit Plato) præcipue erudiendi sunt qui naturis sunt optimis: sed qui (inquit) no stris phylosophantibus mitiore sunt ingenio. Adduxit & Georgium Trapezuntium: qui uel maxime de re litteraria bene meritus uidetur: q; eius ingenium ad Mathemati- cas disciplinas e tenebris eruendas cõuertit. Inflãmauit tum me mi Carole his & simi libus uerbis q̃ plurimis meus Fauorinus (sic enim nostrum Georgium nũcupo) ut ani mum Mathematicis applicarem. Et post Arithmeticas Apodixes (quas in Iordano pa raui) Commentariolum in libellum de Sphæra his diebus cudi: q; is liber in hac alma Parisœorum Academia legi soleat: ut aliqua commentationis luce factus illustrior: no stris studentibus utilitatem: fructumq; afferat. Affuit leuamini domesticus noster Ioã nes Griettãnus: abaci: numerãdiq; peritiæ: & reliquę Matheseos non inscite studiosus: scripsit opus: & quasi fesso humerum subiecit Athlanti. Opus ergo emissioni paratum splendide Carole tuæ dignitati dico: ut in te eandem quam & tuus Georgius (qui mi hi tanq̃ pater est) ueneratiõnem obseruem & beniuolentiam: qui & in numerorum & Astronomiæ subtilitatibus: interactiuas ciuilesq; administrationes non mediocriter uiuis eruditus. Vale.

¶ PRIMI libri cõmentario hæc quinque & triginta discutiuntur.

¶ Secundi libri cõmentatio hæc duo de triginta.

¶ Tertii libri Cõmentario hæc quinq; & sexaginta.


℣ Quarti libri cōmentario hæc decem & nouem.

Nonnullæ ad sequentia notæ.


Circulus est figura plana una q̃dem circũducta linea cõtenta:in cuius medio pũctus est:a quo oẽs rectæ lineæ ad circũdantẽ lineã eductæ adinuicem sunt æquales. Figura plana est cuius medium nõ subsultat egredit̃ ue ab extremis. Circũferentia circuli est linea circulũ cõtinens: hoc est: est linea illa ad quã omnes rectæ lineæ a cẽtro circuli eie ctæ adinuicẽ sunt æquales quæ & ambitus circuit⁹:curuaturaq; & circulus non nunq̃ dicitur. Centrum circuli est punctus ille:a quo oẽs recte ad lineam circulum cõtinentem eductæ adinuicẽ sunt æquales. Dimidius circulus est figura plana diametro circuli & medietate circũferentiæ contenta. Diameter circuli est quæcũq; linea recta p centrũ circuli transiens utrinq; ad circũferentiã circuli eiecta. Linea recta est a pũcto ad punctũ extensio breuissima. Solidum:corpus longitudine:latitudine:altitudine q; dimẽsum. Altitudo:crassities:pfunditas. Angulus est duarũ linearũ mutuus contactus:est.n.figuræ particula a lineæ cõtactu in amplitudinẽ surgens. Angulus rect⁹est angulus ex linea supra lineã cadente:& utrinq; altrinsecus duos adinuicem æquales angulos faciẽte causat⁹:ut angulus a d b:& angulus a d c. Quẽ si duæ rectæ lineæ continent:angulus rectilineus nominatur: si autem eũ lineæ curuæ continẽt angulus curuus:sphæralisq; dicetur.Linea curua:circunferentia : aut circunferentiæ portio est.

Angulus obtusus est angulus qui est recto maior: ut angulus e d b: continet.n. angulum rectum a d b:& insup angulũ e d a. Angul⁹acut⁹ẽ angulus recto minor:ut angulus e d c. Cõtinet enim angulus rectus a d c:angulum e d c:& isuper angulũ a d e: & anguli recti æquales: normalesq; dicunt̃.Obtusi aũt & acuti: obliqui:inæqualesq;. Integrum ẽ res tota:aut rei pars: quæ sexagenaria partitione non puenit. Minutum est sexagesima ps integri. Secundum est sexagesima pars minuti. Tertiũ est sexagesima pars secundi:& ita deinceps secundum naturalem numeri semperq; unitate crescentem multitudinem. Dies partitur in xxiiii. horas: hora in sexaginta minuta; minntum in sexaginta secunda:secundum in sexaginta tertia: & ita deinceps secundum naturalem numerorum seriem quo fit ut hora:secunda cõtineat 3600. & tertia.216000. Signum est duodecima pars circuli.


Gradus est tricesima ps signi:at trigĩta duodecies multiplicata 360.reddũt: quo fit ut iteq; recte diffiniat̃ gradus eẽ tricẽtesima sexagesima ps circuli.Itẽ & gradus:ptes circuli nũcupãt̃. Frãgit̃ ergo circulus in duodecim signa:& signũ in trigesima gradus:& gradus in sexaginta minuta:& minutũ in sexaginta secũda: & secũdum in sexaginta tertia:& hoc pacto deinceps. Animaduerte tũ in hac fractione sexagenaria:si frangit̃ hora fragmẽta illa: minuta horaria:secũda:& tertia horaria dicuntur.Et si frangitur signũ:dñr minuta: secũda:tertia signi:& ita deiceps. Abaci physica rõ in sexagenaria collectione(q̃ fit addendo) atq; sexagenaria mutuatione(quæ fit distrahẽdo)intelligit̃ in qua sũmopere curã dum est ut integra: silia sub silibus integris collocent̃: & similes minutiæ sub similibus:unius eiusdẽq; denoiatiõis minutiis; suis qdem iteruallis distictæ.Minutiæ sunt minuta:scda:tertia: q̃rta: & ita desceps:& in eisdẽ iteruallis spaciisq; denaria collectõe aut mutuatiõe:quæ uulgaris est:utendum est: & est a tenuiorib⁹ minutiis collectiõis:distractiõisq; ichoãd⁹labor:uerbi cã uolo i unũ colligere:hẽ siml'addere duos prios subiectæ formulæ numeros: quoq; unus supior:& alter iferior collocat̃: aut minorẽ a maiori subducere:addo subducoq; ut subiecta mõstrat formula.



A c b: tota superficies linea a b contenta:circulus. A b linea circunferentia circuli c punctus: centrum



A c b:dimidius circulus



d c linea,diameter circuli



Hoc pacto fit physica additio.

Sig.	Gra.	Minu.	Scda	Tertia
0	54	48	37	20
0	50	36	39	42
1	45	25	17	02

Tertius numerus subter:ex duobus superioribus additione colligitur.

Hoc pacto fit physica distractio.

Sig.	Gra.	Mi.	Se.	Ter.
0	54	48	37	20
0	50	36	39	42
0	04	11	57	38

Tertius numerus subter:ex duobus superioribus distrahendo relinquitur.

Hæc de abaci physica ratione adiecta sunt:non quia ad abacum:astronomicumq; calculum sufficienter introducant:sed ut calculũ calculiq; peritos consulant:qui hæc astronomico instituto sunt formandi:sine qua numerandi pitia additis quadriuu se cognoscát explosos: nullũ unquam ex eo fructum suscepturi. Et sit semper oculis tum docentium:tum discentium subiecta materialis sphæra. Sed nunc principale institutum aggrediamur.

IACOBI Fabri Stapulensis in Astronomicum introductorium Ioannis de sacrobosco Cõmentarius cõsequenter autoris litteræ:cui seruit.adiunctus. Argumentum autoris.

LIBER PRIMVS



Pud Syracusas Archiedes Syracusanus sphæræ iuẽtor proditur. Quem unũ cũ Marcellus Syracusas expugnaret:incolumẽ intactumq;(si fata dedissent) esse uolebat. Apud autẽ parisios Ioannes de sacrobosco hoc introductorio astronomico sphæræ utilitates apuit:& qa prius quid est q̃ quale aliquid est cognoscere operepreciũ est (impossibile si quidem est cognoscere quia ẽ nõ cognoscentes quid est)iccirco hæc quattuor: sphæra:centrum:axis:polus:sphæræ in primis ab autore diffinienda suscipiuntur.

1 ¶ Sphæra ergo est transitus circũferentiæ dimidii circuli quæ (fixa diametro)eo usq; circunducit̃: quousq; ad locum suum redeat. Et hæc descriptio ex euclidis undecimo sumpta est. Cuius hic intellectus habeatur. Sphæra ẽ solidũ qd' ab arcu semicirculi(sua qdem immobili stanteq; diametro)una cõpleta reuolutione circũscribi intelligit̃. Et id solidum circunscribi intelligitur:qd' cõtinue ab arcu ipsum circũducendo:tangi imaginamur. Quod an possibile id quidem sit:an secus ad præsens nihil referat.

2 ¶ Et hæc profecto miræ efficaciæ descriptio est:quæ aperte docet(quantũ sensibilis materia recipere ualeat)artificialem constituere sphæram:cuiꝰ utilem cõmodãq; intelligentiam nostræ tempestatis artifices multis auri pondo comparare deberent:qui metallo:ligno: aut alia materia figuras torno exprimere uolunt. Si itaq; in leui calibe aut ferro:sumpto circino supra quácũq; lineam semicirculus educat̃ qui ab arcu ad diametrum usq; excauet̃: quinimo & medium diametri ĩterstitium:& mox ad arcum circũferentiãq; exacuatur ut ea ex parte ad scindendũ secandũq; fiat aptus:exurget instr̃m tornandis sphæris(haud secus q̃ circinus circulis)aptissimum. Hanc utilitatem sua descriptione nobis attulit Euclides:illãq; intendebat cum diceret sphæram esse transitum dimidii circuli:quæ (fixa diametro) quousq; ad locum suum redeat circũducitur:abditam: ocultamq; tamen:ut solis studiosis pateret. Occulunt enim phylosophi passim miro ingenio sua secreta:ut desidibus non pateant:studiosis autem atque solertibus paruia sint.

3 Et si pennẽ ꝓmeruit laudẽ pdix dedalius nepos q(ut Ouidius cecinit)Serræ repperit usum.
Primus:& ex uno duo ferrea brachia nodo. Iunxit:ut æquali spacio distantibus illis.
Altera pars staret:pars altera duceret orbem:hoc est qui serram: circinũq; repperit:quid ergo noster Euclides:qui usum fabricandæ longe quidem utilioris sphæræ:dilucide monstrauit. Neq; primus Archimedes:sed ante Archimedis tempus apud Megaras Megarensis Euclides sphæram adinuenerat. Sed nunc ad alteram diffinitionem transeamus.

4 Iterum sphæra est solida:corporeaq; figura:una quidem superficie contenta:in cuius medio punctus est: a quo omnes rectæ ad circũferentiam eductæ adinuicem sunt æquales. Et hæc ex Theodosii lib. de sphæris sumpta est. Et hæc particula:una qdem superficie cõtenta de conuexa superficie(quæ circundantium

ultima est) intelligitur: quæ eadem & speræ circunferentia nuncupatur. Cætera autem adeo clara sunt (ut quibus circuli diffinitio cognita est) cōmenta none non egeant. Quod enim in planis circulus est: in solidis est sphæra. & si positas diffinitiones adinuicem conferre libet:hæc sphæræ substantiam: illa uero magis fabricandæ sphæræ modum:industriamq; præbet & hæc diffinitio: illa uero potius descriptio dicenda est. Sed hæc logico q̄ astronomo magis curanda linquantur.

5 ❡Centrum sphæræ est punctus i medio sphæræ collatus: a quo omnes recte ad sphæræ circunferentiā eductæ adinuicem sunt æquales:perinde ac circuli centrum eum dicimus esse punctum a quo in circuli meditulio sito:omnes recte ad circuli ambitum eductæ adinuicem æquātur.

❡Axis sphæræ ē linea recta p centrū sphæræ trāsiens ex utraq; parte suas extremitates ad sphæræ circūferentiā applicās: circa quam sphæra cōuertit. Autoris diffinitio nōdū cōpleta erat.nā nō ois recta per cētrum sphæræ transiens: ex utraq; parte applicata dicitur axis:sed ea sola circa quam conuertitur rotatq; atque intorquetur sphæra.nec ab re quidem,nā dicitur ad similitudinē axis carri: qui stipes teres ē circa quē rota uertit. Et hāc pticulā Theodosius cū axē diffiniret:diligēter ānotauit:neq; id quoq; latuit Manilū ita de mūdi axe locutū.

Aera per gelidum tenuis deducitur axis
Sidereus:medium circa quem uoluitur orbis.

6 ❡Polus mundi est punctus axem mundi terminans. Omnis.n.recta finita duobus finalibus punctis clauditur:terminaturq;.cum itaq; mundi axis linea recta sit & finita: duobus igitur eiusmodi terminabitur punctis: quorum uterque:& polus & cardo mundi nuncupatur & quorum ille qui circa æquinoctialem ad cancrum habitantibus eleuatur polus arcticus:ille uero qui semper eisdem depressus occultitur polus antarcticus dicitur. Sed quid circulus æquinoctialis:quid cancer:& qua de causa ita uocētur postea euadet manifestum. Et quæ hic de axe & polo dicuntur ad primum mobile referenda sunt:quod solum materialis sphæra semper nostris oculis in omnibus huius libelli monstrandus obiecta repræsentat.

7 ❡Mox cælestem sphæram diducit in primum mobile:firmamētum quæ & stelifera sphæra est:in saturniam ioniam:martiam:solarem:ueneream:mercurialem atque lunarem:quæ nouem numero sunt ordine sitæ:quam quidem partitionem secundum substātiam nominat:q; similis sit illi:qua partimur animal in hominem:æquum:leonem:& reliquos animantes:estque generis in suas species. Fuit enim antiquitas octonario mobilium sphærarum numero contenta: mox ad nouenarium astronomorum posteritas fere ad Alphonsi tempora reduxit. Purbachi⁹ autem plane denarium numerum asseruit. Secunda partitio ne speram secat in speram rectam & obliquam:&hanc partitionem secūdum accidens nominat:q; similis sit illi q̄ ptitur animal i aīal uigil atq; animal somno euictū: quā totius in suas ptes logici nūcupāt.

8 ❡Sphæra recta est eorum qui sub æquinoctiali circulo habitant:quæ prouide recta dicitur: q; illis pari interuallo in medio duorum polorum interstitio positis:neuter polorum altero magis eleuetur:aut quia eorum orizon æquinoctialem ad angulos rectos æquosque intersecat:quod accepto coluro pro orizonte perfacile cernit. quid tamen sit æquinoctialis circulus:qd orizon:& qd colurus postea fiet māifestū.

❡Sphæra obliqua est sphæra habitantium ultra citraque æquinoctium:quæ ideo illis prona obliquaq; dicitur:quod æquo interuallo:in medio polorum interstitio siti non sint: uerum illis unus polorum semper eleuatur alter autem iisdem semper depressus occultatur: aut q; illorum orizon: æquinoctialem circulum ad angulos obliquos in æqualesque intercipit atque secat quem pro inde orizonta artificialē nūcupat:q; diē artificialem ab artificiali nocte dirimat:qd autē dies artificialis & artificialis nox dicatur postea libro tertio sermo futurus est. Et semper oblique:decliuisq; sphæræ orizonta angulis imparibus æq̄torem secare uerum esse constabit:nisi omnino e directo sub polo iaceant: horum enim orizon æquinoctialem circulum non intersecaret immo eundem æquatori circulo:circulum esse contingeret. sphæram tamen propter primam causarum obliquam:decliuemque habere censerentur:q; alter polorum illis eleuatur maxime super emineret:alter uero maxime depressus semper occultaretur.

❡Quæ forma sit mundi Capitulum secundum.

9 ❡Vniuersam mūdi machinam uocamus: omnium corporum tum superiorum tum iferiorum congeriem:quæ in elementarē regionem diducitur & cælestem: elementaris quidem regio elementa & ex elementis contemperata continet:assidue generationi:corruptioni: auctioni:diminutioni: alterationi:& lationi obnoxia:subiectaq;. Quattuor elementa ignis:aer:aqua:terra:quæ si sincera puraque darentur:ī partes diuersarum formarum contemperamentorumque minime secarentur. quorum ignis cæli uicinam summaque locum sibi fecit in arce.

Proximus est aer illi grauitate:locoq;. Densior iis tellus elementaq; grandia traxit:
Et præssa est grauitate sui.circunfluus humor Vltima possedit:solidumq; coercuit orbem.

Quemadmodum ex phylosophis deprompta:eleganti carmine cecinit Ouidius:quæ deus mūdi opifex: optimusque architectus hunc in modum locauit: & dissociata locis cōcordi pace ligauit. Et ex horum elementorum contemperamentis: uariæ rerum sensibiliū species ꝓpagantur. & cū summus mūdi faber mūdū gyro tornādo æquauit:terrā i medio tanq̄ imobile sui opis centrum:æquali ab extremis æq̄libratā spacio collocauit:pēnīq; qete firmauit. cætera aūt agitationi patentia fecit. quanto enī aq̄ agitabilior

terra: tāto aer aq̄ cōcitatior: & ignis aere rapidior. s; hæc physicā magis q̄ astronomicā desiderāt operā.

10 ¶ Circa aūt elementariā regionē: ort⁹: interitusq; uicitudinib⁹ subiectā supereminet lucidus ether (qđ cælū & qntā essentiā phylosophi nūcupāt) iā ortus: interitusq; expers: cui neq; autorē qcq̄ accedit: neq; diminutionis iniuri i detrimentoq; qcq̄ detrahit: sed inuariabili i defluxaq; substantia sp idē manēs nouē: cælestes sphæris (ut autoris fert opinio) cōplectit: sese orbiculariter circūdātes: q̄ serie auspicata a sphæra nobis uiciniore: hūc ordinē sūt sortitæ. sphæra Lūæ Mercurii: Veneris: Solis· Martis. Iouis: Saturni Firmamētū· & primū mobile. qđ qdē primū mobile cōtinue sup mūdi cardines ifra diē & noctē: semel cōpleta reuolutione circa terrā cōuertit rotaturq;. estq; is mot⁹ ab ortu p meridiē ad occasū: tādē i ortū recurrēs. & prius mot⁹ dr. quē æq̄tor: æquinoctialisq; circulus mediū diuidit: ut linea uelocissime mota.

11 ¶ Et primū mobile oēs ethereas sphæras suo ambitu cōtentas: seu infra diē & noctē (hoc est in uigintiq̄ttuor horaꝝ iteruallo (semel circa terrā suo motu raptat. haud secus q̄ si plures teretes pilæ se mutuo claudant· tangatq; cōsequenter minor cicundantē maiorem· maxima eaꝝ circūuoluta rotataq;: cæteræ intra clusæ simul unaq; circumuoluent· rotabunturq;: ad ipsius maxime circumuolutionē. ita quoq; & in sphæris cælestibus: sed hmōi motū iferiores sphæræ nō per se sed p alteꝝ possident. utpote q nō i ipsis: sed in p[ri]mo mobili existat & q̄ ad alterius motū quiq; i altero est moueant. quemadmodū sedens i naui ad nauis motum impellitur: uehiturq; procul: cū idem in se nullum habeat lationis motum.

12 ¶ At inferiorum sphæratum quælibet (ut autoris sententia est) per se proprioq; motu per obliquum circulum circa suos axes: suosque polos· primo mobili contranititur: de occidente ad orientem per meridiem: se reuocans in occidentē Obliquus circulus est signifer: quo de posterior futurus ē sermo neq; q dictum est sphæras illas primo motui contraniti: idcirco intelligas illorum motuum contrarietatem aliq̄: aut aliquam mouendi difficultatem atq; reluctantiam. quandoquidem philosophia sit compertum: cælestes motus adinuicem non esse contrarios & cælū ipsum absq; fatigatione reluctantiaq; & resistentia intemperari. & quādo talis loquendi mos componatur: ut sphæræ inferiores contrario motu ad primā agitari dicantur· hic certus expetitur intellectus: ut idem penitus intelligatur ac si plane subiectas sphæras e diuerso ad primam agitandi modo: itorqueri agitariq; dicamus.

13 ¶ Nec adeo obtuse concipiendum est: quasi duo motus in subiectis: inferioribusq; sphæris sint ut uerbi causa: in sphæra solis duo: quorum altero de oriente ad occasum rapiat in orientē recurrendo: altero uero e diuerso facto: ab occidēte cōpleta reuolutione recurrat i occidentem. nā hoꝝ mutuū primo per alteꝝ: atq; p accidens· (perinde ac sedens in naue) mouet: secūdo uero p se. estq; hoꝝ motuū prius i primo mobili: scdus autē i unaquaq; subiectaꝝ. sphærarū ppius atq; peculiaris· nec hos motus difficile imaginabere si sphærulā: pilāq; uitreā aq̄ opleueris: quā ita te uersus agites ut aq̄ aduorsū te uertigies ducat: mox sensim uitreā pilā ad oppositum gyrando circumuoluas: & intuebere cōtentam aquam ad pilæ motū pariter moueri: pariter & contranitendo uortigenes ducere. Sed has quidē per se: illū autē pilæ motū per alterū ducit. ergo per lucentem uitream pilam primum mobile: & per intraclusum humorem subiectas cootentas contranitentesq; sphæras præsentes animo effingito.

14 ¶ Neq; æquali tpe suos circulos absoluūt oēs: sed octaua sphæra (ut ptolemæo uisum est) i cētū annis contranitēs gradū unū pficit: quo fieret cū oīs circulus .36. sit ptiū: ut unā octaua sphæra circulationē .36. milibus annoꝝ pficeret: ducto .n. annorum cētenario p trecentas sexagītas ptes (quas gradus & numeꝝ circuli dicimus) surgit numerus. 36. miliū annoꝝ. Et sphæra saturni suū circulū ambit i 30 annis sphæra iouis suū i. 12. sphæra martis suū i. 2. sphæra solis suū i. 365. dieb⁹ & sex horis. hoc ē i uno āno & quadrante diei. ueneris & mercurii consimiliter. & luna i. 28. diebus fere eūdē signiferū circulū metitur.

¶ At recentiū astronomoꝝ sicut & priscoꝝ sententia: ē primū mobile in. 24. horis motuū suū itēpare. Et nonū mobile cōtranitēdo i. 49. milibus annorum. & octauā sphærā motu accessus & recessus i. 7. milibus annoꝝ de quo motu autor nihil meminit. q̄ tamē adduxit introductiōe īstitutiōi sufferre uidet. illa aūt altius nobis plenius īstitutis ex aliis sūt reqrēda. Et hæc de æq̄lib⁹ motibus quos medios nūcupāt intelligēda sunt. quos q amplius cognoscere desiderant: & q̄to tpe pficiantur: æqus ueriusq; nūero dephēdere ualebūt. si subiectā hoꝝ motuū formulā ituebūt i qua .S.G M. 2.3.4.5.6.7. significāt signa gradus minuta: scda: tertia. q̄rta: qnta: sexta: septima. & cū i loco signorum. 12. repiētur: cōpletā peractāq; circulationem designant. depræhēdant ergo mō qui sequit: cælestiū orbiū æquales motus pīter & tēpora.

	S	G	M	2	3	4	5	6	7
¶ Decimum quod & primum mobile: in hora	0	15	0	0	0	0	0	0	0
Decimum mobile in die	12	0	0	0	0	0	0	0	0
¶ Nonum quod & secundum mobile: in die	0	0	0	0	4	20	41	17	12
Nonum mobile in anno	0	0	0	26	25	51	9	38	0
Nonum mobile in annis 49000	12	0	0	0	4	56	34	0	0
¶ Aplanes quæ & octaua sphæra: in die	0	0	0	0	30	24	49	0	0
Aplanes in anno	0	0	3	5	0	58	5	0	0
Aplanes in annis 7000	12	0	0	0	0	12	30	0	0

	S	G	M	2	3	4	5	6	7
❡Saturni circus in die	0	0	2	0	35	17	40	21	0
Saturni circus in anno	0	12	13	34	42	30	27	45	0
Saturni circus in annis 30	12	7	1	25	22	17	34	57	0
Saturni circus in annis 29 & diebus 163	12	0	1	22	25	44	1	48	0
❡Iouis circus in die	0	0	4	59	15	27	7	23	50
Iouis circus in anno	1	0	20	28	59	59	59	59	10
Iouis circus in annis 12	12	4	20	45	46	21	22	1	30
Iouis circus in annis 11 & diebus 314	21	0	1	24	22	50	57	22	10
❡Martis circus in die	0	0	31	26	38	40	5	0	0
Martis circus in annis 2	12	22	34	10	27	40	50	0	0
Martis circus in anno & diebus 322	12	0	2	4	44	57	15	0	0
❡Solis: Veneris: & mercurii circuli in hora	0	0	2	27	50	49	3	18	4
Solis: Veneris: & Mercurii curculi in die	0	0	59	8	19	37	19	13	56
Solis: Veneris: & Mercurii circuli in anno	11	29	45	39	22	1	59	45	40
Solis: Veneris: & Mercurii circuli in anno & horis 6	12	0	0	26	26	56	19	34	4
❡Lunæ circus in hora	0	0	32	56	27	33	7	57	41
Lunæ circus in die	0	13	10	35	1	15	11	4	35
Lunæ circus in diebus 27 & horis 8	12	0	9	17	14	15	2	45	13

De cæli reuolutione Capitulum tertium.

15 ❡Cælum uolui ab ortu ad occasum. Primo indicio sunt stellæ quas sensim ab oriente (quasq; mediũ cæli: fastigium teneant) conscendere uidemus: a quo pronæ cõtinue labuntur ad occasum.

16 ❡Secundo stellæ quæ nobis nõ occidunt ut eæ quæ circa polũ arcticum (qui noster polus est) existunt: quas in totius noctis serenitate circa eũdem polũ gyros ducere pspicimus: & cum motũ ex orientis pte inchoare q; aũt assidue in eadem ppinquitate perseuerant indicium est eas nõ per se in suo orbe: sed ad sui orbis raptũ ferri nec iniuria. nam hunc motum a primo mobili possident.

Quod cælum sit rotundum Capitulum quartum.

17 ❡Primo cælum rotundum est ut mundum archetypum atq; exemplarem quoad fieri potest imitetur. in quo diuino exẽplariq; mundo neq; pricipiũ neq; finis usquam est: sed oium pricipiũ ipse idẽ atq; finis est. ita rotũdæ sphæricæq; figuræ nusquã determinatũ principiũ atq; finem reperias: sed ubiq; principiũ atq; finis esse uidet. ❡Secundo quia omnium corpoꝝ isoperimetrorum (hoc est æqualium circundantium superficieꝝ) rotunda figura capacissima est. talem autem decuit habere ipsum mundum ut qui intra se omnia contenturus esset. Tertio si cælum esset trilatere: quadrilatere: aut multilatere multa cõsequuntur incommoda: orbem. s. in orbe sine uacuo esse nõ posse. & circundatum ab altero corpus sine loco esse. & orbes inuicem non sine offensione: sectionisq; iniuria posse moueri. hæc aũt sequunt icommoda si primi mobilis concauum: aut alicuius inferioꝝ conuexum sphæricam sibi non uendicat figurã: ut ad latus adiectæ figuræ monstrant.

18 ❡Quarto rationem Alphagrani adiungit: quæ parum efficax paruiq; momenti est: q; si cælum lateratæ esset figuræ: stellaꝫ supra nos existentẽ nobis propinquiorem esse: & proinde illic nobis q̃ in ortu maiorem debere uideri. At uero eam nõ oporteret (tametsi supra nos existeret) nobis propinquiorem q̃ in ortu aut occasu esse: ut si angulus supra nos esset collocatus. & bene illã rationem emendat autor: q; sol aut stella idcirco in ortu aut occasu appareat maior: quia sit a nobis remotior: elongatiorq;: nã terra ad cælum peride ut centrum ad circulũ sese habet. a quo omnes rectæ ad circũferentiã eductæ sunt æquales: & molis (collatione ad cælũ facta) insensibilis. quapp illa distãtiæ diuersitas



apparentiam illam nomine facit (est enim ea) si qua est (impercepta: nulliusq; momenti) sed mediorum diuersitas. densius. n. compactiusq; medium uisibiles radios: uisibiliumq; species uberius diffundit: resq; ipsas cogit maiore sub mole uideri. Hinc quoq; flante austro res maiusculas q̃ flante borea uoluit Aristo. apparere: & hinc nũmus in perlucentis cõspicueq; aquæ fundo conspectus maior uidetur: sed hæc suspectiuus potius q̃ astronomus dignoscat atq; contempletur.

Quod terra sit rotunda Caput quintum.

19 ❡Terrã esse globosam multis depræhenditur indiciis. Primo q; stellæ prius orientalioribus q̃ nobis ad occasum uicinioribus oriantur. ❡Secundo q; deliquia lunæ quæ orientalibus circa horam noctis tertiã apparent: nobis circa primã nocturnam horam uident: q; orientalibus prius q̃ nobis illucescat dies pari

ter & nox contingat. Horum autem causa præter terræ tumorē (quo se ab ortu ad occasum in medio interstitio attollit: eleuatq;) nullam assignare possumus. si enī terra ortū īter & occasum plana esset: haud prius eois q̄ occiduis orirentur neq; prior illis q̄ nobis illucesceret dies.

20 ¶ Sed a meridie ad polū terrā eē rotūdā cognoscit̄: q̄ ad polū hītātibus aliq̄ stellæ ut stellæ Cynosuræ: Elices: & Bootis (hoc ē minoris maiorisq; Vrsæ & arcturi) cōtinuo sempq; apparēt: n̄ aūt iis q ad æq̄torē hītando deuergunt. Et cōtra habitātibus ad arctū aliq̄ stellæ sp occultant̄ ut stella Canop⁹: q̄ Egyptios ad æqnoctiū deuergentes clara face illuminat: ut etiā īterdiu uideri phibeat̄. & hoꝝ nullā causā assignare promptū est: p̄ter terræ tumorē inter arctū & æquatorē interceptū: si enī terra illic plana: æqualiq; superficie eēt: pfecto ab arcto ad æquatorē eædē stellæ cōtinuo uident̄. hoc itaq; manifestū indiciū est terrā a polo ad meridiē globosam speciē gerere: q̄re cū depræhēsa itidē sit ab ortu ad occasum rotunda. cognoscit̄ igit̄ in nostro hemisperio esse rotunda: & ubicūq; gentiū sit uiroꝝ habitatio illud idē de suo hemisperio depræhendere liceret: nō iniuria igit̄ astruitur terram eē rotundam.

¶ Quod aqua sit rotunda Capitulum sextum.

21 ¶ Aquā etiā sphæricā eē suis dephendit̄ idiciis. Prīo q̄ posito signo ī littore maris & medio uidēdi īterstitio: eodē cōsimiliq; mō affecto: ocul⁹ ī pra nauis abeuntis pmū pcipit signū mox tātū pcedere pculq; abit̄ ualebit ut eidē signi auferat̄ obtut⁹. rursus āt eidē redētes ascēdētibusq; appeat signū. mox auferat̄ eidē: idē tn̄ de mali sūmitate uisuro. Et hoꝝ cā ē tumor aq̄. si. n. plana esset: cū res sub arctiore radio fortius uideat̄: deberet signū potius in pra: q̄ mali sūmitate uideri. ¶ Scdo ī reb⁹ hōgeneis: similiariūq; ptiū (cuiusmodi aquā eē cognoscimus) ptes & totā similē nā desiderāt figurā. at aq̄ ptes rotūdā natura appetūt figurā: ut ros & aq̄ guttulæ mōstrāt ergo & aq̄. Hæc itaq; sufficiētia pstāt argumēta aquā eē rotūdā.

¶ Quod terra sit centrum mundi Capitulum septimum.

22 ¶ Terrā in medio tanq̄ centꝝ locatā eē signa declarant. Prīo q̄ stellæ ī ortu: meridie: & occasu æq̄li mole eē uident̄: q̄si sit terra ī meditullio & cæli cētꝝ: ab oībus cæli ptibus æqdistās. q̄ si uarietas ulla ē: collatiōe tn̄ ad cælū facta: īsensibilis nulliusq; momēti putāda est. ¶ Scdo q̄ ubiq; gentiū cōpertū exploratūq; est: cæli dimidiū supra & dimidū infra sp hīi. ut æqnoctia pleniluniaq; mōstrant: qd' minime cōtingeret: nisi terra ī meditullio & ut mūdi centꝝ sita eēt. fieri enī nequiret: si terra ad cælū uastā insignēq; molē gereret: ut cæli medietas cōtinuo uideret̄. ¶ Tertio si terrā ītelligimus sup centꝝ ī duo æque sectā & oculū in cētro collocati non amplius oculus ille quā cæli mediū uidebit. ē igit̄ tumor a terræ centro ad eius ambitū (facta qdē ad cælū collatiōe) īsensibilis. ¶ Quarto q̄ autore alphagrano quælibet stella (quæ ui su notari ualet) maior est deciesocties terra ut amplius circa finē nr̄æ comētationis dillucidius appebit. at stella illa quasi punctus in firmamento lucet. multo igit̄ ualentiore iure terra ad cælū collata: ut punctus censebit̄. quæ cum sit in medio (ut iam ostensum est) erit ergo terra ut cæli centrum.

¶ Quod terra immobilis quiescat Capitulum octauum.

23 ¶ Hic terræ īmobilitatē pseuerantēq; in mundi medio q̄etē pponit. q̄d q̄dē primo euenit: q̄ oē graue natura suū sitū circa mundi centꝝ appetit. cū itaq; terra oīum sit grauissima: maxime quoq; id centrū appetit. quo consecuto in eo situ natura quiescit. & cū ab eo nullo pacto (nisi ab eo qui eā cōdidit) dimoueri dislocariq; possit: iugis & perseuerans erit ille status. res enim a suo situ: natiuoq; loco nō nisi altero dimouente excluduntur pelluntur q;. Scdo quicq̄d a medio: cæli uersus ambitū mouetur ascēdit: si ergo terra stabilis: immotaq; natura nō manet: sed cæli uersus ambitū mouetur: natura ascēdet: quod omnes censebunt impossibile. Neq; quidem circa propriū centrum terram posse resolui: fides ex Aristotele sumpta. manifestū est ergo terram in mundi medio: iugē stabilemq; q̄etē sibi retinere.

¶ De quantitate absoluta terræ Capitulum nonum.

24 ¶ Terræ ambitū (inquit) Ambrosii: Macrobii: Theodosii: & Erathostenis autoritas demōstrat: q̄ sit ducenta & quinquaginta duo milia romanoꝝ stadioꝝ cōtinens: q̄ unicuiq; trecentaꝝ sexaginta partiū terræ: septinginta tribuendo stadia surgūt. si. n. 360. in. 700. duxeris ptin⁹ nūerus. 252000. nascit̄. Sed quo īgenio phi terræ ambitū dephenderint insinuat: ut q̄squis sua opa id experiri ualeat si iubet. suspenso. n. in nocte pspicua astroꝝ gnomico: & stella arctica p utrūq; foramē pinaꝝ regulæ in medio dorso instrumēti iacentis notata: mundi mensores stellæ notatæ altitudine notarūt mox recto calle hanc stellā uersus profecti: tn̄ pcessere quo ad eadē stella p utrūq; foramē pinulaꝝ ut prius pspecta: media dorsum instrumenti regula una pte altius stetent: tunc quoq; cognorunt se unā cæli partem: unūq; gradum cōfecisse: pariter & terræ unā illi cælesti parti respondentem quā mensi septingētoꝝ stadioꝝ eē cōpererūt. & quia in terræ ambitu eidem æquales trecentæ & sexaginta habent̄ partes: cū ambit⁹ circuitusq; omnis trecentas & sexaginta partes cōtineat: (quas gradus nuncupāt) ideo dictis. 700. in. 360. numeꝝ. 252000. stadioꝝ protinus natū esse uiderunt. atq; totius terræ ambitum stadia totidem continentem mox intellexerunt: posterisq; scriptis demandarunt: & quiuis simili ingenio probare id possit: qui quantuluscūq; in gnomicis astronomicis fuerit institutus. Et ambitu terræ habito: si quis cognoscere desiderat quanta sit terræ diametrus (quæ quidem recta linea est per centrum terræ: utrinq; ad eius circunferentiam eiecta) facile per regulam diametri id cognoscet: quam uult autor esse hanc.

25 ¶ Circunferentiæ uicesima secunda pte dēpta: residui tertia pars est diameter. Vt si datur circunferentia ut duoꝝ & uiginti dēpta unitate quæ uicesima secunda pars est: restant unum & uiginti. cuius tertia ps est septē: & illius circunferentiæ diametrus. Si ergo cupis diametri terræ cognoscere quantitatem: quære uicesimā secundā partem circuitus terræ partiēdo diuidēdoq; .252000. qui numerus est circunferentiæ terræ: p uigiti duo & ueniet nūerus .11454. una scda & una uicesima scda quē uicesimæ scdæ partis nūerū subduc a nūero ābitus terræ .252000. & relinquunt .240545. & decē uicesimæ secūdæ huius ergo residui qre partē tertiā ipsum per tria ptiēdo: eritq; .80181. semis & septē uicesimæ scdæ quā die iuxta diametri regulā esse quæsitā terræ diametꝝ: eiusus semidiameter erit .40090. & uiginti uicesimæ secundæ.

26 ¶ At quia ad usum regulæ autoris opus est diuisione ad uicesimam secūdam partē eliciendā: deīde eiusdem uicesimæ scdæ a toto subductione & iteꝝ ad tertiæ partis suctionē: residui diuisione. quæ laborem numerantibus ingerunt ideo faciliore uia: calculoq; breuiori & diametꝝ ex circunferentia. & ex diametro ambitum circunferentiamq; cognoscere ualebimus hoc pacto. ¶ Ad cognoscēdam diametrum per circunferentiam: multiplica numeꝝ circunferētiæ per septē & diuide p uigīti duo & nascet diametri numerus. ¶ Ad cognoscēdā autē circunferentiam p diametꝝ: multiplica numerum diametri p uiginti duo & productum diuide per septem & circunferētia: ambitusq; proueniet. Et si desideras stadia ad miliaria: passus: cubitos: pedes: sextantes: palmos & digitos reducere: hæc notato.

27 ¶ Digitus ħ mensuratum minima statuitur.

Palmus	Digitos habet	4	As: ite ꝝ:	ptes cōtinēs	12	Semis	partes	6
Sextans	Palmos habet	3	Deunx	partes	11	Quinquunx	partes	5
Pes.	Palmos habet	4	Dextans	partes	10	Triens	partes	4
Cubitus	Sesqpes ē: palmos hñs	6	Dodrans	partes	9	Quadrans	partes	3
Passus	Pedes habet	5	Bisse	partes	8	Sextans	partes	2
Stadium	Passus habet	125	Septunx	partes	7	Vncia	partem	1
Miliarium	Stadia	8						

28 ¶ Hæc ex Lucio moderato: Cāpanoq;. Et si numeꝝ circuit⁹ terræ p mediū hoc est p duo partiris: habes distātiā in terra de polo ad polū: & de ortu ad occasū. Et si diametri numeꝝ itidē p duo ptiris semidiameter terræ (q̄ supius posita est) nascet & distātia a terræ curatura: circūferētiaq; ad eius cētꝝ: siue eā ad digitos: palmos: sextātes: pedes: cubitos: passus: stadia: aut miliaria reduxeris q̄ cognoscētib⁹ abacū: factu q̄ facillima sunt: Sed nūc alias ponendi distantias quæ ex terræ semidiametro cognoscuntur: exercitationis gratia satis hic opportunus uidetur esse locus. in qua re facienda Alphag. eiusq; sequemur hypotheses. uicesima. n. prima sui astronomici differētia: terræ semidiametꝝ ponit esse miliarium .3250.

29 ¶ Et a terra ad globi lunæ concauū intervallū: distantiāq; esse tricesies ter semidiametrum terræ: & dimidium & uicesimam eiusdem semidiametri .33. una secunda & una uicesima. Et a terra ad eius cōuexū & mercurii concauum: interuallum esse sexagies quater & sextantem hoc est sextā partem semidiametri terræ .64. una sexta. Et a terra ad mercurii cōuexū & ueneris cōcauum: interuallum centies: sexagies & septies terræ semidiametrū .167. Et a terra ad ueneris globi conuexum: & solis concauū: interuallū milies centies & uicies terræ semidiametrū .1120. Et a terra ad solaris orbis cōuexum & martis cōcauū: interuallum esse milies ducenties & uicies terræ semidiametrū .1220. Et a terra ad martis cōuexum & iouialis globi cōcauū: interuallū esse octies milies octingēties septuagesies sexies terræ semidiametrū .8876. Et a terra ad iouis cōuexū & saturni cōcauū deciesquater milies quadringenties quinquies terræ semidiametrū .14405. Et a terra ad saturni conuexū & octaui circuli cōcauū: interuallū esse uicies milies: cēties & decies terræ semidiametrū .20110. Et a terra ad octaui circuli cōuexum & noni cōcauū interuallū esse p̄cedētis iteruallī duplū .40220. Ex his colligunt miliaria hoꝝ ītervalloꝝ a terra p ordinē ħ pacto.

30 ¶ Interualla a centro terræ ad cōcaua & conuexa globorum cælestium.

		1
Concauum Lunæ	109037.	2
Conuexum Lunæ	208541.	4
Concauum Mercurii	208541	6
Conuexum Mercurii	542750.	4
Concauum Veneris	542750.	6
Conuexum Veneris	3640000.	
Concauum Solis	3640000.	
Conuexum Solis	3965000.	
Concauum Martis	3965000.	
Conuexum Martis	28847000.	
Concauum Iouis	28847000.	
Conuexum Iouis	46816250.	
Concauum Saturni	46816250.	
Conuexum Saturni	65357500.	

Concauum Octauæ ſphæræ	65357500
Conuexum Octauæ ſphæræ	130715000
Concauum Noni orbis	130715000

32 ❡Et orbium ſpiſſitudines:craſſitudineſq; ſubducto cõcaui interuallo ab uniuſcuiuſq; ſui orbis conuexo relinquuntur:quæ ſunt hoc pacto.

Craſſitudo globi lunæ	99504
Craſſitudo globi Mercurii	334209
Craſſitudo globi Veneris	3097250
Craſſitudo globi Solis	325000
Craſſitudo globi Martis	24882000
Craſſitudo globi Iouis	17969250
Craſſitudo globi Saturni	18541250
Craſſitudo globi Octaui	65357500

33 ❡Duplato cuiuſlibet globi conuexo:facile ex regula diametri cæleſtium globorum circuitus circunferentiaſq; elicias hoc pacto.

Circunferentia globi Lunæ	1310829
Circunferentia globi Mercurii	3411572
Circunferentia globi Veneris	22880000
Circunferentia globi Solis	24922857
Circunferentia globi Martis	181324000
Circunferentia globi Iouis	94273572
Circunferentia globi Saturni	410818572
Circunferentia globi Octaui	821637143

34 ❡Quo quidem circunferentiatum numero per.360. partito:prouenium miliaria:quæ uniuſcuiuſuis globi gradui reſpõdẽt hoc pacto.

Vnus gradus circuitus globi Lunæ	3642
Vnus globi Mercurii	9476
Vnus globi Veneris	63556
Vnus globi Solis	69231
Vnus globi Martis	503679
Vnus globi Iouis	817428
Vnus globi Saturni	1141163
Vnus globi Octaui	2282326


35 ❡Secundum Eratoſthenis regulam quam autor in aſſignanda terræ curuatura atq; diametro inſequitur:uni gradui circuitus terræ ſecundum computationem Romanam reſpondent miliaria octuagintaſeptẽ & ſemis,Secundum autẽ cõputationẽ qua Alphag.Thebiciuſq; utuntur:uni gradui terræ reſpondẽt miliaria quinquagintaſex cum dodrante hoc eſt & tres quartæ unius:& terræ circunferẽtia ẽ.20428.& quattuor ſeptimæ.& terræ diametrus.6500.& ſemi diametri quantitas.3250.Quo fit ut Alphagrani miliarium paulominus paſſuum.1542.continere depræhedatur:deeſt ferme unciæ medietas hoc eſt paſſus uiceſima quarta:quorum paſſuum miliarium romanum ſolum mille compræhendit.& qui prædicta interualla atq; diſtantias ad Eratoſthenis:autoriſq; miliaria calculata deſideraret:factu per q̃ facile eſt illi qui arithmetico deſtitutus nõ eſt præſidio:Sed de his hactenus:etiã pluſquã par ſit(niſi numerocum amatoribus) dictum eſſe uidetur introductorii aſtronomici de ſphæra primi finis.

❡ENARRATIO Secundi Libri

Quid circulus maior & minor in ſphæra Capitulum primum.

1 ❡Maior circulus in ſphæra:is eſt qui in conuexa ſuperficie ſphæræ deſcriptus:ſphæram in duo æqua diuidit & ſut ſex:Aequator:Zodiacus:Colucus æquinoctiorum:Colurus ſolſtitiorum:Meridianus & Orizon.circulus minor in ſphæra:is eſt qui in ſuperficie ſphæræ deſcriptus:minime ſphæram in duo æqua diuidit & ſunt quattuor:Circulus arcticus:Circulus cancri:Circulus capricorni:& Circulus antarcticus.Quo fit ut ſummatim decem ſint circuli:quorum præſens ſuſcipitur determinatio.Et primum autor determinationem æquatoris exſequitur:cuius determinationis littera clara eſt.

2 ❡Magi præcipua puncta in cælo quattuor determinant:punctum orientis:punctũ mediæ diei:punctũ occidentis:& punctum mediæ noctis.Punctus orientus:dei eſt.Meridiei:intelligentiarum.Occidentis:ca-



ducorum. Mediæ noctis: malagæ potestatũ. Sũtq; ut lux: lumẽ: umbra: tenebræ. quapropter motu qui ab oriente incipiens in eundem relabitur & finit: diuinæ intelligentiæ contemplationis motus explicatur: qui a deo inceptus in deũ recurrens fœliciter desinit. & motus inferior: nostræ infirmitatis motum insinuat: quo ex sensibilibus ad optimũ naturæ parentem assurgimus: a quo iterum relabimur ad caduca: a quibus rursum ad diuinæ cõtemplationis officium erigimur: ut ex iis quæ uisibilia facta sunt: inuisibilia dei compræhensa cernamus. ii tamẽ quorum contemplationis modus supra rationẽ ascẽdit: & quibus sors cognoscendi fœlicissima obtigit: gaudent potius intelligibili modo ex deo omnia contemplari: & in ideam cognitam reducere omnia: & quasi i primo cognitionis circulo agitari: q̃ rationis motu: inferiorumque cognoscendi circulorũ: ex tenebris: lumen mendicare: & magi per hæc quattuor puncta: magna: arcanaq; portendunt. Sed de his hactenus.

3 ¶ At de primo motu quo omnes sphæræ inferiores intra diẽ & noctem circa terrã raptant̃: & de motibus propriis inferiorũ: cõtraq; nitentium sphærarũ: in sc̃do capite primi libri ꝑ præsenti introductione dictum est sufficienter. Illum tamẽ proprium motum facile experimur in luna: quæ omniũ ocyssime zodiacum illo motu percurrit. quam si notamus in coitu cum sole: & eam postero die ĩtuemur: uidebimus eandẽ ex parte oriẽtis (modo uideri possit) reliquisse solẽ: & altera nocte magis oriẽtem uersus elapsam: donec ad solis oppositum plena face illustrata pertigerit ad quem iterum suum absoluendo circulum retro properare festinat: quousq; eidem iungatur. Et hoc pacto de sole anotaueris: si aliquam stellarum fixarum in uia solis ex parte orientis annotes: quæ tardo admodum motu comparata ad solem mouetur: quam tandem proprio motu sol assecutus: tuis obtutibus subtrahet. mox orientem uersus elapsus: eam ad occidentem reliquet. & hunc in modum lõgis temporibus de quinq; planetarum propriis suisq; natura accõmodis motibus: experientia te redderet edoctum.

4 ¶ Quod autem polus noster boreus dicatur a uento: septentrionalis a septem stellis plaustri: quæ sunt minoris ursæ: quæ & Cynosura dicitur: & quæ est una quadraginta octo imaginum cælestium & arcticus ab arcto maiore ursa: quæ Calisto & Elyce nominatur: una itidem cælestiũ imaginum: clarꝰ est quod commentationis lucem requirat: & hunc in modum de appellationibus alterius poli qui cum illis etiam noticus & astronoticus dicitur.

5 ¶ Octo & quadraginta imaginum cælestium nomina sunt hæc.

Draco	Anguis ophyuchi	Capricornus: Egoceros
Elyce: Vrsa maior	Ophyuchus: Anguifer	Aquarius
Cynosura: Vrsa minor	Sagitta	Pisces
Bootes: Arctophylax: Arcturus	Aquila	Cetus: Pistrix
Corona	Delphin	Eridanus
Anguis	Pegasus: Aequus alatus	Lepus
Engonasis: Genu nixus	Deltoton: Triangulus	Orion: Iugule
Lira: Fidicula	Aries	Canicula: Syrius: Canis maior
Cygnus: Holor	Taurus	Procyon: Canis minor
Circulus: Iunonius	Gemini	Argo: Nauis
Cepheus	Cancer: Carcinos	Phillyrides: Chiron
Cassiopeia	Leo	Ara
Andromeda	Virgo: Erigone	Hydra
Perseus	Libra: Chele	Ciphus
Caput medusæ	Scorpius: Nepa	Cor us
Heniochus: Erichthõius: Auriga.	Sagittarius: Chiron	Piscis: Notius

De zodiaco circulo capitulum secundum.

6 ¶ Zodiacũ diffinit ꝙ sit circulus maior: æquatorẽ in duobus punctis: quæ sunt principia arietis: libræ ditimẽs: cuius una medietatũ ad septentrionẽ: altera uero ad austrũ declinat. & ps ea quæ ad septentrionẽ declinat: arctica dicit̃ & septentrionalis: sed signa arietẽ: Tauꝝ: Geminos: cancꝝ: Leonẽ: & Virginẽ cõtinens: quæ & septentrionalia dicunt̃: ps aũt ad austrũ declinans australis nominatur: sex identidẽ signa australia: libram: scorpium: sagittarium: capricornum: aquarium: & pisces itidem continens.
Et intelligitur zodiacus latitudinem. 12. graduũ hr̃e: quæ est latitudinis totius cæli ambitus. 30. pars. Intelligatur item in media latitudine zodiaci linea eam latitudinem in duo æqua partiẽs: ultro citroq; sex latitudinis gradus relinquens: quæ dicitur eclyptica.

7 ¶ Est ergo eclyptica circulus maior: latitudinem zadiaci in duo æqua partiens: quæ ideo eclypticæ nomen sortitur: ꝙ nunquam eclypsis hoc est solis lunæue deliquium contingat: nisi eorum uterque sub eadem linea in eodem: aut oppositis gradibus decurrat: in eodem quidem si solare futurum sit deliquium: in oppositis uero si lunæ: & sol semper sub ea linea medius incedit: neque usquam ultro citroq; deflectitur deuiatque: cæteri autem planetarum: nunc sub ea: nunc citra: nunc ultra exspaciati uagantur: qui si in ea latitudinis medietate quæ ad arctum reliquitur uagi feruntur: latitudinem tamen dicuntur

hēe feptentrionalē:fin in altera: latitudinē declinationēq; tū habent meridionalē. Et circulus oīs in.12. æquas partes fecat q̄ figna nominant:& fignū quodlibet rurfum in.30.gradus: quo fit ut circulus qfq; .360.gradus continere dinofcat.12.fiquidē in triginta ductis:numerus.360.protinus enafcitur.

8 ¶Et figna in zodiaco pecularia nomina fibi fortiuntur atq; uendicant:funtq; Aries: Taurus: Gemini: Cancer: Leo: Virgo: Libra: Scorpius: Sagittarius: Capricornus: Aquarius: Pifces in cæteris autem circulis nomina nulla funt fortita: fed duntaxat figna nūcupatur cæteræ autem fractiones ex fronte libri notæ funt. Mox emendat eos qui dicebant figna zodiaci effe quadrata cū quadratum fit fuperficies quatuor æqualium laterum:atq; angulorum: modo latus unum figni zodiaci eft duodecim graduum & alterum triginta:quod quidem maius altero effe cognofcitur:nā alterius duplū fefqualterum.

9 ¶Mox declarat qd tali fermone fol eft in ariete aut tauro & fimilibus intelligere debeamus:cū fol i q̄rto cælo ferat & aries octaui circuli fit i octauo circulo:& primi nobilis i prīo utriufq;.n.& octaui & primi circuli mobilis ,pprius ponit zodiac⁹:dicit prīo q̄ eo fermōe itēdim⁹ folē eē fub ariete aut fub tauro & ita quoq; de fimilib⁹ & capi i ,p fub:& fignū i ea fignificatiōe i q̄ pauloāte finitū eft.



10 ¶Sed alias tres ponit fignificationes figni: q̄ minus aftronomica propofito cōducunt. Pria eft ut fignū dicat euerfa pyramis cuius bafis fit fignū proprie fuptū:fed uertex pyramidifq; conus in centro terræ intelligat: eft.n.pyramis figura folida a cuius una fupficie latera ad unum punctū erecta concurrunt: & ea fuperficies a qua erigunt latera pyramidis baffis nūcupatur: & punctus ad quem concurrunt pyramidis uertex atq; conus:& hoc pacto utēdo noīe figni:quicqd fub fignifero circulo cōtinet pōt dici(ut pars) effe i figno. Secūda ē ut fignū accipiat p.12.pte fphæræ:ita ut fphæra itelligat diuidi p circulos fe i polis eclypticæ iterfecātes:quoꝝ prīus p pricipia arietis & libræ:& fcđus p eoꝝ fines & pricipia gemioꝝ & fagittarii trāfeat:& huc i modū cōfeq̄nter & ps cæli.12.iter pxios circu. arietē mediū itercipiētes: fignū arietis nūcupat & hoc pacto de tauro:geminis:cācro:& reliqs. Tertia ē ut fignū ,p mūdi unica.i.12.pte accipiat:ita.f.ut itelligam⁹ totā corporeā machinā i.12. æqs ptes diuifū p fupficies circuloꝝ fefe i polis eclypticæ(ut mō dictū ē)fecantiū:quorū ,pximi quiq; bini i latitudine media:figna oppofita itercludant prīus & fcđus ex una pte i medio claudant arietē & ex altera librā:& fecundus & tertius tauꝝ & fcorpiū:tertius & quartus geminos & fagittariū:quartus & quītus cancrū & capricornū: quintus & fextus leonem & aquariū: fextus & prius uirginē & pifces. Quo fit ut fex circulis tota corporeoꝝ machina in duodecī æquas portiōes: rite hoc pacto intelligeretur diuifa:& qcquid in uniuerfo poffe dici hoc pacto(ut pars)effe in figno. fed hæ tres fupremæ figni fignificationes(ut iam dictum eft) parū ad aftronomiam momēti afferunt: prima autē magis accomoda eft:iccirco de his abundantius q̄ par fit forte dictum effe uidebitur.

¶De duobus coluris Capitulum tertium.

11 ¶Colurus folfticiorum ē circulus maior: per principia cancri & capricorni:per polos eclypticæ:pariter & polos mundi tranfiens. Colurus autem æquinoctiorum itidem circulus maior eft:per principia arietis & libræ & polos mundi tranfiens.

12 ¶Punctus uerticalis(quem zenith nuncupat)eft punctus i cælo & directo rei fuprapofitus: & fi cōcipias lineam rectam per centrum terræ:pedes & caput cuiufpiam ad cælum erecti tranfeuntem: applicantemque ad cæli circunferentiam eius extremum:punctus ad quem applicat:uertex illius rei diceret:& eo pacto fi per centrum terræ & medium urbis hæc linea trāfire intelligatur: is punctus ad quem in cælo applicat illius loci uerticalis punctus dicetur.

13 ¶Maxima folis declinatio ē arcus coluri inter æquatorem & alterutrum tropicorum interceptas: quæ a Ptolemæo inuenta eft uigintitrium graduum: & unius & quinquaginta minutorum: ab almeone uero.23.graduum &.33.minutorum:& huius uarietatis mobilitas eclypticæ octaui circuli in caufa ē: quæ acceffionis:receffionifq; motu eiufdem circuli prouenit: ut amplius ex theoricis eft cognofcendum. cætera autem peruiam:perfpicuamq; de fe præbent intelligentiam.

¶De meridiano capitulum quartum.

14 ¶Meridianus eft circulus maior per punctū uerticis & polos mundi tranfiens:unde euenit ut hūc circulum nobis uel ad ortum uel ad occafum proficifcentibus:continue uariari neceffe fit:& oīa loca quorum unus ad orientē magis q̄ alter quicunq; pronior uergat: diuerfos habere meridianos: & hoc pacto de locis uicinius ad occafum uergentibus.

15 ¶Longitudo locorum(quam & longitudinem ciuitatum dicunt)eft arcus æquatoris inter duos duum locorum meridianos interceptus: & cum æquator .360. gradum circuitum obtinens : totus fuper orizonta in.24. horarum fpacio regulariter afcendat: hinc euenit ut in una qualibet hora .15. æquatoris gradus continue fuper orizontem confcendant:quapropter ex longitudine ciuitatum facilime cognofcitur unius ad alteram horaria diftantia: cum fol citius meridianum obtineat eis qui orienti funt uici-

niores q̄ occiduis: ergo si duarum urbium: longitudo sit.15. gradus: sol citius earum orientalioris unius horæ interuallo q̄ occidentalioris meridianum cōtinget: & si illorum locorum lōgitudo esset.30. gradus: sol citius illic duarum horarum iteruallo q̄ hic ad meridiei puenitet fastigiū qđ facile ex tabula longitudinum locorum ab occidēte paulopost subiuncta depræhendas.

16 ¶ Intra ergo tabulam & uide eregione locorum(quorum differentiam quæris)longitudines:& minorē substrahe a maiori scilicet gradus a gradibus & minuta a minutis: & quod relinquetur est illorum adinuicem longitudo:partire ego per.15.gradus longitudinis inuentæ:& quod elicietur sunt horæ quibus sol citius i loco cuius inuenta fuerat longitudo maior peruenit ad meridianū. At si gradus non ascendāt ad.15.aut si qui supersint partitione per.15.facta:illos multiplica per.60.& producto adde minuta si quæ superabant & partire per.xy.& habebis minuta horæ: & si partitione facta superant minuta: ea rursum duc I.60.& partire per.xv.& habebis secunda:& hoc pacto eliceres tertia & alias miutias. Verbi causa: si cupis cognoscere quanto tempore sol citius hierosolymitanis q̄ parisiis contingit meridianum:accipe utrorunq; ex tabula ab occidente longitudinem:estq; parisiorum:longitudo gradus.24.minuta.30.hierosolymiranorum uero gradus.66.& minuta.15.& quia hierosolymæ ad occidenrem q̄ parisii est longitudo maior:subtraho ergo gradus.24.& minuta.30.longitudinem uidelicet parisianam & gradib⁹.66.& minutis.15.longitudine Solymorum & superant gradus.41.& minuta.45.longitudo scilicet meridianorum hierosolymæ & parisii:quos superantes gradus partior per quindecim & proueniunt duo numerus scilicet horarum sed supersunt.11.gradus &.45.minuta quibus quidem gradibus per sexaginta multiplicatis & pducto additis.45.superantibus minutis surgit numerus.705.quem partior p.15.& prouenīunt.47.numerus scilicet minurorum horæ. ratum ergo erit solem citius occupare meridiei summitatē hierosolymitanis q̄ parisianis duabus horis &.47.minutis. Tabula ergo longitudinis locorum pariter & latitudinis subter cōspicienda subiicitur:ex Ptolemæo deptompra.

¶ Tabula lōgitudinis & latitudinis ciuitatum ab occidente.

	Longitudo		Latitudo			Lōgitudo		Latitudo	
Nomina	G	M	G	M	Nomina	G	M	G	M
¶ Ex hispania quæ & iberia					¶ Ex italia				
Hieron pmontoriū	2	30	38	15	Ligur:ciuitas	30	0	42	30
Anas:fluuius	4	20	37	30	Mediolanum:ciuitas	30	30	44	20
Betis:fluuius	5	20	37	0	Ticinum:ciuitas	30	30	44	0
Mnester:portus	5	30	36	30	Parma:ciuitas	32	10	43	30
Calpe:mons	7	30	36	15	Regium:ciuitas	32	30	43	30
Iulia:ciuitas	8	30	0	0	Nuceria:ciuitas	32	0	43	20
Corduba:ciuitas	9	20	38	20	Felcina:ciuitas	33	20	42	30
Caridemū pmontoriū	11	20	36	30	Florentia:ciuitas	33	30	43	0
Nelus:fluuius	12	0	45	10	Pisæ:ciuitas	33	20	42	30
Cartago noua:ciuitas	13	0	37	30	Aretium:ciuitas	34	20	42	30
Pallantias:fluuius	15	0	39	30	Sena:ciuitas	34	20	42	20
Iberus:fluuius	15	30	39	20	Fauentia:ciuitas	34	10	43	30
Tarracon:ciuitas	16	20	40	20	Ariminum:ciuitas	35	10	43	30
Barcinon:ciuitas	17	15	41	0	Roma:urbs	36	30	41	30
¶ Ex galia					Tiberis:fluuius	36	30	41	30
Garunna:fluuius	18	30	46	30	Tibur:ciuitas	36	30	41	30
Neodunū:ciuitas	19	0	50	0	Preneste:ciuitas	37	20	41	30
Neomagus:ciuitas	20	30	51	0	Aritia:ciuitas	37	0	41	30
Rotomagus:ciuitas	21	30	51	0	Priuernum:ciuitas	37	30	41	30
Sequana:fluuius	23	0	50	30	Cume:ciuitas	39	10	41	30
Lugdunum:ciuitas	24	15	45	20	Capua:ciuitas	39	30	41	20
Leucotetia:quam patisi-					Pithecusa:ciuitas	39	20	40	20
um esse putant	24	30	48	30	Parthenope:ciuitas	40	0	41	0
Mosa:fluuius	25	30	53	30	Petilia:ciuitas	40	30	38	30
Foro iuliū:ciuitas	27	20	42	30	Tarentum:ciuitas	41	30	39	30
Varus:fluui⁹	28	20	43	0	Ardea:ciuitas	46	30	41	20

Ex germania				
Amassus:fluuius	29	0	55	0
Tuberium:ciuitas	30	0	52	0
Vlma:ciuitas	31	0	47	0
Brondennia:ciuitas	33	30	48	0
Enus:fluuius	34	0	47	30
Birurdium:ciuitas	34	30	51	15
Meuium:ciuitas	35	30	53	30
Bergium:ciuitas	30	0	49	30
Galesia:ciuitas	37	30	52	20
Stragona:ciuitas	39	20	52	30
Corinium:ciuitas	41	10	44	0
Iuollum:ciuitas	42	30	46	0
Bibalis:ciuitas	43	0	45	30
Nerona:ciuitas	44	20	44	30
Epicaria:ciuitas	45	30	41	20

	Longitudo		Latitudo	
Nomina	G	M	G	M
Riphei:montes	63	0	57	30
Hostiũ occidentale tanais fluuii	66	20	45	10
Orientale eiusdem	67	0	54	30
Ex tracia				
Nessus:fluuius	51	30	41	30
Abdera:ciuitas	52	10	41	30
Rhodope:mons	52	30	43	0
Samothrace:insula	52	30	41	10
Ebrus:fluuius	53	0	41	30
Bosphorus:fluuius	54	20	41	30
Bizantium quæ & constantinopolis	56	30	43	0
Ex macedonia				
Pindus:mons	47	40	38	30
Phestus:ciuitas	47	19	39	20
Antigonia:ciuitas	48	40	41	20
Axius:fluuius	46	30	40	40
Strymon:fluuius	50	15	41	20
Arethusa:fluuius	50	10	41	20
Peneus:fluuius	50	30	39	20
Olympus:mons	50	0	39	20
Ossa:mons	50	40	39	40
Othrys:mons	50	0	38	40
Pelion:mons	51	10	39	20
Larissa:ciuitas	51	20	38	30
Athos:mons	51	0	40	10
Lemnos:insula	52	20	40	30
Scyros:insula	54	0	39	0
Ex epiro				
Acroceraunia:montes	44	20	39	10
Butrotum:ciuitas	45	30	38	20
Acheron:fluuius	47	10	38	20
Ambracia:ciuitas	48	0	38	10
Actium:ciuitas	48	15	37	30
Leucas:promontorium	48	20	37	40
Archelous:fluuius	48	30	37	30
Itacha:insula:ciuitas qua & ciuitas eiusdẽ nõminis	48	0	37	20

Ex Sicilia				
Pelorus:pmontoriũ	31	40	38	30
Drepanum:ciuitas	36	30	36	20
Phorbantia:insula	36	0	36	20
Lilibeum:ciuitas & promontorium	37	0	36	0
Panormus:ciuitas	37	0	37	0
Heraclea:ciuitas	38	20	36	20
Hibla:ciuitas	38	20	37	0
Ethna:mons	39	0	38	0
Orchus:fluuius	39	30	36	40
Megara:ciuitas	39	10	34	10
Pachinus:pmontoriũ	46	0	36	20
Ex Sarmatia				
Boristhenis mediũ	53	0	50	40
Boristhenes:fluuius	57	30	48	30

Nomina	Longitudo		Latitudo	
Aulis:portus	53	30	37	30
Calchis:iuxta Euripum fluuium:ciuitas	53	30	38	0
Chyus:insula	54	40	36	0
Chersonesus	54	30	38	10
Caphareus pmontorium	55	0	37	30
Delus:insula	55	20	37	20
Olearus:ciuitas	55	20	37	30
Seriphum:ciuitas	55	0	36	30
Ex peloponeso				
Strophades:insulæ	47	20	36	0
Alpheus:fluuius	48	20	35	30
Pylus:ciuitas	48	30	35	30
Pisa:ciuitas	48	40	36	0
Helis:ciuitas	49	0	36	20
Troezen:ciuitas	49	10	35	20
Lacedemon:ciuitas	50	10	35	30
Eurotas:fluuius	50	30	35	10
Epidaurus:ciuitas	51	1	37	30
Inachus:fluuius	51	30	35	30
Corinthus:urbs quæ Ephire	51	15	36	30
Isthmus:continens				
Nemea:silua:	51	1	36	20
Argos:ciuitas	51	20	36	10
Mycene:ciuitas	51	30	36	10
Egina:urbs	52	20	36	30
Ex mauritania				
Tingis cesarea:ciuitas	6	30	35	30
Atlas minor:mons	6	0	33	20
Atlas maior:mons	8	20	36	30
Ex minore aphrica				
Vtica:ciuitas	32	0	32	30
Cima:mons	33	0	30	0
Carthago:ciuitas	34	30	32	40
Syrtes:paruæ	38	30	32	0
Triton:palus	38	40	29	40
Ammonis:ciuitas	42	0	32	40
Syrtes:magnæ	43	10	31	0
Cirenæ:ciuitas	50	0	31	30

¶Ex Achaia				
Calidon:ciuitas	49	0	37	40
Euenus:fluuius	49	0	37	30
Cyrra:mons	50	0	37	30
Pythia:ciuitas	50	30	37	30
Delphi:ciuitas	50	0	37	40
Parnasus:mons	51	0	37	30
Thespie:ciuitas	51	20	37	40
Orchomenus:ciuitas	51	20	37	40
Cytheron:mons	52	30	37	40
Eleusis:ciuitas	52	20	37	10
Athene:ciuitas	52	30	37	10
Megare:ciuitas	52	0	37	20
Marathon:ciuitas	53	10	37	10
Asopus:fluuius	53	30	37	40

¶Ex ægypto				
Alexandria:ciuitas	60	30	31	0
Canopus: ciuitas	60	30	31	1
Nili primum hostiũ	60	30	31	1
Secundum:hostium	61	30	31	1
Tertium: hostium	61	30	31	10
Quartum: hostium	62	30	31	10
Quintum: hostium	62	30	31	10
Sextum:hostium	63	1	31	10
Sepnmum:hostium	63.	15	31	10
Dionysia:ciuitas	60	30	29	0
Memphis : ciuitas	61	30	29	30
Hermys:Mercurii				
trismegisti:ciuitas	61	40	28	20
Helyopolis:ciuitas	62	30	29	30

	Longitudo		Latitudo	
Nomina	G	M	G	M
Thebe:ciuitas	62	30	25	30
Sienæ:ciuitas	62	0	29	20
¶Ex minore asia				
Abydus:ciuitas	55	20	41	15
Simois:fluuius	55	20	41	0
Scamandrus:fluuius	55	15	41	0
Sigeũ: pmontorium	55	10	41	0
Iliũ q̃ & troia:ciuitas	55	30	41	0
Tenedos: insula	55	0	30	30
Lesbos:insula	55	0	40	0
Mitilene:ciuitas	55	40	39	40
Icaria:insula	56	30	47	40
Chyus:insula	56	20	38	20
Ida:mons.	56	0	41	0
Gnidus:ciuitas	56	15	36	0
Smirna:ciuitas	57	20	38	20
Clazomene:ciuitas	57	0	38	30
Colophon:ciuitas	57	40	38	10
Ephesus:ciuitas	57	40	37	40
Meander:fluuius	57	40	37	20
Minas: mons	57	30	38	30
Pergamus:ciuitas	57	20	39	30
Samus:insula	57	0	37	20
Cous:insula	57	0	36	20
Rhodus:insula	57	20	35	20
Tmolus:mons	58	30	38	30
Micale:mons	58	0	37	40
Miletus:ciuitas	58	0	37	0
Magnesia:ciuitas	58	40	39	10
Philadelphia:ciuitas	59	0	38	30
Laodicia:ciuitas	59	30	38	40
Antiochia:ciuitas	59	30	38	30
Cadmus : mons	59	40	38	30
Pactolus:fluuius	59	0	39	20
Nysa:ciuitas	59	0	38	15
Hermus:fluuius	60	0	40	0
Didimus: mons	61	0	40	40
Iconium:ciuitas	64	30	38	30

	Longitudo		Latitudo	
Nomina	G	M	G	M
Tharsos: ciuitas	67	40	36	30
Termodoõ: fluuius	67	0	43	15
Tanais: fluuius	67	0	54	30
Phasis: fluuius	72	30	45	0
Colchis: insula	75	30	39	0
¶Ex syria				
Carmelus:mons	66	20	32	30
Ptholemais:ciuitas	66	30	33	0
Iordanis:fluuius	67	40	32	30
Tyrus:ciuitas	67	0	33	20
Sydon:ciuitas	67	0	33	30
Libanus:mons	68	30	34	10
Casius:mons	68	30	35	20
Damascus:ciuitas	69	0	33	0
¶Ex palestina q̃ &				
Iudea dicitur				
Iopa:ciuitas	65	40	32	30
Azotus: ciuitas	65	15	31	30
Ascalon:ciuitas	65	0	31	40
Sebasta:ciuitas	65	40	32	30
Hierosolyma : ciui.	66	15	31	20
Asphaltus:lacus	66	30	31	10
Tiberiadis:lacus	67	15	32	1
¶Ex assyria				
Niniue:ciuitas	78	0	36	40
Babylon:ciuitas	79	0	35	0
Thesipon:ciuitas	80	0	35	0
Cambyses:fluuius	81	0	42	30
¶Ex Carmania				
Bactra:regia	116	0	41	0
Oxiana:ciuitas	117	10	44	40
¶Ex india				
Bragma:ciuitas	128	0	19	0
Ganges:fluuius	129	0	17	20
Gãgis:primũ hostiũ	144	30	18	10
Secundũ:hostium	145	40	18	40
Tertium:hostium	146	30	18	40
Quartum:hostium	147	30	18	30

¶ Prouinciarum principia media atq; fines tum in longitudinum tum latitudinum gradibus.

	Longitudo P G	Longitudo M G	Longitudo F G	Latitudo P G	Latitudo M G	Latitudo F G
Ex europa prouinciæ						
Hibernia insula Britannica	7	13	18	62	59	57
Albion insula britannica	14	22	30	61	56	51
Hispania betica	4	8	12	40	38	36
Lusitania hispania	2	6	11	41	39	37
Tarracoñesis hispania	4	12	20	45	39	34
Celtogalatia aqtania	17	19	21	55	49	43
Gallia lugdunensis	16	20	25	51	45	39
Gallia belgica	22	25	29	54	49	45
Gallia narbonensis	21	25	29	45	43	42
Germania magna	27	36	46	59	52	46
Rethia	29	30	31	47	46	45
Vindelicia	32	33	34	47	46	45
Noricum	34	35	37	49	47	45
Pannonia superior	37	42	48	47	46	45
Pannonia inferior	41	43	45	47	44	42
Illiris	36	42	49	45	39	34
Dalmacia	37	41	46	44	42	41
Italia	28	38	49	45	41	38
Cirnus insula	30	34	39	41	40	39
Sardinia	29	34	39	39	34	29
Sicilia	36	38	40	39	36	34
Sarmatia	47	59	72	68	54	41
Taurica	60	62	64	48	47	46
Iasiges	43	44	45	48	47	46
Datia	43	51	59	48	45	43
Misia superior	45	47	49	44	43	42
Misia inferior	47	52	57	48	45	43
Thracia	51	53	56	44	42	41
Chersonesus	54	0	55	41	0	41
Macedonia	44	49	54	48	43	38
Epirus	44	46	49	39	37	36
Achaia	48	50	53	38	37	36
Euboia insula	52	53	55	38	37	36
Peloponesus	47	49	52	45	39	34
Creta insula	52	53	55	55	44	34
¶ Ex africa prouinciæ						
Mauritania tingitanica	6	41	76	35	30	26
Mauritania cesariensis	11	18	26	36	31	26
Africa minor	26	36	46	14	30	20
Numidia	20	33	46	38	32	26
Cirene	47	49	51	31	26	21
Marmarica	51	58	65	39	51	23
Aegyptus mediterranea	52	58	65	31	27	23
Libia interior	1	24	48	33	19	5
Ethiopia sub ægypto	59	70	82	22	11	1

	Longitudo P G	Longitudo M G	Longitudo F G	Latitudo P G	Latitudo M G	Latitudo F G
Meroe	61	73	85	22	11	1
Ethiopia interior	10	45	80	12	14	16
¶ Ex asia prouíciæ						Australis.
Põtus & Bithinia	56	59	62	43	41	40
Asia minor	55	58	62	48	41	35
Licia	59	60	61	37	36	35
Galatia	61	63	65	44	41	38
57 ¶ Ad cognoscendũ quantũ una quæq; horarũ inæqualium contineat horæ æqualis cuiuscunq; uolueris horæ inæqualis iã repertæ:gradus ascensionũ p.15.partire:& ueniet hora æqualis: & si quid residui est auge per.60.& partire per.15.& nascentur minuta quæ inæqualis hora: supra horam æqualem connectet:si auté gradus ascensionũ per.15.partiri nõ sustineant:augmẽta gradus illos p.60.& partire p.15. surgentq; minuta horæ æqualis q̃ inæqualis hora continebat:uerbi cã ut si sol primũ gradũ leonis subeat:

cuius diei naturales horas ad sitũ pisiensem cognoscere uelĩ: capio ascẽsiões. 15. primoꝝ gra. leonis q̃ sunt gradus. 20. & minuta. 21. suntq; ascensiones priæ horæ iæqualis: deide. 15. graduũ sequentiũ ascensiones q̃ sunt gra. 20. & minuta. 36. & húc in modũ reliquæ iæquales horæ querenť: & quæsitæ (diuisiones p. 15. facta) in horas æquales æquinoctialesq; (ut subiecta monstrat formula) redigenť.

	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12
Horæ iæqles	G m	g m	g m	g m	g m	g m	g m	g m	g m	g m	g m	g m
Ascensiones	20 21	20 36	20 33	20 25	20 25	20 33	20 36	20 21	19 25	17 33	15 01	12 25
	h m s	h m s	h m s	h m s	h m s	h m s	h m s	h m s	h m s	h m s	h m s	h m s
Horæ æqles	1 21 24	1 22 24	1 22 12	1 21 40	1 21 40	1 22 12	1 22 24	1 12 24	1 17 40	1 10 22	1 4 00	0 49 40

¶ De diuersitate dieꝝ & noctiũ quæ fit hitantibus ĩ diuersis locis terræ. Capitulum tertium.

58 ¶ Hæc littera clara ẽ: & hui⁹ sit⁹ ĩcolæ legiť eẽ Ichthyophagi æthiopũ popľi q (Strabõe autore) solis piscib⁹ alunť. ẽ. n. ichthys græca locutõe piscis. hi. n. ut tradũt geographi: eorũq; pecora piscib⁹ uescunť. & pecoꝝ carnes aliméto piscib⁹ p̃bẽt. domicilia ex ossib⁹ cetoꝝ & ostreoꝝ cõcis magna ex pte faciũt. p̃bẽt. n. costæ trabiũ usũ & maxillæ portaꝝ & uertebra ĩ usũ martarioꝝ (qb⁹ pisces subigũť) ueniũt: & eos ad solẽ assitãt. Hoteťes ferũť popľi ad austꝝ ultra quos ea ex pte nõ cognosciť habitata regio.
Carmania ĩdoꝝ regio cõtermia Persis uasta deserta cõtinẽs: flumẽ hẽt aurifeꝝ argenti eris minii fossiles ucas mõtes arsenici & salis. Carmãica uitis racemũ bicubitalẽ facit. nemo eoꝝ ducit uxorẽ: q pri⁹ hostis caput suo regi ñ obtulerit. ¶ Eoꝝ quoꝝ zẽith ẽ iter æq̃noctialẽ & tropicũ cãcri. Cap. quartũ

59 ¶ Accepta materiali sphæra aptatoq; ut decet orizõte littera puta claraq; apparet huius situs ĩcolæ dicunť esse Bragmane & Arabe. Attñ Arabia triplex est si Ptolemæo credim⁹: prima Petrea quæ Syriæ & Palestiæ iudeæ adiacet. scd̃a deserta: quæ Mesopotamiæ Babyloniæq; cõtermia ẽ. & hæ duæ citra cãcꝝ sitæ sunt. Tertia uero Arabia fœlix: Persis mariq; rubro adiacẽs: cui⁹ ps æquatori & tropico cãcri nõ parua iteriacet media de q̈ sola autor ex Lucão ĩtelligit. & turifera regio ẽ: ĩ q̃ ciuitas Saba Sabeiq; populi.

¶ Eoꝝ quoꝝ zenith est in tropico cancri. Capitulum quintum.

60 ¶ Apta ut decet orizonta: & facile quod dicit autor intuebere. huius situs pars ægypti ponitur.
¶ Svene urbs ægypti: p̃uinciæ thebaidos principiũ. illic eni antiquæ centũ portaꝝ thebe fuisse p̃hibenť Situs syenes incolæ triũbres sunt tresq; ĩ anno umbras habẽt: mane dũ sol tenet æstiuũ solstitiũ occidẽtales: ĩ meridie aut nullas aut perpendiculares: uesperi autẽ orientales. In residua uero anni particula matutinas & serotinas altrorsus: meridianas autem penitus septentrionales habent.

¶ Eoꝝ quoꝝ zenith est inter tropicũ cancri & circulum arcticũ Capitulũ sextũ.

¶ Aptato ut oportet orizõte: cognitu facilis est littera huius situs est uniuersa quæ descripta est Europa & Africæ Asiæq; plurimum.
Quod ãt æthiopas sub æq̃tore sitos putat: Ptolemæo cõsentit: q̃ illic Ichthyophagos sitos eẽ cõmemiť.

¶ Eoꝝ quoꝝ zenith est in circulo arctico. Capitulum septimum.

61 ¶ Directo aptatoq; ut factu facile ẽ finitore littera p̃spicua ẽ. ex Pto. cosmographia nullos hui⁹ sit⁹ ĩcolas cõpimus uiciniora. n. illi circľo eius ex descriptõe cõpimus Orchadas ĩsulas ĩsulãq; Tylẽ. distãt tñ Orchades a boreo circľo gra. 4. & minutis 49. Tyle aũt pauxillulũ uicinior distat gra. 2 & minutis 54 Attñ iuniores eodẽ sub circľo ĩsulas: fluuiosq; locant: sed nominũ ĩeptitudo facit ut ĩexpressa maneãt.

¶ Quoꝝ zenith est inter circulũ arcticum & polum mundi. Capitulum octauum.

¶ Directo orizonte litteiam intelligere per q̈ facile est quæ in hoc situ habeantur geographi tacent asseuerant tamen nonnulli mare gelatum: arctoosq; populos illic degerere.

¶ Eoꝝ quorum zenith est in polo arctico. Capitulum nonum.

¶ Directo orizonte littera perspicua est quid autẽ sub polo iaceat: nondũ memoriæ proditũ est.

¶ De diuisione climatum. Capitulum decimum.

62 ¶ Clĩa ĩterp̃tať regio. At hic clĩa spaciũ terræ ĩter duas æq̃distãtes ĩterceptũ appellať: ĩ quo porrectissime diei ab initio clĩatos ad finẽ usq; ẽ dimidiæ horæ uariatio sumptũ ĩ ea terræ ab austro ad arctũ uersus ĩtercapedie: q̃ pol⁹ bore⁹ elauatiot ẽ gra. 50 & miu. 30 sũmissior atq; dep̃ssior gra. 12 & miu. 45. & ponunť septẽ quæ sua nomina ab insigni aut urbe aut fluuio aut mõte sortita sunt: quoꝝ per ordinẽ hic adiecta sunt nomina.

63 A ĩ æquinoctialis		Clima p Rhomam	f o	h
Clima per Meroen	b k	Clima p Boristhenen	g p	g
Clima per Syenen	c l	Clĩa p Ripheos mõtes	h q	f
Clima p Alexãdriã	d m	R s circulus boreus		e
Clima per Rhodon	e n	T polo boreo punctus subiectus.		d

Et ẽ meroe: Africe ciuitas ĩ torrida zona citra æq̃torẽ. 16. gra. sita. c
Syene prius dicta est urbs ægypti: p̃uinciæ thebaidos principium. b
Alexãdria: urbs ĩsignis africæ ab alexãdro cõdita & metropolis ægypti a
Rhodus: asiæ minoris insula: quæ & sui nominis in ea sitã nostra tempe-

r t s q
p o n m l k i

ſtate clarã ciuitatẽ habet:fortiter turcaꝶ efferos:bellicoſq; ipetꝰ ſuſtinentẽ atq; ꝓfligantẽ generoſiſſime.
Rhoma urbs europe notiſſima inter italicas maxime clara & inſignis olim gentium domitrix: orbiſque caput:nunc patris patrum maximi ſedes atque locus.
Boriſthenes eiuſdem ſarmatiæ magnus ſcitharum fluuius quartus ab iſtro.
Riphæi montes in ſarmatica europa inſignes ſunt:perpetua niue cadentes.
Et ab his inſignibus locis per quæ ferme climatũ lineæ mediæ tranſeũt:ſua noĩa ſortiunť:q̃ auror potiꝰ græco ſermone q̃ latino expreſſit.Dia enim apd̃ græcos p ſignificat:genitiuoq; iũgitur: iccirco illa in lr̃a duobus noĩbus ſcd̃m græcam formã ſunt emẽdata.ſed de his hactenus.Et climatũ ex determinatiõe lit teræ cõſtituẽda eſt tabula q̃ uniuſcuiuſq; climatis diſtantiã horariã:& poli borei in ſui principio medio & fine eleuationes & latitudinis climatis diſtantiam demonſtret.quæ fiat hoc pacto.

64	Princi.		Medium		Finis		Principiũ		Medium		Finis		Stadia
1	Ho.	M.	Ho.	Mi.	Ho.	Mi.	Gra.	Mi.	Gra.	Mi.	Gra.	Mi.	
2	12	45	13	0	13	15	12	45	16	00	20	30	5415
3	13	15	13	30	13	45	20	30	24	15	27	30	4900
4	13	45	14	30	14	45	27	30	30	45	33	40	4316
5	14	15	14	30	14	45	33	40	36	24	39	00	3733
9	14	45	15	00	15	15	39	00	41	20	43	30	3150
7	15	15	15	30	15	45	43	30	45	40	47	15	2625
	15	45	16	00	16	15	47	15	48	40	50	30	2275
	Diſtantia horaria.						Latitudo poliq; borei eleuatio.						

Hæc rhomana ſtadia ſunt latitudinis iterualloꝝ iter initia & fines climatũ itercepta.

¶Huius tabulæ pria linea eſt primi climatis:ſecunda ſecundi:& ita deinceps.Cũ itaq; de quocũq; loco (cuius latitudo nota ẽ)ſcire deſideras cuius ſit climatos:cõſidera eiꝰ latitudinẽ:& ſi eã reperis ĩfra limites eleuationũ poli borei:pricipio & finis primi climatis ad dictaꝝ: in primo climate ſita ẽ.ſi ĩfra limites eleuationũ pricipii & finis ſecũdi:eſt in ſcd̃o. & ita deĩceps.ut uerbi cã opto cognoſcere cuiꝰ climatis ſit hieroſolyma·cõperio in tabula lõgitudinũ & latitudinũ in fine cõmenti quarti capituli.ſcd̃i ſupiꝰ adiectas eiꝰ latitudinẽ eſſe gradus.31.& minuta.20.& q̃a continet infra limites eleuationũ poli pricipii & finis tertii climatis:cognoſco hieroſolymã eſſe in tertio climate & circa finẽ & ſi reſpicio ad primã pteꝫ tabulæ cognoſco lõgiſſimã anni diẽ illic eẽ horaꝝ.14.& minutoꝝ ferme.45.Immo uero accepta Ptolemæi coſmographia de uno quoq; locoꝝ facile cognoſcas cuiꝰ ſit climatis.Nam ad fines locoꝝ:numeroꝝ qui in ea ſcribunť duo priores q ad ſiniſtrã uergũt:lõgitudinẽ eoꝝ ab occidẽte deſignãt & duos poſteriores latitudinẽ ab æq̃tore:q̃ eleuatiõi poli æq̃ eẽ mõſtrata eſt. & duoꝝ prioꝝ prior gradus: poſterior ptes graduũ lõgitudis:itidẽ duoꝝ poſterioꝝ prior:gradus:poſterior uero ptes graduũ latitudis:eleuatiõiſq; poli declarãt.Sed q̃a tm̃ de climatũ dephẽſiõe ſermonis ptraximꝰ:nõ ſcitu idignũ uideať q̃ cæleſtia ſydera p climata tranſeant dinoſcere.qď & priꝰ apd̃ græcos Hipparcus factitaſſe cõperiť hinc ſumẽtes exordiũ.
Per principium primi climatis tranſit ſerpens ophiuchi fere medius.
Per mediũ primi climatis tranſit caput Engonaſis & ſtellæ delphinis.
Per finẽ primi climatis tranſit crus Bootis:brachiũ dextrum Genunixi & pes dexter Ophiuchi.
Per principium ſecundi climatis tranſeunt eadem.Per medium ſecundi climatis tranſit humerus dexter Eugonaſis caput ſerpentis Ophiuchi & caput & pes ſiniſter Pegaſi.
Per finẽ ſcd̃i climatis trãſit brachiũ ſiniſtrũ Genunixi & roſtrũ Cygni.Per principiũ tertii climatis trãſeunt eadẽ.Per mediũ tertii climatis trãſit dextra manus Arcturi:Corona Ariadnes & brachium ſiniſtrum Engonaſis.Per finẽ tertii cliatis trãſit coxa ſiniſtra genunixi & ps lyræ.Per pricipiũ q̃rti climatis trãſeũt eadẽ.Per mediũ q̃rti climatis trãſit pes poſterior Elices:Coxe bootis:Corona: & ſiniſtra coxa Anguiferi. Per finẽ q̃rti climatis trãſit eadẽ coxa anguiferi ſũmitas fidiculæ & ala ſiniſtra holoris.Per pricipiũ q̃nti climatis trãſeũt eadẽ.Per mediũ q̃nti climatis trãſit pectus holoris & caput meduſæ. Per finẽ q̃nti climatis trãſit haſtulæ bootis:extremitas alæ ſiniſtræ cigni:ſiniſtrũ brachiũ Perſei & dexter hũerꝰ aurigæ. Per pricipiũ ſexti clima,trãſeũt eadẽ.Per mediũ ſexti climatis trãſit hũerꝰ ſiniſter Arctophylacis & crus Perſei dextrũ & capra erichthonii.Per finẽ ſexti cliatis trãſit caput arcturi: genu ſiniſtrũ Eugonaſis & latꝰ ſiniſtrũ Perſei.Per pricipiũ ſeptimi clima. trãſeũt eadẽ.Per mediũ ſeptimi climatis trãſit extremitas haſtił bootis:extremitas clauæ engonaſis:cauda holoris & genu dextrũ Perſei.Per finẽ ſeptimi climatis trãſit pes dexter cigni:humerꝰ ſiniſter Perſei & hũerꝰ dexter Ophiuchi p circulũ boreũ tranſit caput Parrhaſiæ urſæ:uicina polo eſt extremitas caudæ cynoſuræ ſed de his tanta dicta ſint abunde.

¶Aſtronomici introductorii de ſphæra tertii finis.

ENARRATIO Quarti Libri.

¶De circulis & motibus planetaꝝ & de cauſis eclypſium ſolis & lunæ.

Primo de circulis & motibus planetarum. Capitulum primum.

1 ¶Circulꝰ cõcẽtricꝰ ẽ q terrã i duo æq̃ ptiri itellectꝰ:cẽtꝝ ſuũ idẽ cũ cẽtro terræ hẽt cẽtꝝ terræ cẽtꝝ mũdi itelligimꝰ.Circulꝰ eccẽtricꝰ ẽ q terrã i duo æq̃ ptiẽs cẽtꝝ ſuũ cũ cẽtro ter. Figuræ circulus iterior ecræ nõ hẽt:ſꝫ extra.Et itelligiť tał circulꝰ eẽ ſupficies plana cuiꝰ circũferentia cẽtricꝰ ſolis pũctũ in dia

in cælo est & eius planities ab illa circũferentia deorsum tendẽs oĩa subiecta secat corpa:haud secus q̃ si ligneã pilã p mediũ secari itelligas:sector erit cir. imo uero si media discõtinuari fingas: cõtinuis duobꝰ circl'is plãis hic atqȝ hic disiũcta itelligas hoc pacto concẽtri.eccẽtricosqȝ autoris circulos intelligere opꝫ supficies eclyptice pl ma eẽ intelligiẽ:& eadẽ eẽ supficies ab eclyptica p subiectos cælestes globos:elemẽtaqȝ & terrã porrecta:curꝰ circũferẽtia ẽ liea eclyptica cẽtꝝ est cẽtꝝ mũdi & de eclyptica octauæ sphæræ dicta itelligas: & est illa eclyptice supficies ab octauo cælesti globo quasi mũdi sector.

2 ¶ Circulus eccẽtricus solis ẽ curꝰ circũferẽtiã,ppria deferẽtis reuolutiõe cẽtrũ sol i supficie eclyptice describit:& is circulꝰ sp ẽ ps supficiei eclypticæ: & cõtinue in eius circũferentia centrum corporis solaris reuoluitur.

3 ¶ Absis sũma eccẽ.solis ẽ pũctꝰ circuli eccẽ. solis a terra remotissimꝰ.absis ãr ima dr eiusdẽ eccẽ.pũctꝰ terræ ppinqssimꝰ absis sũma sol' ab autore aux: (& absis ima:oppositũ augis noiaẽ.

4 ¶ Sol motu,pprio regulr sup cẽtrũ eccẽ.circũferentiæ eiꝰ minuta.59.& scda.8.fere quotidie absoluit quẽ ẽt p accẽs segnis:pigraqȝ suo motu octaua sphæra secum segnirer rapit:quẽad modũ primus cælestiũ mobilis globꝰ sua uertigine oẽs sibi subiectos globos secũ ocyssime:rapidissimeqȝ cõtorquet:& ut fert autoris opinio Ptole. autoritate fretis:eccẽtricꝰ solis circulus ad motũ octaui circuli in centũ annis unũ gradũ cõficit:sed nõdũ uĩ(ut iã dcm̃ ẽ)satis suo tpe exploratũ habuisse motũ accessiõis:recessiõisqȝ octaui circuli :ex descriptõe puoꝝ circuloꝝ a duobꝰ pũctis eclyp.8.sphæræ(q̃ dicũt capita arietis & libræ) circa capita arietis & libræ eclypticæ 9.sphæræ sed id ãpliꝰ demõstrare i theoricis oportunior uĩ relictꝰ eẽ locus circu. deferẽs cẽtꝝ cuiuscũqȝ



5 ¶ Circulus eccẽ. lunæ ẽ circulus eccẽtri. (planetæ supficies plana eccẽtra:ut eccẽtricꝰ solis itelligiẽ. cuius circũferentiã,pprio motu deferẽtis epicyclũ lunæ:centꝝ epi.lunæ describere itelligiẽ:& itersecat is circulus eccentricum solis in pũctis oppositis declinatqȝ eius una medietas ad arctũ & altera ad notum.

6 ¶ Epicyclus lunæ ẽ sphærula i spissitudine orbis lunæ circa ,ppriũ cẽtꝝ sp in eccẽ. circũferentia locatũ: cõtinue reuoluta.Sȝ a pũcto ex pte oriẽtis uersus occidẽtis pũctũ hæc cõtinua epi.reuolutio fcã itelligiẽ. & i epi.ẽ corpꝰ lũæ fixũ ferturqȝ ad epi.motũ.Quo fit ut luna duas cãs hẽat: cur sit iterdũ uicinior iterdũ uero a terra semotior.prĩa ẽ cũ fuerit i ima abside circuli eccẽtrici:altera cũ fuerit in ĩfima pte sui epi. ad motũ qdẽ & eccẽ. deferẽtis & epicycli. At si & i imo epi. & ima abside eccẽtrici ferreẽ:terris nũq̃ eẽ posset uicinior:si aũt in utriusqȝ sũmo:nunq̃ semotior. alias aũt ubicũqȝ aut uicinior aut semotior esse põt.

7 ¶ Aequãs lunæ ẽ circu.cõcẽ.i supficie eclyp.sitꝰ eccẽtrico lunæ æq̃lis: uñ fit ut æquãs lunæ sit ps circuli eccẽtrici solis:sup curꝰ cẽtꝝ moueẽ regulr cẽtꝝ epi.Est.n.cuiuslibet æquãtis offiñ: ut sup eiꝰ cẽtꝝ regulr moueaẽ cẽtꝝ epi.& eccẽtricꝰ lunæ & eiꝰ æquãs i duobꝰ oppositis pũctis sese itersecãt:ita ut una eccẽ.lunæ medietas ad polũ boreũ:& altera ad austꝝ declinet.

8 ¶ Draco lũæ ẽ figura itersectiõis eccẽ.& æq̃tis lũæ caput draconis lunæ ẽ alter pũctoꝝ itersectionũ eccẽ.& æq̃tis lunæ.i quo dũ fuerit lũa ab eodẽ tẽdit i septẽtrionẽ.Cauda draconis lunæ ẽ alter pũctoꝝ itersectionũ:i quo dũ fuerit lũa: ab eodẽ meat i austꝝ. ¶ Et notat autoe quẽlibet planetaꝝ(sole excepto) circulũ eccẽtricũ:epicy.& æq̃tẽ hr̃e.Soli ãt neqȝ epi.neqȝ æq̃te opꝰ eẽ:& facile eccentrici & epi.alioꝝ ex his q̃ mõ dcã sũt diffõnes elicias:æq̃tiũ aũt norma ex theoricis q̃rẽda ẽ. Epicycli tñ supioꝝ uario q̃ lũaris epi.mõ cõuertũẽ.Hic fit ut lũa sui epi.fastigiũ tenẽs i zodiaco tarda uideaẽ:i imo uero celeriuscula:cæteri aũt planetaꝝ epi.hñtiũ cõtra:& qȝ autor addit qȝ tã dferẽs q̃ æquãs Satur.Iouis Mat. Vene.& Mercu.sint eccẽ. & extra supficiẽ eclyp. attñ singuli qqȝ illoꝝ duo sint in eadẽ supficie:hoc asserit Alphag.sed hæc,p nr̃æ itroductiõis offõ nũc sufficere uideẽ: q̃.n.exactiora reqrerenẽ ex theoricis altiꝰ repetẽda eẽnt:neqȝ,pfecto circulos cõcẽtricos eccẽtrosqȝ ponere sufficeret sed & orbes cõcẽtricos eccẽtrosqȝ adiuncẽ atriguos quẽadmodũ purbaciana docet theorica.Iuuabũt tamen quæ hic adducta sunt ad eorum facilem intelligentiam capescendam.

De statione: directione & retrogradatione.capi.secundum.

9 ¶ Statio prĩa ẽ pũctꝰ epi.ex pte oriẽtis sũptꝰ i cõtactu lieæ a cẽtro terræ p circũferẽtiã eccẽ.eductæ:epi.circũferẽtiã cõtingẽtis:in quo dũ fuerit planeta stare uĩ.

¶ Statio scda ẽ pũctꝰ epi.ex pte occidẽtis sumptꝰ:i cõtactu lieæ a cẽtro terræ p eccẽtrici circũferen. eductæ & epicycli circunferentiã cõtigẽtis:i quo dũ fuerit planeta staẽ uĩ.& duæ illæ lieæ a cẽ.terræ utrĩqȝ orientẽ occidentẽ uersus eiectæ:claudũt epicyclum.

metro media supius: cẽtꝝ eccẽ.pũctũ submissiꝰ i eadẽ dia.cẽtꝝ mũ. pũctũ sũmũ i dia. & circũferẽ. eccẽ. ab sis sũma solis pũctũ imũ i eadẽ diametro & eccẽtrici circũferẽtia: absis ima: oppositũqȝ augis solis circulus exterior circu. concen.

Notula alba intra circulũ submissior: cẽtꝝ mundi.Notula supior cẽtꝝ eccẽtrici deferentis lunæ a b:circulꝰ superior deferẽs eccẽtricus lũæ a b: circulꝰ sbmissior: circulꝰ æquãs lunæ a pũctꝰ itersectionis:caput dracõis lũæ b itersectõis pũctꝰ cauda dra.lũæ. a pũctꝰ oriẽtis b cẽtꝝ mũdi c pũctꝰ occi.d prĩa statio & plãeta i ea statiõatiꝰ f directio: & plãeta directꝰ e scda statio: & plãeta i ea statõ.pũctꝰ & notula nigra b uersꝰ retrogra.& plãeta retro.d e eccẽ.defe.epi.d e f sphæ-



10 ¶ Planeta stationarius dicit̃ cū in alterutro illoꝝ pūctoꝝ fuerit: q̄ stare sub signifero uideatur.

11 ¶ Pūctꝰ directiōis q̄ & directio: ē pūctꝰ epicycli ī sūmo epicycli ab utraq; statiōe æqdistās: ī quo dū fuerit planeta: sub signifero ueloci9 moueri uidet̃. ¶ Pūctꝰ retrogradatiōis q̄ & retrogradatio dr̄: ē pūctꝰ ī imo epicycli ab utroq; pūctoꝝ stationū æqdistās: quē cū planeta sui epicycli motu asseqt̃: sub signifero circulo retro repropare: & hæc duo puncta clare p̄ lineā a cētro terræ p̄ cētꝝ epicycli eductā cōcipiūt̃. Nā sūmꝰ illius lineæ ī circūferētia epicycli cōtactiōis pūctus directio: imꝰ uero retrogradatio ē: sūtq; hi tanq̄ duæ ipsius epicycli absides.

12 ¶ Arcꝰ directiōis q̄ & directio ēt ab autore dr̄ est arcus epicycli supior īter duas statiōes ītercepꝰ. Arcꝰ uero retrogradatiōis q̄ & retrogradatio: ē arcus epicycli iferior īter duas stationes ītercepꝰ. homonyma ergo directio & retrogradatio.

rula tota epicyclus notulæ nigræ ī sūmo: īmo & laterībꝰ epicycli planeta p̄ter solem aut lunam quicunq;.

13 ¶ Plāeta directꝰ dr̄: cū ī directiōis pūcto fuerit. Retrogradus uero: dū fuerit ī retrogradatiōis pūcto. Quo fit ut epicyclus lūæ stationes eiusdē directionē & retrogradationē ñ hēat. Nā suo hoc pacto duabꝰ lineis utriq; eōclusō: iterceptoq; epicyclo: ñ iccirco si lūa ī alterutro illoꝝ pūctoꝝ fuerit tū sub signifero stat̃ uideatur q̄ si sui motꝰ oblita: & si ī apice: sūmoq; sui epicycli pūcto fuerit ñ iccirco sub signifero motū citare ac accelerat̃ uidebit̃ q̄ ī imo q̄ priꝰ segniuscula ui: is ergo sūmꝰ sui epicycli uertex directio ñ erit. Itē & si imū sui epicycli pūctū teneat: nō ideo ī signū a quo iā exit uia zodiaci q̄ exierat retro pperabit ueꝝ q̄si negociū aliqd urgeat recto pcessiōis calle pcedere festinat: & signū qd̄ iā exit ueloci9 fugit: ñ ergo is pūctꝰ retrogradationis erit. Bono iure tn̄ dr̄ lūa & uelox cursu atq; tarda: uelox qdē pcepsq; cū ī imo sui epicy. fuerit: tarda uero cū fuerit ī sūmo: opposito quoq; q̄ alii plāetæ mō.

¶ De eclypsi solis & lūæ Cap. tertiū.

¶ Sol maior terra: cēties sexagies phibet̃. Nadir uocant pūctū puncto ubilibet oppositū. Puncta opposita intelligunt̃ q̄ lineæ p̄ centꝝ orbis utrinq; ad eius circūferētiā erectæ: sunt extrema. Punctū cētro solis oppositū semp opacitatis terræ umbra cōtigit̃: ubi. s. conus eius attigit. si ueꝝ ē conū umbræ terræ a supficie terræ distare: quantū ē semidiameter terræ ducenties septuagies sexies sumpta. 276. Lunā mīorē eē terra mathematici uolūt. Et hac quoq; de cā solē oīno terris lūna suo iteruētu adimere nō pōt: terra āt ītercepta oīno solis radios: lūæ suffiēt adimere ut lūa extictæ faci: extīctoq; glosio milis sui orbis obscuritate mortalibꝰ ñnūq̄ terrificos icutiat metꝰ: q̄si lucis bñficiū posterꝰ terris sit negatura. Sȝ qa suprꝰ acceptū ē solē maiorē eē terra & lunā eē miorē: iccirco ñ dissētaneū eē uideat̃ hī loco plāetaꝝ & stellarū magnitudies discutere: ī q̄ re faciēda Alpha. Thebiciusq; hac hypothesi usi uedēt̃ ut q̄ pportio cubi ad cubū fit: ea sit globi ad globū. Ex suis ergo hypothesibꝰ plāetaꝝ & stellaꝝ cubicas magnitudines ad cubū terræ discernemꝰ h̄ pacto. ¶ Diameter terræ cōtinet ter diametꝝ lūæ & duas eiꝰ qntas: estq; pportio diametri terræ ad diametꝝ lūnæ ut. 17. ad. 5. tripla. s. supbi ptiēs qntas. ¶ Cubꝰ. 17. ē. 4913. & cubꝰ. 5. ē. 125. subducto ergo quoties id pōt minori cubo q̄ ē lūæ a maiori q̄ ē cubꝰ terræ cognoscit̃ cubi ad cubū pportio: & quāto terra maior ē lūa: ē ergo terra tricesses nouies maior lūa īsup paulo plꝰ eius triēte cōtinēt. 39. & cētēaꝝ uicesimaꝝ quitaꝝ. 38. ¶ Diameter terræ cōtiet diametꝝ Mercurii uicies octies ē q; pportio diametri terræ ad diametꝝ Mer. ut. 56. ad. 2. uigecupla octupla. ¶ Cubꝰ Mer. 8. cubus terræ 175616. cōtinet ergo terra Mercuriū uicies semel millies nōgies quinqgies & bis. 21952. ¶ Diameter terræ cōtinet diametꝝ Veneris ter & eiꝰ unā tertiā: estq; pportio diametri ad diametꝝ ut. 10. ad. 3. tripla sesqtertia. ¶ Cubꝰ Veneris. 27. cubꝰ terræ. 1000. cōtinet ergo terra uenerē tricesies septies & uniꝰ illaꝝ ptiū unā uicesimāseptimā: estq; Venꝰ tricesimaseptia ps terræ. 37. ¶ Diameter sol' cōtinet diametꝝ terræ qnqes & semissē: estq; pportio ut. 11. ad. 2. qntupla sesqualtera. ¶ Cubꝰ solis. 1331. cubꝰ terræ. 8. maior ē ergo sol q̄ terra cēties sexagiessexies insup tres octauas ptiū terræ cōtinēs q̄ ē ps semisse mīor & triēte maior. 166. & octauaꝝ. 3. ¶ Diāeter Martis cōtiet diametꝝ terræ semel & sextā eiꝰ: estq; pportio ut. 7. ad. 6. sesqsexta. ¶ Cubus Martis. 343. cubꝰ terræ. 216. cōtinetq; mars terrā semel & dimidiū & decimā tertiā ferme. ¶ Diameter Iouis cōtiet diame. terræ q̄ter & dimidiū & unā decimāsextā: estq; pportio ut. 73. ad. 16. q̄drupla supnonuptiēs decimassextas. ¶ Cubꝰ Iouis. 389017. cubꝰ terræ. 4096. cōtiet itaq; iouia crassitudo crassitudinē terræ nonagiesqnqes: deest paulominꝰ una q̄dragesima. 55. ¶ Diamater saturni cōtinet diametꝝ terræ q̄ter & dimidiū: estq; pportio diametri ad diametꝝ ut. 18. ad. 4. q̄drupla sesqualtera. ¶ Cubus satur. 5832. cubꝰ terræ. 64. saturnꝰ ergo cōtinet terrā nonagies semel & unā octauam. 91. ¶ Diameter stellaꝝ priæ magnitudis cōtiet diametꝝ terræ q̄ter & eius dodrantē: estq; pportio diametri ad diametꝝ ut. 19. ad. 4. q̄drupla suptriptiēs q̄rtas. ¶ Cubꝰ stellaꝝ priæ magnitudis. 6859. cubꝰ terræ 64. cōtiet ergo crassitudo stellæ priæ magnitudis crassitudinē terræ centiessepties & ferme sextā unius ¶ Diameter stellaꝝ scdæ magnitudis cōtinet diametꝝ terræ q̄ter & uigintinouē sexagesimas: estq; pro-

portio diametri ad diametꝛ ut. 269. ad. 60. ¶ Cubus stellaꝛ scdæ magnitudinis 1946109. cubus terræ. 216000. cōtinetq; stella scdæ magnitudinis terrā nonagies pauloplus una octaua. 90.
¶ Diameter stellaꝛ tertiæ magnitudinis cōtinet diametꝛ terræ quater & unam octauā: estq; ꝓportio ut .33. ad. 8. quadrupla sesquioctaua. Cubus stellaꝛ tertiæ magnitudinis. 35937. cubus terræ. 512. continet ergo crassitudo stellæ tertiæ magnitudinis crassitudinē terræ septuagies & ferme unā quintā. 70.
¶ Diameter stellarum quartæ magnitudinis continet diametrum terræ ter & decem decimas tertias fere: estq; propīqua ꝓportio diametri ad diametrum ut. 49. ad. 13. tripla sup decupertiēs decimas tertias.
¶ Cubus stellarū quartæ magnitudiīs. 117649. Cubus terræ. 2197. continet ergo crassities stellæ quartæ magnitudinis crassitiem terræ quinquagiesquater. 54
¶ Diameter stellaꝛ qntæ magnitudinis cōtinet diametrum terræ ter & fere q̄tuor qndecimas: estq; propinqua ꝓportio ut. 49. ad. 15. tripla sup quadripartiens decimas qntas. ¶ Cubus stellaꝛ qntæ magnitudinis. 117649. Cubus terræ. 3375. cōtinetq; stella qntæ magnitudinis terrā trigesies qnquies. 35.
¶ Diameter stellaꝛ sextæ magnitudinis cōtinet diametꝛ terræ bis & dimidiū & fere tres tricesimasse cūdas: estq; ꝓpinq̄ ꝓpotio diametri ad diametꝛ. ut. 83. ad. 32. ¶ Cubus stellaꝛ sextæ magnitudinis. 571787. cubus terræ. 32768. cōtinetq; stella sextæ magnitudinis terrā deciesocties. 18. & illius magnitudinis stellæ (autore Alphagrāo) minime sunt q̄ obtutib⁹ sese īgerāt hūanis. Sȝ de his abūde. nūc ad deliqa determiationē reuocem⁹.
15 ¶ Eclypsis lūæ quā & lūæ deliquiū: defectūq; nūcupamus: ē defectus luminis ī lūa ex terræ īter solē: lunāq; īteruētu ꝓueniēs. & cōtigit sp in plenilunio dū sol & luna sub eclyptica in punctis oppositis ferunť; ut unum cum capite alterum uero cum cauda draconis lunæ uel prope.
16 ¶ At si centrū lūæ ī oppositiōe eius ad solē in capite uel cauda draconis fuerit: oīmō lumīe priuata deficiet & uľe deliquiū dicetur. Si uero iuxta fuerit īfra limites metasq; eclypsi designatas: ps eius nūc maior nūc mīor terras patieť tenebras. nō tñ ubiq; gentiū id patieť diceťq; iccirco ñ ab re ꝑticularis eclypsis. Et qa lūa ñ ī oī oppositiōe ad solē (q̄ mēsurna existit) ē ī capite aut cauda: aut ī tātula ad illa pūcta uicinia q̄ defectui debita sit: iccirco nō stati sunt & menstrui (hoc ē determinati & singulo quoq; mēse) lunares defectus.



A sol patiens deliquiū B luna: īter solē & aspectus nr̄os C terra d lūa: deliquȝ patiēs

17 ¶ Eclypsis solis q̄ & eius deliquiū nominať: ē lumīs solaris a nostro aspectu substractio ob corpis lūæ: sol īter illustre iubar: nostrosq; obtut⁹ īteruētū ꝓueniēs neq; ubi uis gētiū id patiť sol: ueꝛ dūtaxat apđ eos īter quoꝛ obtutus & solē lūa īntercepta solis radios adimit: intercipitq;: ne ab eis ꝑcipi ualeant: q̄ udē credunt partē solis tenebricosam esse: decepti quidem ꝙ lunæ corpus opacum interceptum percipiant. nō. n. sol suo unq̄ capiť: spoliaturq; lumine: nisi quantū memoriæ proditū est sub Tiberio cæsare
18 Semel ī oppositiōe ad lunā: q ī horrēdas uersus tenebras piter & lūa: terrifica mortalibus sese ꝓbuerūt spectacula: uisus. tunc ē sol pullo colore obscurat⁹ suū autorē lugere: q tū hierosolymis fragilis: caducemortalisq; uitæ patiebať deliquiū: quos nos oēs īmortali ídeficiēteq; uitæ lumīe donaret. Quod diuus dionysius Ariopagita phylosoph⁹: ī liberalib⁹ disciplinis tū ñ ignobiliter erudit⁹ Athenis ꝑcipiēs: multa religionis pietate uiso portēto territ⁹ exclamat: aut deus naturæ patiť aut mūdi machina dissoluitur.
19 ¶ At qa nūc de diuo Dionysio sermo incidit: is a paulo athenis ad ueritatis lumē cōuersus: paulū & hierotheū diuinos ꝓceptores habuit: factus diuinus theologus: diuinisq; illuminatiōib⁹ frequēter illustrat⁹ theologiā scriptā reliquit. Ad gallos missus ē apostolus religionis pietatē sua morte ꝓbauit: sup naturā ī eius obitu uisis ostētis & uitæ prioris cōuersatiōe sanctissima: facile eius recepta ē sanctitas. Eius cineres solēne bustū argenteū ī loco: suo noie nūc īsigni q̄ttuor miliarib⁹ a studio parisiēsi tenet: regiæ galloꝛ patronus ē: hac quoq; de re galloꝛ reges cū expeditionē ad alienas ꝓuincias suscipiunt magna cū reuerētia sanctissimas reliqas deponi iubēt qđ carolus octau⁹ xp̄ianissimo regni sceptro insignitus auitæ religionis memor factitauit: anno xp̄ianæ salutis. 1494. cū expeditionē aduers⁹ ꝑthēopē ꝓclarē cāpaniæ ciuitatē quā nūc neapoli dicunt: passet tūc ferme cū militaribus copiis citeriores tusciæ fines attigerat: cū quīto idus nouēbris eodē āno sanctissimū corp⁹ depositū ē una cū uenerādis diuoꝛ rustici & eleutherii corpib⁹: q cētū & 10. ānis uľ supra ī scripta abscōsa ñ uisaq; latuerāt. Almæ ꝑisiēsis academiæ electissimi qnq; rector: theologi iurispiti: medici nationū capita p̄hi cū suoꝛ studioꝛ īsignibus reuerēter affuerunt magnifici quoq; status & urbis & ciuitatis tū ecclesiastici cū ciuiles: tātusq; oī ex ꝑte affluxit ppl̄s ut uix loc⁹ cape sufficeret: & nos iter turbā ꝓsti hūiliter ad oscula uenim⁹ hæc adiecim⁹ ꝙ talia nr̄is secul' cōtigisse nō gaudere nō possum⁹: quæ uel rarissimis obtingere solēt temporibus. Ergo sanctis eius suffragiis nos reliquāq; nostram uitam comitamus qui nunc.
Candidus insuetum miratur limen olympi. Sub pedibusq; uidet nubes & sydera.
Et hic pro instituta astronomica introductionē metam finemq; constituamus.
Astronomici de sphæra & eius introductoriæ comentationis finis.

¶ Reuerendissimi domini Petri de aliaco cardinalis & episcopi Cameracensis doctorisque celebratissimi quæstio prima.

QVæritur primo utrum diffinitio sphæræ sit bona quam dat auctor in textu.s. sphæra est transitus circūferentiæ dimidii circuli quotiens fixa diametro quousq; ad locū suū redeat cum ducit. Arguitur primo q̄ non qa terminus unius prædicamēti nō bñ diffinit p terminū alterius prædicamēti mō sphæra est de prædicamēto qualitatis & trāsitus de pdicamēto actiōis uel passionis igit. cōsequētia est nota maior patet qa diffinitio debet dari p essentialia minor nota est. Et cōfirmat rō qa sphæra est substātia cū sit corp⁹ solidū ut dicit Theodosius: trāsit⁹ uero est mot⁹ ergo sphæra nō est trāsitus & p cōsequens diffinitio non est bona. Secundo sic quia terminus mathematicalis non debet diffiniri per terminos importantes motus modo sphæra est terminus mathematicalis & transitus est terminus importans motum igitur consequentia est nota maior patet quia mathematica abstrahit a motu & a materia minor nota est. Terno sic quia res naturæ permanentis p rem successiuā non debet diffiniri: mō sphæra est res naturæ pmanentis & trāsitus naturæ successiuæ igit. Quarto sic qa si sic sequit q̄ æq̄les transit⁹ eēnt æq̄les sphæræ sed cōsequēs est falsū. & patet cōsequētia sint duo semicirculi & sit diameter uni⁹ dupla ad diametrū alterius tunc possibile est q̄ inæq̄li tpe circūuoluātur illi duo semicirculi & tūc illi trāsit⁹ erūt æq̄les tñ sphæræ nō erūt æq̄les ut notū est immo una eēt dupla ad aliā. Quīto sic qa si sic sequeret q̄ ois sphæra eēt corp⁹ solidū. cōsequētia est nota qa corp⁹ descriptū ex tali trāsitu est solidū sed cōsequēs est falsum. q̄ patet qa corp⁹ solidū debet cōtineri una sola supficie.s. cōcaua aut cōuexa sed aliquæ sphæræ cōtinent duab⁹ supficieb⁹ ergo sphæra nō est corp⁹ solidū. maior patet p qd nōis corpis solidi minor patet qa si sic sphæræ cælestes nō eēnt sphæræ qa cōtinētur duplici supficie.s. cōuexa & cōcaua. Sexto sic qa axis seu diameter semicirculi nō pōt eē fixa circūuoluta supficie uel circūferētia ergo diffinitio ē mala. cōseqntia nota ē & añs patet qa axis ē cōtinu⁹ semicirculo ergo moto semicirculo mouet axis qa est pars eius. ¶ In oppositū arguit p autoré dantē illā diffōnem in textu & illā allegat ab Euclide. In q̄stione erūt duo articuli. In primo tñ debit ad q̄sitū. In scđo erūt dubia.

¶ Sciendū est primo q̄tū ad primū q̄ isti termini circulus circūferētia seu periferia sphæra: orbis: rotūdū in ppria significatiōe differūt inter se. Vñ circulus dr̄ supficies plana cōtēta & terminata unica linea uere circulari i cui⁹ medio est imaginat⁹ pūctus a quo oēs rectæ lineæ ductæ ad lineā circularē cōtinētē sunt æq̄les & illa linea circularis cōtinēs uocat circūferētia seu periferia. Sed sphæra dr̄ corp⁹ solidū una supficie.s. cōuexa cōtētū in cuius medio imaginatus est punct⁹ a quo oēs lineæ rectæ ductæ ad circūferētiā sunt æq̄les. Et est aduertēdū scđm illas pprias significatiōes illoꝝ terminoꝝ.s. circulus & sphæra realiter differūt nā si imaginet punct⁹ fluēs circa aliquod cētꝝ imaginatū quousq; redeat ad suū locū sine accessu uel recessu ad illud cētꝝ tūc talis pūctus describeret circūferētiā circuli nō tñ circūferētiā sphæræ. Et cā est qa nō oportet circulū eē spericū scđm pfunditatē sed solū scđm lōgitudinē & latitudinē sed oportet sphærā eē spericā scđm ternā dimēsionem. Orbis uero dr̄ figura sphætica duplici superficie contenta in cuius medio imaginatus est punctus a quo sicut prius. Corpus autem rotundum dicitur corpus tendens ad sphæricitatem nec oportet q̄ sit sphæricum sicut pomum. Ex dictis sequuntur aliqua correlaria. primum orbes cælestes non debent dici sphæræ proprie loquendo patet quia continentur duplici superficie scilicet concaua & conuexa. Secundo sequitur q̄ tales propriæ loquendo non debent dici circuli. patet quia circulus est superficies plana & tales non sunt superficies planæ immo sphæricæ. Tertio sequitur q̄ proprie debent dici orbes patet quia sunt figuræ sphæricæ duplici superficie contente scilicet concaua & conuexa. ¶ Sciendū est secūdo q̄ triplex est portio circuli quia quædā est portio semicirculi: alia est maior portio circuli: & alia est minor. Vnde portio quæ est semicirculus dicitur superficies plana contenta inter portionem circunferentiæ circuli & lineam rectam transeuntem per cētrum circuli. Sed portio maior est superficies plana intercepta inter portionem maiorem talis circunferentiæ & lineam rectam transeuntem sub centro circuli. portio uero minor continetur inter minorem circunferentiæ portionem & lineam rectam transeuntē supra centrum. Et est aduertendum q̄ huiusmodi portiones diuersas figuras describunt si circunducantur circa suos axes. Portio enim quæ est dimidius circulus describit figuram sphæricam: & portio minor describit figuram oualem. Sed portio maior describit figuram duorum angulorum ad centrum accedentiū. Scđm notabile

¶ Sciendum est tertio q̄ secundum imaginationem mathematicorum punctus fluens describit lineam & linea fluens causat superficiem & superficies fluens causat corpus. Et ita imaginandum est de semicirculo q̄ si fluat quousque redeat ad suum locum a quo inceperat diametro quiescente q̄ causat sphæram. ¶ Sciendum quarto q̄ differentia est inter axem & diametrum saltem rationis quia diameter dicitur quæcūq; Tertiū Quartum

linea diuidens uel imaginata diuidere aliquod corpus in duas partes æquales. nam dicitur a dia ꝙ est duo
& metros ꝙ est mensura quasi mensurans seu diuidens aliquod corpus in duas partes æquales. Sed axis di
citur linea imaginata circa quam imaginatur aliquod corpus reuolui circulariter terminata ad ambos po-
los illius corporis. ex quo sequitur ꝙ in cælo non est nisi unus axis & hoc quantum ad unum motum scili
Quitú cet diurnum. sed sunt infinitæ diametri imaginabiles. ¶ Sciendum est quinto ꝙ dupliciter capitur transi-
tus. Primo modo capitur pro motu de aliquo loco in aliquem locum sed sic non capitur hic. Secundo
modo capitur transitus pro corpore contento a circunferentia imaginata describi per transitum alicu-
ius alterius circunferentiæ & sic capitur hic. Iuxta quod est diffinitio sic exponenda. Sphæra est transitus
&c. idem est corpus contentum a superficie imaginata describi ex transitu circunferentiæ dimidii circuli
quousque illa circunferentia redeat ad locum in quo incepit fixa diametro idest diametro non mota motu
Cõcl'o quo exeat suum locum & est ista diffinitio descriptiua. ¶ Conclusio responsalis est ista diffinitio sic exposi
rñsalis ta est bona: pꝫ quia exprimit sufficienter naturã diffiniti & conuertitur cum diffinito ergo est bona conse
quentia est nota antecedẽs patet discurrendo per diffinitionis particulas. unde ponitur primo loco corpus
contentum tanquam genus diffiniti uel tanquam cõmunius. ponitur notanter a superficie imaginata de-
scribi quia realiter non describitur immo stat alicubi esse sphæram ubi nunquam fuit transitus factus ta-
lis circunferentiæ. Dicitur notanter quousque redeat ad suum locum alias enim non compleretur. Dicitur
notanter diametro fixa quia si moueretur motu quo exiret suum locum tunc non describẽtur sphæra. Et
sic patet ꝙ diffinitio est bona. Et ista diffinitio datur de sphæra secundum acceptionem propriam. Nã ali-
quando large capiuntur isti termini sphæra: orbis: circulus: pro terminis sinonimis. & hæc de articulo pri-
Scd's ar mo. ¶ Quantum ad secundum dubitatur primo utrum scientia astrologiæ cuius scientia huius tractatus
ticulus est una pars sit mathematica uel naturalis. Pro quo est aduertendum ꝙ tres sunt speculatiuæ scientiæ in
Primũ generali. Prima considerat ens inquantum ens & de passionibus & proprietatibus ipsius entis inquantum
dubiuꝫ ens. & ista habetur i libro metaphisicæ cuius subiectum ut dicit .p. ibidẽ est ens nec obstat eius analogia ut
dicit Aristoteles ibidem quia analogia non impedit rationem subiecti attributiõis. Cuius causa est quia i
analogia significatio minus principalis est per attributionem ad significationem principalem igitur per-
tinet ad eandem scientiam cum principali significatione. Alia scientia speculatiua cõsiderat res inquantũ
sunt mobiles seu ad motum habitudinem habentes. Et talis phisica dicitur aut naturalis ex eo ꝙ formalis
ratio obiectiua talis scientiæ est motus cuius natura est principiũ & cuius subiectuꝫ est ens mobile. Tertia
scientia speculatiua considerat res in ordine ad earum quantitates & ad proprietates per se conuenientes
quantitati quæ sunt figuræ proportiones æqualitas inæqualitas & sic de aliis. & talis sciẽtia uocatur ma-
thematica & eius subiectum ab aliquibus ponitur esse magnitudo melius tamen uidetur ꝙ quantitas
considerata in ordine ad suas proprietates & passiones sit subiectum quia magnitudo est nomẽ magis spe
Diui ciale ut uidebitur post. ¶ Secundo notandum est ꝙ secundum duplicem commensurabilitatem in quanti-
sio ma- tate & etiam secundum duplices proprietates quantitati conuenientes mathematica totalis diuiditur pri
thema ma sui diffinitione in duas partes generales. Prima considerat de rebus in ordine ad quantitatem continuã
ticaꝝ & proprietates & passiones de per se conuenientes quantitati cõtinue quæ sunt figuræ: æqualitas: inæqua
sciaꝝ. litas &c. & ista uocatur geometria & eius subiectum magnitudo. Alia pars considerat res in ordine ad quã
titatem discretam & ad proprietates q̃titatis discretæ & eius subiectuꝫ est numerus siue multitudo. Et istæ
duæ partes sunt generales in mathematica & omnes aliæ ad eas reducuntur uel de ipsis participant. ¶ Ter
tio notandum est ꝙ duplices sunt scientiæ mathematicæ. nam quædaꝫ sunt quæ docent operari sicut geo
metria arismetica. Cum hoc tamen stat ꝙ tales sunt speculatiuæ quia licet doceant operari tamen illarum
finis principalis est scire propter hoc habemus practicam geometriæ ab aliquibus distinctaꝫ a geometria
Mathe in se sed aliæ sunt scientiæ mathematicæ quæ non docent operari sicut est perspectiua. ¶ Quarto notan-
mati- dum est ꝙ cum duabus partibus mathematicæ prius enumeratis quæ sunt geometria & arismetica sunt
cæ me adhuc aliæ tres partes principales scilicet musica perspectiua & astrologia. Vnde musica considerat de
diæ uel quantitate discreta specificatiue tamen per sonos ita ꝙ considerat quantitatem discretam secundum ꝙ ẽ
mixtæ sonora. Sed perspectiua considerat quantitatem continuam & hoc specificatiue per uisionem idest secun
dum ꝙ facit ad uisionẽ & ponitur eius subiectum linea uisualis. Sed astrologia considerat de quantitate &
magnitudine corporum cælestium & commensurabilitate ipsorum & suorum motuum & de eorum distã
tia ab ipsa terra. Et ponitur eius subiectum magnitudo mobilis. Et de ista est magis ad propositũ. Et istæ
tres mathematicæ nõ sunt puræ mathematicæ sed dicuntur mediæ. Et de hoc potest triplex causa assigna
ri. Prima nam dicuntur mediæ inter mathematicam & naturalem scientiam quia considerant res non se-
cundum rationem pure mathematicam nec pure naturalem sed mixtam ex naturali & mathematica. Se
Dubi- cunda cã est qa istæ tres scientiæ plures conclusiones phisicales demonstrant p principia non pure natura
tatiões lia. Tertia causa est quia illæ tres scientiæ considerant de subiecto complexo ex termino naturali & termi-
bonæ. no mathematico sicut musica de isto subiecto numerus sonorus. ¶ Sed iuxta hoc sunt duæ dubitationes.
Prima est utrum sint aliquæ mediæ scientiæ inter methaphisicam & naturalem sciẽtiam sicut sunt aliquæ

mediæ inter mathematicam & naturalem philoſophiam. Secunda dubitatio eſt de illis tribus ſcientiis me
diis utrum magis debeant dici naturales q̃ mathematicæ uel econtra. ¶ Ad primam reſpondetur ꝙ inter
methaphiſicam & ſcientiam naturalem non ſtat aliqua ſcienna media. & cauſa poteſt aſſignari dãdo diſſi-
militudinem de methaphiſica & de mathematica & ſcientia naturali. unde ſi fiat complexio ex duobus ter
minis uno ſe habente tanq̃ formali & altero ſicut pure materiali tunc denominatio partim ſolum ad for-
male & ideo dato ꝙ ſubiectum alicuius ſcientiæ complectentur ex termino methaphiſico & termino na-
turali ſcientia diceretur naturalis. Sed dum eſt complexio ex duobus quorum quodlibet ſe haber tanquaꝫ
formale tunc ex parte cuiuſlibet formæ ſit aliqua denominatio. & ita eſt de ſubiectis ſcientiarum media-
rum inter mathematicam & ſcientiam naturalem quia complectuntur ex duobus quorum quodlibet eſt
formale. ¶ Ad ſecundam dubitationem aduertendum eſt ꝙ omnes conueniunt. in hoc ꝙ ſi alicuius ſcien-
tiæ mediæ ſubiectum componatur ex duobus terminis formalibus diuerſarum ſciennarum tunc ſcienna
debet magis denominati ab ultimo formali. ſed tunc illo fundamento dicunt quidam illas ſcientias medi
as eſſe magis mathematicas q̃ naturales. Et ad hoc adducũr iſtam rationem quia in eis ultimum formale
eſt pertinens ad mathematicã & ſic dant ſubiecta. ſ. muſicæ ſonus numeratus & perſpectiue uiſio linealis.
alii ponunt modum econtrario ſcilicet ꝙ tales ſcientiæ ſunt magis naturales ſiue in ſubiectis earum po-
nunt ultimum formale eſſe terminum naturalem ut numerus ſonorus eſt ſubiectum muſicæ. ¶ Tertio du
bitatur circa hoc de aliquibus paruis tractatibus ut tractatus de ponderibus & tractatus de ſpeculis ad q̃s
ſcientias reducuntur. Ad ꝙ reſpondetur ꝙ tractatus de ponderibus reducitur ad aſtrologiam & tractatus
de ſpeculis ad perſpectiuam ita ꝙ ſolum ſunt hic ſcientiæ mathematicæ principales. Ex omnibus iſtis in-
fertur reſponſio ad dubium principale. ſcilicet ꝙ aſtrologia eſt ſcientia media inter mathematicam & na-
turalem. Verumtamen eſt aduertendum ꝙ differentia eſt inter aſtrologiam & aſtronomiam. Vnde aſtro-
nomia conſiderat corpora cæleſtia ſecundum ꝙ ſunt mobilia & ſecundum quia per ſuos motus poſſunt
coniungi uel opponi uel ſe habere in tali reſpectu uel in tali. Sed aſtrologia conſiderat de ipſis quantuꝫ ad
effectus eorum qui ex ipſis poſſunt ſequi ratione oppoſitionum uel coniunctionum uel aſpectuum eorum
inter ſe & iſta aſtrologia uocatur a pluribus aſtrologia iudiciana. & iſta eſt pure naturalis. ¶ Secundo du- Scd̃m
bitatur principaliter utrum uniuerſum ſit ſubiectum in iſto tractatu. Et uidetur ꝙ non quia magnitudo dubiũ
mobilis eſt ſubiectum huius tractatus ergo. conſequentia eſt nota antecedens patet quia iſte tractatus ge-
neralis eſt ad totam aſtrologiam ergo debet habere idem ſubiectum cum totali aſtrologia modo magni-
tudo mobilis eſt ſubiectum in tota aſtrologia ergo & huius tractatus. Ad oppoſitum arguitur per actoreꝫ
in textu ubi ponit ꝙ uniuerſalis mundi machina in duo diuiditur & ſic uidebatur innuere per hoc ꝙ eius
intentio erat conſiderare de uniuerſo tanquam de ſubiecto. ¶ Pro dubio eſt aduertendum primo ꝙ tripli
citer capitur uniuerſum. Primo modo pro aggregato ex corporibus cæleſtibus. Secundo modo pro primo Quot
motore. Et tertio mõ capitur uniuerſum pro aggregato ex corpibus cæleſtib⁹ & intelligentiis eis applica modis
tis & omnibus mixtis & quattuor elementis ſub orbe lunæ contentis. Et iſto modo capiendo ille termin⁹ dicitur
uniuerſum non ſignificat tale aggregatum abſolute ſed reſpectiue per iſtum modum ꝙ ſignificat corpo- uniuer-
ra cæleſtia inquantum ſunt circulariter mobilia & elementa cum mixtis in eis contentis inquantum a cor ſum
poribus cæleſtibus reguntur per ſuos motus. ¶ Secundo notandum eſt ꝙ de iſto dubio dicunt diuerſi di-
uerſimode. nã dñt aliq primo ꝙ ille terminus uniuerſũ ſcd̃m primã acceptionẽ & ſcd̃am nõ ẽ ſubiectũ hui⁹
tractat⁹ & hoc notũ eſt. ſcd̃o dñt ꝙ uniuerſũ ſcd̃m tertiã acceptionẽ eius eſt ſubiectũ attributionis huius
tractatus. Et cã eſt quia illud cõuenienter ponit̃ ſubiectũ in iſto tractatu cui conuenit rõ gñalis ſcd̃m quã
res cõſiderant̃ in illo tractatu cui cõuenit rõ generalis. mõ ita eſt de iſto termino uniuerſum qđ patet qa
ratio generalis ſecundum q̃ conſiderantur res eſt eſſe corpus circulariter mobile aut rectum a corporibus
circulariter motis per ſuos motus modo iſta eſt ratio huius termini uniuerſum ſecundum tertiam accep-
tionem. ¶ Sed contra obiciunt alii per hoc ꝙ iſte terminus uniuerſum non uerificatur de uere conſidera-
tis in hac ſcientia ſcilicet de cælo orbe cæleſti nec de aliquo elemento ſed de totali aggregato ſimul quia
de nullo uerum eſt dicere ꝙ ſit uniuerſum. Iſti ergo ponunt ꝙ magnitudo mobilis eſt ſubiectum attribu-
tionis huius tractatus. Pro quo eſt aduertendum ꝙ iſte tractatus generalis eſt ad totam aſtrologiam ſicut
liber phiſicorum ad totam phiſicam ſeu naturalem ita ꝙ in iſto tractatu determinatur in generali de illis
de quibus determinatur in ſpeciali in libris ſpecialibus aſtrologiæ & ſic rationabile eſt ꝙ idem ſit ſubiectũ
in iſto tractatu & in totali aſtrologia. Verumtamen ſuſtinendo primum modum de uniuerſo ſolueretur
ratio ad oppoſitum qua dicebatur ꝙ uniuerſum non uerificatur de conſideratis in iſta ſcientia & cætera
dicitur ꝙ uerificatur de conſideratis in hac ſcienna in obliquo cum iſto addito pars & hoc ſufficeret ad
ſubiectum. ¶ Vlterius eſt aduertendum ꝙ aſtrologiæ ponuntur aliquæ partes principales. Prima pars con Quot
ſiderat in generali motus ſitus & figuras corporum cæleſtium. & iſta habetur a philoſopho i libro de cælo ſunt p̃-
ſed non debet dici aſtrológia eo ꝙ non conſiderat tales per rationes mathematicales ſed per naturales. tes
Alia pars conſiderat in generali motus ſitus & figuras corporum cæleſtium per rationes mathematicas. & aſtro
iſta habetur ab actore in iſto tractatu & eſt generalis ad alias partes. Tertia pars deſcẽdit in ſpeciali ad mo- logiæ

tus planetarum & circulorum in corporibus cælestibus.& ista habetur a Ptholemæo in almagesti.Quarta pars in speciali descendit ad coniunctiones & oppositiones & aspectus planetarum inter se & ista habetur etiam a Ptolemæo in almagesti.Et ista pars continet sub se quosdam tractatus ubi sunt tabulæ sicut tabulæ Alphonsii & etiam tabulæ delinerus.Quinta pars considerat de effectibus consequentibus cõiunctiones uel oppositiones uel aspectus corporum cælestium & ista uocatur astrologia iudiciaria.& etiã potest proprie uocari astrologia.& ista habetur ab Albumasar in suo introductorio.& etiam a Ptolemæo in suo centiloquio.Et omnes alii tractatus astrologiæ ad istos reducuntur.& sic patet de isto dubio.

Tertiũ dubiũ

¶ Tertio dubitatur principaliter de diffinitione sphæræ quam allegat actor a Theodosio utrum sit bona scilicet sphæra est corpus solidum unica superficie contentum a quo &c. Et uidetur primo ꝙ non sit bona quia omne corpus est solidum & quicquid est solidum est corpus ergo superflue ponuntur ambo.Secundo sic totalis massa terræ est una sphæra tamen nõ est:est contenta unica superficie immo duabus scilicet superficie aquæ & superficie aeris.uidelicet superficie aquæ in terra non habitabili & superficie aeris in terra habitabili.Tertio sic quia nullus est punctus in sphæra a quo omnes lineæ pertractæ ad circunferentiam sunt æquales quia oporteret ꝙ talis punctus esset indiuisibilis & nullus est talis ut habetur sexto phisicorum.

Tripl'r dicitur solidũ

¶ Pro isto dubio est aduertendum ꝙ tripliciter solet capi solidum.Primo modo prout tantum ualet sicut firmum uel durum sicut ferrum uel lapis & sic eo utuntur uulgares.Secundo modo dicitur soliduʒ omne illud quod est continuum & sic non capitur in proposito.Sed tertio modo dicitur illud solidum quod est terna dimensione dimensionatum non existens concauum sed per totum plenum sine repletione corporis alterius speciei.& sic capitur in proposito.Ex quo sequitur ꝙ non superflue ponitur solidum in diffinitione:patet quia non quodlibet corpus est sic solidum. ¶ Secundo notandum est ꝙ mathematici loquẽtes de idemptitate lineæ uel superficiei non curant de idemptitate quantum ad essentiam sed solum de idemptitate quantum ad continuationem seu contiguationem sine uariatione in figuris notabilibus diuersarum specierum.Ex quo patet ꝙ mathematicus diceret terram contentam superficie aquæ pro una parte & pro alia parte aeris superficie esse contentam una superficie. ¶ Tertio notandum est ꝙ mathematicus nõ multũ curat utrũ sint realiter pũcta indiuisibilia uel lineæ indiuisibiles uel sup̃ficies:sed solũ talia imaginat̃ qa admissa imaginatione talium melius deuenit mathematicus in suum finem.& per hoc soluitur tertia ratio sumpta a puncto imaginato.

Quartũ dubium

¶ Dubitatur quarto utruʒ entia mathematicalia sint abstracta a motu a materia & a qualitatibus sensibilibus.patet ꝙ non quia talia coniunguntur & materiæ & qualitatibus sensibilibus & motibus ergo non sunt abstracta ab illis.Iterum quia entia mathematicalia diffiniuntur per terminos importantes motum ut patet de sphæra quæ diffinitur in textu pertransitum & cætera.In oppositũ est.p.sexto methaphisicæ & in secundo phisicorum.patet etiam ex ethimologia nominis quia mathematica dicitur a mathesis quod est abstractio & ycos ꝙ est scientia quasi scientia de abstractis.

Diuersitas opinionuʒ circa hoc

¶ Pro dubio aduertẽdum est ꝙ omnes in hoc conueniunt scilicet ꝙ entia mathematicalia sunt abstracta a motu & materia & qualitatibus.Sed tamen de intentione eius dicunt diuersi diuersimode.Primo dicunt quidam ꝙ entia mathematicalia sunt abstracta a motu & cætera.secundum considerationem sed non quãtum ad esse.Alii dicunt entia mathematicalia uel cõsiderantur per terminos mathematicos uel p̃ naturales.si p̃ mathematicos dicuntur abstracta a motu & materia.si per naturales non.Iterum dicunt aliqui ꝙ entia mathematicalia possunt considerari secundum rem & secundum considerationem.si secundum rem tunc non debent dici abstracta a motu & cætera.si tamen secundum rationem tunc debent dici abstracta.Sed iterum dicũt alii ꝙ entia mathematicalia possunt considerari secundum esse:uel secundum essentiam.si secundum esse tunc non debent dici abstracta.si secundum essentiam tunc sunt abstracta.

Dupl'r dicunt̃ entia mathe.

¶ Verumtamen pro declaratione istorum aduertendum ꝙ dupliciter possunt dici entia mathematicalia. Primo termini possunt dici entia mathematicalia secundo res pro quibus supponunt.termini dicuntur mathematicales quia sunt abstracti a motu & a materia & cætera ad talem sensum ꝙ in sua ratione non includunt materiam motuʒ nec qualitatem sensibilem uel si includerent nõ minus essent mathematicales.Sed de rebus dicendum est ꝙ aliquæ res mathematicales sunt realiter abstractæ a motu & a materia & a qualitatibus sensibilibus. patet quia quattuor intelligentiæ sunt res mathematicales quia sunt significatæ per terminum mathematicalem tamen sunt abstractæ a motu & a materia & qualitatibus sensibilibus.Secundo dicendum est ꝙ aliquæ res mathematicales sunt realiter abstractæ a materia non tamen a motu nec a qualitatibus sensibilibus ut patet de corporibus cælestibus.Ex quo patet ꝙ si realiter omnes res essent abstractæ a motu non minus essẽt mathematicales.& hæc de secundo articulo.

Ad rõnes qõnis

¶ Ad rationes quæstionis ad primam dicitur exponendo maiorem uel loquendo de diffinitione quiditatiua essentiali & sic conceditur, uel loquendo de descriptione uel quid nominis & sic negatur. Ad confirmationem dicitur ꝙ ibi non capitur transitus pro motu sed pro corpore contento ut dicebatur exponendo diffinitionem. ¶ Ad secundam negatur illud antecedẽs immo propter pennuriam nominum licitum est terminos unius scientiæ diffiniri per alterius scientiæ terminos. ¶ Ad tertiam respondetur eodem modo sicut ad confirmationem primæ rationis. ¶ Ad quartam respondetur ꝙ transitus esse æquales potest intelligi dupliciter uno modo per circulationem ita ꝙ inæquali tem-

pore complentur æquales reuolutiones.& isto modo consequentia non ualet.secundo modo dicuntur trā situs æquales quantum ad spacium descriptum & isto modo concederetur ꝙ æquales transitus æquales sphæras describunt nec illud reprobat ratio.¶ Ad quintam dicitur ꝙ bene probat de ui nominis ꝙ orbes cælestes non sunt sphæræ capiendo proprie sphæram.¶ Ad ultimam dicitur ꝙ uerum est nec oportet ꝙ fixa sit sed sufficit ꝙ sit libera a motu quo exeat suum locum:Auctoritas post oppositum est pro dictis.

¶ Reuerendissimi domini Petri de aliaco cardinalis & episcopi cameracensis doctorisque celebratissimi quæstio secunda.



Vaeritur secundo utrum sint præcise.9.sphæræ cælestes & nō plures nec pauciores.Et arguitur primo ꝙ non.Et primo ꝙ sint pauciores quia nulla est sphæra cælestis ergo.consequentia tenet antecedens patet quia sphæra debet esse corpus solidum ut prius dictum est mō nulla est sphæra in cælo quæ sit corpus solidum immo quælibet est concaua.¶ Secundo sic quia si essent plures sphæræ cælestes uel essent continuæ uel contiguæ.sed nullum potest dici igitur.maior nota est minor patet primo ꝙ non sint continuæ quia continuorum est idem motus modo sphærarū cælestium non est idem motus.nam orbes inferiores mouentur contra motum firmamenti complendo reuolutiones suas in certis temporibus.Nec potest dici ꝙ tales sunt contiguæ ꝙ patet quia captis superficiebus duarum sphærarum immediatarū scilicet conuexa inferioris & concaua superioris:tunc quæritur uel illæ duæ superficies sint eædem uel diuersæ si eædem sequitur tunc ꝙ illæ duæ sphæræ sunt una ex quo earum ultima sunt unum.Si sint diuersæ quæritur utrum sint æquales uel inæquales.Si sint æquales tunc hoc est contra Euclidem in una propositione tertii geometriæ ꝙ circa idem centrum non contingit collocare plures circulos æquales.Si sint inæquales sequitur ꝙ cum una contineat aliam tanquam locus locatum ꝙ locus non est æqualis locato contra.p.quarto phisicorum.Et confirmatur ratio & imaginetur una linea protracta a centro terræ per unam illarum sperarum usq; ad superficiem concauam sphæræ continentis & capiatur punctus terminans illam lineam.Tunc quæritur utrum talis punctus sit in superficie conuexa sphæræ inferioris uel non.Si sic sequitur ꝙ cum in superficie concaua sphæræ superioris sit:tūc illæ habent eandē superficiem quod est propositum.Si dicatur ꝙ non tunc capio punctum terminantem lineam in superficie conuexa speræ inferioris & punctum in concaua superioris.& inter illa duo puncta est distātia & sic illæ duæ distant abinuicem & per consequens inter eas est uacuum.contra.p.4.phisicorum.¶ Tertio sic quia est solum una sphæra aquæ:una terræ:& sic de aliis ergo etiam est una sphæra cælestis cōsequentia tenet a simili.& patet ex alia ratione quia nisi sic tunc essent plura corpora simplicia q̄.5.contra.p.primo cæli sequeretur etiam ꝙ idem motus simplex deberetur pluribus corporibus simplicibus secundum se contra eundem ibidem.¶ Quarto sic quia non est nona sphæra igitur.tenet consequentia.probatur antecedens quia superflue esset illa nona sphæra ergo non est.tenet consequentia quia deus & natura nihil faciunt frustra probatur antecedens quia si non esset superflue maxime deseruiret ad influendum in istis inferioribus sed hoc non ergo.consequentia est nota maior patet quia propter aliam causam non requirūtur corpora cælestia.minor patet quia sphæra non influit nisi ratione stellæ in ea positæ modo in illa nona sphæra nulla est stella sed bene in aliis ergo non influit.¶ Deinde arguitur ꝙ sint plures quia plures sunt stellæ q̄.9.ut notum est:modo quælibet stella est una sphæra quæ est corpus solidū una superficie contentum ergo sunt plures speræ q̄ nouē.¶ Secūdo sic quia ꝓ quolibet planeta ponunt̄ tres orbes seu sphæræ ergo ponunt̄ plures q̄ 9.cōsequentia est nota.antecedēs patet quia ꝓ sole ponunt̄ tres orbes.s.duo eccētrici q̄tum ad unā supficiem.& tertius eccētricus q̄tum ad ambas.& ita ēt ꝓ quolibet planeta cū hoc ēt ꝙ ponunt̄ epi.ꝓ aliquibus planetis.¶ In oppositū arguit̄ per autorē in littera & ēt per astrologos ponētes.9.sphæras cælestes.In quæstione erunt duo articuli.In primo erunt notabilia.& uidebitur de.8.sphæris inferioribus.Et in secundo uidebitur de nona an sit ponenda & an sunt plures & mouebuntur dubia.

Primus articulus

¶ Quantum ad primum sciendum est ꝙ sphæra hic sumenda est large prout se extendit ad orbem.Secundo notandum est ꝙ aliqui imaginabantur cælum esse unam massam totaliter continuam licet una eius pars moueatur ad unā partem & alia ad aliā partem.nec sic ex talibus diuersis motibus sequit̄ discontinuitas q̄a ponebāt cælum esse talem massam fluxibilē ad modū aquæ:mō fluxibiliū bñ sunt diuersi motus q̄uis cōtinuorū sicut aqua.

Opinio

Reprobatio

Sed breuiter illa imaginatio est cōtra Arist.& oēs phōs & astrologos:nam sic hñent ponere unicam sphæram cælestem & stellas moueri sicut pisces in aquis quod est falsum.Et ideo aliter dicendum est de continuitate ptium eiusdem sphæræ inter se & de discontinuitate diuersarum sperarum inter se.

Quot modis dicitur cōtinuum

¶ Pro quo notandum est ꝙ dupliciter dicunt̄ aliqua continua.uno modo de per se sicut homo dicit̄ unus hō continuus.alio mō quantitatiue & huiusmodi cōtinuitas quātitatiua dr̄ esse q̄dam qualitas secunda cōsequens ex humido uiscoso qua qualitate ptes se tenēt adinuicē.& ab aliquib⁹ uocat̄ tenacitas ptiū.Sed q̄tū ad corpa cælestia ē imaginādū ꝙ sicut in illis ē raritas & dēsitas alterius rōnis q̄ sint raritas & densitas in istis inferioribus ita & continuitas.& ideo q̄a partes eiusdē sphæræ se tenēt dicimus esse unam sphæram continuam.& partes duarū sperarum nō se tenēt.ideo nō dicimus eas esse continuas sed bñ cōtiguas.Verūtñ quidam uolebant

reddere causam continuitatis & discontinuitatis in cælo per intelligentias. unde sicut non stat hic inferius
aliqua esse continua habentia formas diuersarum specierum ita etiam in cælo non stat aliquas speras esse
continuas si habeant diuersas intelligentias. istud tamen non sufficit propter unam causam quia in diuer-
Tripli sis eccentricis eiusdem sphæræ totalis est eadem intelligentia tamen sunt discontinui inter se. ¶ Secundo
capitur notandum est q capiendo speram large sphæra capitur tripliciter. Primo modo quia est quædam pars cæ-
sphæra li sperica quis non separata a toto nec suppõi taliter existens. & isto modo quælibet stella uocatur una spe
ra & sic sunt plures speræ q̃. 9. ut notum est. secundo modo dicitur aliqua sphæra quia est unus orbis sepa-
ratus a toto & suppo. taliter existens & isto modo pro quolibet planeta sunt tres sphæræ uel tres orbes.
uerbigratia pro sole sunt tres orbes qui dicunt eccentrici. s. unus qui est eccentricus quo ad superficiem
concauã solum. & alter est eccentricus quo ad superficiem conuexã tantum. & alter est eccentricus quo ad
ambas & uocatur deferens. Et isto modo etiam epicycli dicuntur orbes & spheræ & sic secundum istũ mo
dum sunt plures speræ q̃. 9. ut notum est. Sed tertio modo dicitur aliqua sphæra una quia est aggregatum
ex omnibus orbibus requisitis ad saluandum omnia illa quæ apparent circa motum alicuius planetæ. &
isto modo tres eccentrici cum epicyclo & corpore planetæ non dicuntur nisi una sphæra & ita loquẽdũ ẽ
de speris in proposito. Vnde aduertendum est q aliqui negauerunt huiusmodi eccentricos & epicyclos &
apparentias cogentes philosophos & astrologos ponere huiusmodi epicyclos uoluerũt saluare p inũdatio-
De oc- nes partium cæli sicut per inundationes partium maris. ¶ Tertio notandum est q p. uiderũt plures stellas
to iferi moueri ab oriente in occidentẽ & uiderunt illas stellas continue se habere in eadem propinquitate & distã
oribus tia abinuicem & primo moti fuerunt ponere unam sphæram pro omnibus illis quæ uocatur firmamentũ
speris & illa ponitur esse. 8. spæra a philosophis & ab astrologis. Deinde ipsi uiderunt alias. 7. stellas aliquando
plus appropinquare adinuicem aliquando plus recedere aliquando coniungi inter se & aliquando opponi
& per hoc concludebant q illæ. 7. erant in. 7. orbibus diuersis supposito q stella non mouetur in cælo si-
cut piscis in aqua. & illæ. 7. uocantur planetæ erratici. Et aliæ stellæ quæ sunt in octauo cælo uocãtur stel-
læ fixæ. Et de ordine istorum orbium. 7. planetarum erraticorum orbis saturni ponitur superior post. 8.
speram. deinde orbis iouis. deinde orbis martis. deinde orbis solis. deinde orbis ueneris. deinde orbis mer-
Scds ar curii. & finaliter orbis lunæ. Et hæc de primo articulo. ¶ Quantum ad secundum aduertẽdum est suppo-
ticulus sito q sunt. 8. speræ inferiores scilicet. 7. speræ. 7. planetarum erraticarum & octaua quæ dicitur firmamẽ
De no- tum q de positione. 9. speræ fuit una opinio antiquorum. p. ponentium. 9. speram non esse ponendam sed
na spa præcise octauam. Et isti non perceperunt. 8. moueri pluribus motibus sed præcise dicebant ipsam moueri
uno motu firmamenti scilicet diurno. Et ideo non perceperunt necessitatem cogentem ponere. 9. speram.
Sed breuiter illa opinio est contra astrologos & fundatur in uno q est contra rei ueritatem scilicet q octa
ua spera non mouetur nisi uno motu simplici. Et ideo est alia opinio ponens istam conclusionem q est po-
nenda ultra octauam sperã. 9. Pro cuius declaratione ponendæ sunt aliquæ propositiones uel suppositio-
nes. Primo supponitur q. 8. spera mouetur duplici motu scilicet uno motu ab oriente in occidentem su-
pra polos mundi qui uocatur motus diurnus & alio motu ab occidente in orientem super polos zodiaci
qui uocatur motus sibi proprius. Vnde primo motu. 8. spera complet reuolutionem suam in. 24. ho-
ris. sed secundo motu solum mouetur uno gradu in. 100. annis & sic in. 36000. annis complet reuolutio-
nem suam & propter hoc q iste motus proprius est nimis tardus ideo antiqui philosophi non percepe-
runt illum. Secundo supponitur q eadem spera non mouetur diuersis motibus a diuersis intelligen-
tiis sibi applicatis. Tertio supponitur q aliqua spera nunquam mouetur ad motum speræ inferioris sed
bene ad motum speræ superioris, patet ex essentiali subordinatione intelligentiarum secundum q subor
dinantur orbes. Quarto supponitur q una spera non mouetur diuersis motibus secundum naturam pro-
Cõclo priam. ¶ Istis suppositis probatur conclusio quia octaua spera mouetur duplici motu per primam suppo-
rñsalis sitionem & non per eandem intelligentiam sibi applicatam per secundam. nec a diuersis sibi applicatis per
tertiam ergo mouetur uno suo motu ad motum alicuius alterius speræ, & non speræ inferioris per quar-
tam suppositionem ergo hoc est a motu superioris & habetur propositum & sic patet conclusio probata.
Opio Veruntamen fuit una opinio aliquorum ponentium octauam speram moueri duplici motu ut dictum
quorũ- est non tamen propter hoc posuerunt nonam sphæram. & dixerunt q ipsa mouetur duplici motu ab eadem
dam intelligentia. Et ad hoc mouebantur duplici rõne. Prima est q spera nobilior debet esse suprema inter ali
as modo. 8. nobilior est cum sit decorata tot notabilibus stellis & non aliqua aliarum ergo debet esse su-
Repro- prema. Secunda ratio quia illa. 9. de nullo deseruiret quia non influeret in istis inferioribus propter de-
batio fectum alicuius planetæ. Sed breuiter quod sit ponenda. 9. arguitur quia motus primi mobilis debet esse
simplicissimus secundum quod habetur octauo physicorum ergo primum mobile debet moueri unico
motu simplici sed sic non est de octaua spera igitur ipsa non est primum mobile & per consequens
nona spera est ponenda. Secundo sic tempus est mensura motus primi mobilis ut habetur quarto
Bonuz physicorum cum ergo tempus debeat esse regulare cum sit mensura omnium aliorum sequitur q motus
dubiuz primi mobilis debet esse regularissimus & per consequens simplex & sic ponẽda est nona sphæra. ¶ Sed re-

stat dubitatio si ultra illam nonam sphæram sit aliquid. breuiter istud dubium potest habere duplicem sensum unus est de aliis sphæris scilicet utrum supra illam nonam sit ponenda aliqua alia sphæra. uel sic utrum ultra illam nonam sphæram sit aliquid. Et primo dicendum est de primo sensu. & postea de alio. Pro quo est aduertendum ꝙ communis opinio apud astrologos est ꝙ adhuc ultra.9. decima sit mobilis probant hoc suppositis tribus suppositionibus ultimis positis pro quæstione prius posita. ultra supponũt ꝙ octaua sphæra cum motu proprio & diurno mouetur tertio motu qui dicitur motus accessus & recessus. Quo supposito probant intentum suum arguendo sicut prius: quia octaua sphæra mouetur duobus diuersis motibus præter suum motum proprium & non mouetur illis duobus motibus ad motum eiusdem sphæræ superioris sed ad motum duarum scilicet uno ad motum nonæ sphæræ & alio ad motum decimæ sphæræ.

De sphæra quiescente

¶ Viterius aduertendum est ꝙ probabile est ponere ultra sphæras mobiles sphæram quiescentem. Hoc potest persuaderi aliquibus rationibus. prima est supposito primo ꝙ quicquid mouetur localiter mutat locum secundum se uel suas partes. suppositio nota est ex terminis. ex quo sequitur ꝙ quicquid mouetur localiter est in loco patet quia alias non mutaret locum. Quibus suppositis arguitur sic. quælibet sphæra mobilis mouetur localiter ut supponitur ergo mutat locum secundum se uel secundum suas partes per primam suppositionem. ergo est in loco per secundam. & ultra quælibet sphæra mobilis est in loco sed non in sphæra sibi inferiori: quia locus debet circundare locatum: ergo est in sphæra superiori & per consequens oportet esse aliam quiescentem. Secunda ratio est quia in cælo reperiunt͂ differentiæ positionum scilicet ante: retro: dextrum & sinistrum: non solum per respectum quo ad nos sed ex natura rei ut dicit philosophus secundo cæli. modo hoc non potest saluari per sphæras mobiles. & causa est quia in sphæris mobilibus pars quæ est modo dextra: iam erit sinistra. & pars quæ modo est sursum erit iam deorsum ut docet experientia ergo sequitur ꝙ oportet ponere sphæram quiescentem in qua ex parte rei reperiantur huiusmodi differentiæ positionum. Tertia ratio est quia diuersitas in fructibus & moribus hominum & in pluribus aliis reperitur in partibus terræ inter orientem & occidentem quæ partes terræ distant a polis. modo ista diuersitas non potest saluari ex parte sphærarum mobilium cum omnes habitantes in illis partibus æquales aspectus habeant quantum est ex parte corporum cælestium. Et ideo ad hoc saluandum oportet ponere quiescentem sphæram. Posset confirmari quia omnes stellæ maiorem uirtutem habent in oriente q̃ in alia parte cæli. & sic ponendum est esse sphæram quiescentem. & sic patet quomodo probabile est ponere undecim orbes cælestes uel sphæras scilicet decem mobiles & undecimam quiescentem. Sed de secundo sensu dicendum est ꝙ ultra ultimam sphæram nihil est. patet quia si esset aliquid uel illud esset corpus cæleste uel corpus elementale. Non primum quia tunc ultra ultimam sphæram esset alia. nec elementare quia oporteret ꝙ ibi perpetuo uiolente collocaretur & de hoc determinatur magis plene in secundo cæli.

Ad rõnes q̃õnis

¶ Ad rationes ad primam dicitur breuiter ꝙ licet antecedens sit falsum consequentia non ualet quia ibi capitur sphæra large prout se extendit ad orbem. ¶ Ad secundam dicitur ꝙ sunt contigue ad improbationem dicitur ꝙ duæ & diuersæ superficies sunt. Et cum quæritur utrum sint æquales dicitur ꝙ sunt inæquales. & tunc cum dicitur locus est æqualis &c. dicitur ꝙ illud est intelligendum ꝙ locus est æqualis locato quantum ad continentiam & ꝙ continet locatum & nõ plus neque aliquid aliud. Ad confirmationem admittatur casus: & tunc cum quæritur utrum illa sint immediata uel nõ &c. dicitur ꝙ sunt immediata inuicem nec est inconueniens de punctis terminantibus sed bene est inconueniens de punctis continuantibus ut habetur sexto physicorum modo illa duo pũcta sunt terminantia & non continuantia quia sunt in corporibus discontinuis. ¶ Ad tertiam etiam conceditur consequens sed non solum. etiam consequentia non ualet nec est simile. Et cum probatur ratione quia plura essent corpora simplicia q̃ quinq; conceditur secundum speciem specialissimam sed secundum subalternam solum sunt quinque & ita diceretur etiam de moribus simplicibus. ¶ Ad quartam negatur antecedens. Ad probationem negatur ꝙ superflue poneretur. & cum dicitur ꝙ &c. negatur ꝙ non influat. Et cum dicitur sphæræ non influunt nisi ratione stellæ dicendum est ꝙ secundum aliquos plures sunt stellæ in illa nona sphæra sed non uidentur propter nimiam distantiam. Aliter posset dici ꝙ non oportet quālibet influentiam prouenire ratione stellæ. Ad alias rationes dicitur ꝙ illæ non arguunt contra dicta quia non arguũt capiendo sphæram tertio modo dicto in tertio notabili & hæc de quæstione. Auctoritas post oppositum est pro dictis.

¶ Reuerendissimi domini Petri de aliaco cardinalis & episcopi Cameracensis doctorisque celebrarissimi quæstio tertia.



Væritur tertio utrum motus primi mobilis ab oriente in occidentẽ circa terram sit uniformis. Et arguitur primo ꝙ non quia cælum non mouetur ergo quæstio præsupponit falsum. consequentia est nota antecedens patet multipliciter. Primo sic: quia cælum cõtinue est in eodem loco ergo non mouet͂ localr̃. Scdo patet quia terra mouetur localiter cũ aliis trib⁹ elemẽtis ergo

cælum quiescit consequentia tenet quia regio elementaris nõ potest moueri localiter nisi in ordine ad ali-
quod fixum quiescens modo non uidetur quid sit illud quiescens fixum nisi cælum ergo quiescit. antece-
dens patet quia terra non minus mouetur q̃ alia tria elementa sed illa mouentur. patet de aqua quæ fluit
& refluit ut patet secundo metheororum de igne & aere patet primo metheororum. Tertio patet idem an
tecedens quia omnia possunt æque bene saluari ponendo terram moueri ab occidente in orientem & cæ
lum quiescere sicut terram quiescere & cælum moueri ab oriente in occidentem ergo non rationabiliꝰ est
ponere ꝙ cælum moueatur & terra quiescat q̃ econtra. consequentia est nota quia cum terra sit generabi-
lis & corruptibilis & cælum non: tunc uidetur ꝙ melius debemus attribuere motum localem terræ q̃ cæ-
lo. patet antecedens quia ponendo terram moueri ab occidente in orientem & cælum quiescere possumꝰ
saluare ortum & occasum planetaꝝ. quia cum sol esset in termino nostri orizontis si quiesceret & tunc si
terra moueatur uersus orientem & nos cum ea tunc secundum ꝙ moueremur uersus orientem secunduꝫ
hoc sol appareret nobis ascendere super nostrum orizontem sic ꝙ perueniret ad meridiem & tandem ad
occasum sine eius motu sed præcise per motum terræ. Quarto patet antecedens quia si cælum moueret
uel eius motus esset naturalis uel uiolentus. nõ uiolentus quia perpetuus est talis motus ut habetur. 8. phi-
sicorum & nullum uiolentum diu durat ut habetur primo cæli. nec est naturalis quia cum primus motor
sit exclusus a primo mobili (quia sibi repugnat esse in corpore ut habetur octauo phisicorum) sequitꝰ ꝙ mo
tus primi mobilis sit ab extrinseco & per consequens est uiolentus & non naturalis. Et confirmatur ꝙ nõ
sit naturalis quia tunc foret uelocior in fine q̃ in principio sed hoc est falsum igitur. & consequentia patet
quia hoc est de ratione motus naturalis. ❡ Secundo principaliter arguitur sic quia partes primi mobilis in
æqualiter seu difformiter mouentur ergo. consequentia tenet. antecedens patet quia partes uersus polum
tardius mouentur & partes uersus æquinoctialem uelocius mouentur ergo inequaliter mouentur. ❡ Ter
tio sic qa in cælo nullum est oriens nec occidens ergo nec est aliquis motus ab oriente in occidentem. con-
sequentia tenet antecedens patet quia si sic uel quælibet pars cæli esset oriens & occidens uel una pars de-
terminata esset oriens & altera occidens. Non primum quia tũc omnes partes essent orientales æqualiter
& æqualiter occidentales quod est falsum. Nec potest dici secundum quia quacũqꝫ parte cæli mobili data-
talis pars continue est oriens & aliquibus occidens & aliquibus meridies ergo. ❡ In oppositum arguitur p
autorem in littera & per Aristotelem in pluribus locis. In quæstione erunt duo articuli in primo uidebitꝰ
de illo ꝙ tangitur in prima ratione. s. utrum rationabilius est ponere cælum quiescere & terram moueri q̃
econtra ad saluandum illa quæ nobis apparent. In secundo respondebitur ad quæsitum & mouebuntur

Primus articulꝰ

dubia. ❡ Sciendum quantum ad primũ ꝙ de motu & quiete terræ possumus hic dupliciter loqui uno mõ
de motu recto ipsius terræ & de quiete sibi opposita. alio modo possumus loqui de motu circulari ipsiꝰ ter
ræ. Et licet secundo modo intelligendo sit magis ad propositum tamen de utroqꝫ potest aliquid dici. Pro

Prīa suppositio

quo supponendum est primo ꝙ centrum grauitatis terræ continue est centrum mundi. patet quia cũ om-
nia grauia tendant ad centrũ mundi tũc corpus grauissimũ debet habere suũ centrũ cõtinue cũ cẽtro mũ

Secũda

di. Secũdo supponitꝰ ꝙ si ad imaginationem terra esset diuisa in duas partes æqualis grauitatis tunc tales
ptes se haberẽt tãq̃ duo pondera in eq̃libra ita ꝙ si uni pti adderetꝰ aliq̃d graue q̃tũcũqꝫ modicũ tunc illa
pars traheret deorsum. & linea imaginata sic diuidere terram transiret directe per centrũ mundi. hæc sup-

Tertia

positio sequitur ex p̃cedenti. Tertio supponitur ꝙ si terra esset diuisa ad imaginationẽ in duas ptes æq̃les
in q̃titate tunc illæ partes inæq̃les essent in grauitate. patet quia aliqua pars terræ est continue p̃sens ipsi
soli & sic talis pars continue calefit & leuefit a calore solis. & alia pars quæ est supposita aquæ continue
graue fit per frigiditatem aquarum ergo medietas terræ aquis discooperta est pars minus grauis q̃ sit alia

Quarta

pars. Quarto supponitur ꝙ partes terræ aquis discoopertæ continue fluunt ad mare. item etiam aliquæ

Prima cõclusio

partes terræ p desiccationem portantꝰ a uentis p modũ puluerꝫ & finaliter deportantꝰ ad mare. ❡ Istis sup
positis sit prima cõclusio ꝙ quælibet ps terræ cõtinue mouetꝰ motu recto. patet qa cõtinue una medietas
pellit aliam ergo quælibet pars terræ mouetꝰ motu recto cõsequẽtia tenet ꝓbatur añs quia una medietas
terræ cõtinue fit grauior q̃ alia ergo sequitꝰ p primã suppositionẽ & secũdam ꝙ una ps cõtinue pellit aliã.

Correlarium

Ex quo sequitꝰ correlarie ꝙ illa pars terræ quæ mõ est centrũ aliq̃n erit in sup̃ficie terræ. patet quia illa ps
quæ nunc est centrũ per pulsum alterius partis terræ grauioris recedit a cẽtro & sic tandẽ perueniet ad su-

Correlarium

perficiẽ. Secũdo sequitꝰ ꝙ continue est aliud & aliud centrũ grauitatis terræ patet sicut prius. Sed aliquis
obiceret ꝙ ex istis uidetꝰ sequi ꝙ terra iã deberet esse mota usqꝫ ad cælum ex quo continue mouetur recte

Secũda cõclusio

uersus illum. ❡ Pro quo sit secunda conclusio. & ponitur ꝓbabiliter ꝙ tota terra continue quiescit in me-
dio mundi a motu recto loquendo cathegoreumatice: patet quia tota terra continue est in æquali propin
quitate & distãtia ad cælum ergo cõtinue quiescit a motu recto cõsequentia tenet quia tota terra non põt
moueri motu recto qn hoc sit appropinquãdo ad cælũ uel remouẽdo qđ falsum est. uñ nõ seqꝰ q̃libet ps
terræ mouetꝰ motu recto ergo tota terra. Et per hoc soluitꝰ ratio prius facta. Verbigrã. In compositionibus
fiat unum pilare compositum ex. 10. lapidibus & capiatur lapis superior & ponatur sub inferiori pellendo
inferiorem. iterum capiatur secundus & ponatur sub. & sic continuando semper tunc in illo casu certum

est ꝙ quælibet pars pilaris mouetur & ascendit continue & tamen totum pilare in se quiescit.

Tertia cōclo

¶ Tertia conclusio est ꝙ tota terra quiescit a motu circulari idest non mouetur ab occidente in orientem ut imaginabantur aliqui patet conclusio. Primo quia si sic sequeretur ꝙ esset difficilius ambulare uersus occidentē q̄ uersus orientē consequēs ē falsum & patet consequentia quia si terra sic moueretur tūc aer cum ea moueretur & sic aer impediret euntes uersus occidentem & iuuaret euntes uersus orientem sicut uidemus de uentis. Secunda ratio quia si sic tunc aues non eodem modo possent uolare uersus orientem & occidentē consequens est contra experientiam. & patet consequentia quia aer motus cum terra deberet eleuare pennas auium sicut uidemus de uentis. Tertia ratio quia si terra sic moueretur tūc proiectum directe sursum non potest redire ad suum locum consequens est falsum & patet consequētia quia per motum terræ iam illud proiectum remaneret retro patet de sagitta in naui mota.

Quarta conclusio

¶ Quarta conclusio cælum mouetur ab oriente in occidētem motu circulari diurno. patet per duo signa quæ ponit auctor in textu primum est ꝙ uidemus aliquas stellas nobis oriri deinde uidemus eas peruenire ad locum meridiei & tandem peruenire ad punctum occidentis modo ista non possunt saluari nisi per motum cæli ab oriente in occidentem uel per motum terræ econtra, sed sic est ꝙ per motum terræ non possunt saluari: quia non sic mouetur per cōclusionem præcedentem ergo saluantur per motum cæli.

Quīta concło

¶ Quinta conclusio rationabilius est ponere cælum moueri ab oriente in occidentem & terram quiescere q̄ ponere econtra, patet quia licet per motū terræ ab occidente in orientem possent aliqua saluari non tamen omnia quia non possent saluari cōiunctiones: & oppositiones planetarum: directiones retrogradatiōes: eclypses: & maior appropinquatio unius stellæ ad terram in uno tempore q̄ in alio.

Correlariū

¶ Ex istis sequitur falsitas illius opinionis quæ ponebat cælū quiescere & terram moueri ab occidente in orientem circulariter, unde imaginabat̄ ꝙ sol se habet tanq̄ ignis & terra se habet tanq̄ carnes in ueru iuxta ignem.

Scd̄s articulus

¶ Quantum ad secundum sciēdum ꝙ per primum mobile debemus intelligere primam sphæram inter sphæras mobiles computando desursum uersus deorsuꝫ uel ultimam computando econtra. & siue sint. 9. siue. 10. non refert ad propositum. ¶ Secundo notandum est ꝙ dupliciter potest aliquis motus dici uniformis primo modo quo ad tempus secundo modo quo ad mobile. unde motus dicitur uniformis quo ad tempus qui sic se habet ꝙ per ipsum in æqualibus partibus temporis æqualia spacia pertranseuntur. Sed motus dicitur uniformis quo ad mobile qui sic se habet ꝙ per ipsum partes æquales mobilis æqualia spacia pertranseunt ita ꝙ mobile diceretur moueri uniformiter quo ad mobile cuius omnes partes æque uelociter mouerētur. Vnde motus uniformis quo ad tempus debet proprie dici regularis & motus uniformis quo ad mobile debet proprie dici uniformis. Verumtamen uniforme quandoq; capitur large prout se extendit ad regulare & uniforme proprie. ¶ Et sicut distinguitur de uniformitate motus ita potest distingui de difformitate ita ꝙ motus dicitur difformis uno modo quo ad tempus alio modo quo ad mobile. & describeretur motus difformis quo ad tempus & motus difformis quo ad mobile per oppositum sicut describebantur motus uniformis quo ad tempus & motus uniformis quo ad mobile. Sed iterum duplex est motus difformis siue quo ad tempus siue quo ad mobile. quia quidam est uniformiter difformis: & alter est difformiter difformis. unde motus uniformiter difformis quo ad mobile est ille motus per quem mobile sic mouetur ꝙ data parte uelocissime mota in mobili certæ quātitatis qualis est proportio motus illius partis ad motum alterius partis immediate sequentis, talis est proportio illius secundæ partis ad motum tertiæ partis & talis est motus illius tertiæ partis ad motum quartæ & sic deinceps, motus uero difformiter difformis diceretur per oppositum.

Prima concło

¶ Istis notatis ponuntur conclusiones. Prima est ꝙ non omnes partes primi mobilis æque uelociter mouentur. patet conclusio quia non omnes partes primi mobilis æqualia spacia pertranseunt in æquali tempore ergo conclusio uera consequentia tenet quia ut habetur sexto phisicorum uelocitas motus debet attendi penes spacia descripta antecedens patet quia partes primi mobilis existentes circa polos non describunt tanta spacia sicut partes existentes uersus æquinoctialem.

Correlarium

Ex ista conclusione sequitur correlarie ꝙ motus primi mobilis nō est uniformis quantum ad mobile: patet quia non omnes partes primi mobilis æque uelociter moueatur nec æqualia spacia pertranseunt ergo correlarium uerum consequentia tenet ex dictis.

Scd̄a concło

¶ Secunda cōclusio est ꝙ licet motus primi mobilis non sit uniformis quo ad mobile tamen circulario est uniformis. prima pars patet ex dictis, secunda pars patet quia omnes partes primi mobilis æque uelociter circueunt ergo earum motus est circulatio uniformis consequentia tenet. & antecedens patet quia omnes partes primi mobilis æque cito faciunt circuitum completum ergo omnes æque uelociter circueunt consequentia est nota, antecedens patet quia æque cito complent circuitum completum partes existentes iuxta polos sicut partes existentes uersus æquinoctialem.

Correlarium

¶ Sequitur correlarie ꝙ penes aliud attenditur uniformitas motus ut motus est & uniformitas circuitionis. Vnde uniformitas motus attenditur penes æqualia spacia pertransita. Sed uniformitas circulatiōis attēdit̄ penes æquales angulos circa idē centrū descriptos.

Tertia concło

¶ Tertia cōclusio principalis est ꝙ motus primi mobilis ē uniformiter difformis quo ad mobile. patet cōclo qa signata pte primi mobilis iuxta æq̄noctialē certæ q̄titatis tūc q̄lis est ꝓportio motus illius ptis ad motum scd̄æ ptis sibi æqualis talis est ꝓportio motus illius secundæ ptis ad motum tertiæ & illius tertiæ ad motū

quartæ & sic usq; ad polum ergo conclusio uera: antecedens patet quia nisi sic oporteret primũ mobile frãgi in partibus suis per motum suũ. Sed aliqs quæreret penes qd debet attẽdi uelocitas primi mobilis. Rñ-
Quarta conclo detur ꝙ debet attendi penes spaciũ descriptũ a puncto æquedistante a polo & ab æquinoctiali. ¶ Quarta conclusio & responsalis est ꝙ motus primi mobilis est uniformis quo ad tempus seu regularis. patet cõclusio quia si nõ esset regularis seu uniformis quo ad tps uel ergo continue moueretur uelocitando uel cõtinue retardando uel aliquando retardando uel aliquando uelocitando. si primũ tunc sequit̃ ꝙ si ab æterno mouebat̃ ꝙ iam deberet esse in infinitũ uelox. Si secundũ sequitur ꝙ iam deberet esse tardus immo deberet oĩno quiescere. Si tertium tunc quæritur utrum tales retardationes uel uelocitates habeant certũ ordinem inter se uel non. Si sic sequit̃ ꝙ motus primi mobilis nõ est primus motuũ qa oportet esse aliũ motum per quẽ ordinentur & regulentur huiusmodi retardationes & uelocitationes. Si dicit̃ ꝙ non hñt certum ordiné sequit̃ tunc ꝙ astrologi nullum certum iudicium possunt habere de coniunctionibus & oppositionibus & aspectibus planetaꝝ. Item in motu facto a motore ordinatissimo & perfectissimo & nobilis-
Quĩta conclo simo non debet esse aliqua deordinatio seu difformitas ergo. ¶ Quinta conclusio est ꝙ motus primi mobilis est cã aliorum motuum. patet quia est primus motus modo id quod est causa alioꝝ in uno quoq; genere est primum & econtra. ergo conclusio uera. Sed aliquis obiceret quia ita sunt perpetui motus aliorũ orbiũ cælestium sicut est motus primi mobilis ergo motus primi mobilis nõ est primus. cõsequentia tenet quia perpetuorum unum non est prius alio. Ad hoc rñdetur ꝙ licet motus primi mobilis tpe signato uł signabili non sit prior aliis motibus tñ est prior natura. & tñ quantum ad hoc dat Aug. tale exemplum ꝙ si ab æterno fuisset pes in puluere tunc pes esset cã uestigii causati & prior tñ nullo tempore esset prior. Ex
Correlarium ista cõclusione sequit̃ correlarie ꝙ si cessaret motus primi mobilis cessarent omnes alii motus. patet quia ĩ uno quoq; genere ubi est essentialis subordinatio si cessat primũ cessabunt omnia alia & hæc de quæsito.
Dubiũ de diuis positionum in cælo ¶ Sed tunc dubium est quomodo debemus sumere oriens & occidens in cælo. Et ita potest quæri de aliis differentiis positionum. Pro quo est aduertendum ꝙ si uelimus ponere oriens & occidens distingui in cælo ex natura rei ut uidet̃ ponere Aristo. secundo cæli oportet recurrere ad sphæram quiescentem & tũc haberentur per istũ modũ. primo oportet imaginari unã lineã ꝓcedentem per centrum mundi & pertractam per utrũq; polum usq; ad illam sphæram quiescentem. deinde oportet imaginari aliam lineam intersecantem illam primam datam ad angulos rectos in centro mundi & protractam usq; ad illã sphæram quiescẽtem. deinde imaginanda est tertia linea intersecans duas ꝓdictas ad angulos rectos & ꝓtracta usq; ad illam sphæram quiescentem. tũc secũdum terminos illaꝝ linearum debemus attendere oriens & occidens & alias positionũ differẽtias in cælo. unde in duobus terminis primæ lineæ ponimus sursum & deorsum ĩ cælo: & in terminis secũdæ ponimus dextrum & sinistrũ. & in terminis tertiæ ponimus ante & retro. Et pro maiore declaratione istoꝝ imaginantur aliqui unum hominem quem uocant athlantem qui habet caput in polo antarctico & pedes in polo arctico & brachiũ dextrũ in oriente & sinistrũ in occidente & faciem uersus partẽ anteriorẽ cæli. Ex hoc patet ꝙ nos secundum illam imaginationẽ habitamus deorsum in ordine ad cælum. patet quia polus arcticus est deorsum ipsius cæli & nos sumus uersus illum polũ. Sequitur ultra ꝙ nos sumus uersus partẽ anteriorẽ cæli. patet quia nos sumus uersus illam partem quam respicit facies hominis illius. s. athlantis. Aliqui tamen non distinguebant oriens & occidens in cælo nisi respectu ad orizontem & isti distinxere de duplici oriente & occidente quia quoddam est oriens uerum & est punctum in orizonte ubi sol oritur dum est æquinoctium & ita de occidente in parte opposita cæli. Sed oriens non uerum quolibet die uariatur secundum ꝙ sol quolibet die in alio & alio pũcto orizontis oritur & per oppositum de occidente. Iterum alii supponentes creationem mundi supponunt uerum oriens esse punctum ubi sol incepit moueri in sua creatione & uerum occidens punctum oppositum. de istis mo-
Aliud dubiũ dis prima opinio uidetur esse magis realis. ¶ Sed dubitatur de ordine sphærarum per quem modum ordinantur. Ad ꝙ respondetur ꝙ post octauam sphæram est sphæra saturni: deinde spera iouis: deinde spera martis: deinde spera solis: deinde spera ueneris: deinde spera mercurii: deinde spera lunæ. & ꝙ ita ordinentur patet tripliciter primo per autorem in textu. secundo per Ptolemæum & alios astrologos. deinde patet ex alio. s. ex diuersitate aspectuum planetaꝝ. unde quanto aliquis planeta est inferior tanto est maior diuersitas in suis aspectibus & quanto est superior tanto est minor diuersitas. modo repertum est ꝙ maior est diuersitas in aspectibus lunæ. postea in aspectibus mercurii deinde ascendendo secundum ordinem ꝓdictum. Tamen pro maiore declaratione huius est aduertendum ꝙ aliquis planeta duplicem aspectum dicitur habere uidelicet unum ad nos uel ad unam aliã regionem terræ & aliũ ad aliũ planetam. dicimus. n.
De aspectibus planetaruꝫ diuersis planetas se habere in quarto aspectu uel sextili. unde per aspectum ad nos debemus intelligere quendam arcũ in zodiaco ĩterceptũ inter lineã ꝓcedentẽ a centro terræ per centꝝ corpis planetæ usq; ad zodiacũ & aliã lineã ꝓcedentẽ ab oculo in supficie terræ p centrũ planetæ usq; ad zodiacũ. uerbigrã. describat̃ circulus terræ & deĩde describat̃ circulus lunæ & postea circulus ueneris & sic de aliis. postea describat̃ circulus zodiacus. hoc facto ducat̃ linea recta a cẽtro terræ p cẽtrũ lunæ usq; ad zodiacũ & sit illa linea b c deĩde ꝓtrahat̃ alia ab oculo in supficie terræ per centrũ lunæ etiã usq; ad zodiacũ. & sit illa linea e d tũc ille ar-

cus zodiaci inter c & d est aspectus lunæ ad nos & secundũ ꝙ talis arcus est maior uel minor secundũ hoc planeta dicit aspicere magis directe uel minus regionẽ illam uel terram. Sed rñ de aspectu duorum planetarum inter se est aduertendum ꝙ per aspectum duorum planetarum inter se debemus intelligere arcũ in zodiaco interceptum inter duas lineas quarum quælibet procedit a centro terræ una per centrum unius planetæ & alia per centrum alterius usq ad zodiacum. Verbigratia, ꝑtrahat linea a centro terræ per centrũ lunæ ad zodiacum. s. b c ꝑtrahatur iterum alia a centro terræ per centrum mercurii usq ad zodiacum. & uocetur b h. & tunc arcus interceptus inter h & c est aspectus lunæ & mercurii inter se. Et illorum aspectuũ alius est ternus alius est quaternus: alius sextus. Vnde planetæ dicunt se aspicere in terno aspectu quando arcus ille qui est eorum aspectus adinuicem est tertia pars zodiaci. & se aspiciũt in quarto aspectu quãdo talis arcus est quarta pars zodiaci & se aspiciunt in sexto aspectu quando est sexta pars. quando uero talis arcus est medietas zodiaci tunc opponuntur inter se. & sic de istis aspectibus ulterius potest declarari responsio ad dubium facta penes retardationem motuum ipsorum planetarum quia post octauam sphærã saturnus maius tempus apponit ad complendum suam reuolutionem deinde iuppiter & sic descendẽdo.

¶ Dubitatur ultra per quem modum possunt cognosci septem planetæ erratici in cælo ad hoc responde tur primo ex parte colorum. Vnde saturnus est plumbei coloris. iuppiter est stanni coloris. & Mars hẽt colorem calibeum. sol aureum. uenus cupreum. mercurius argenti uiui. & luna habet colorem argenteum. Sed astrologi habent quædam instrumenta pro motibus quibus sibi inuicem repræsentant huiusmõi planetas. Et hæc de articulo secundo. ¶ Ad rationes ad primam negatur antecedens ad ꝓbationem primam eius dicitur ꝙ uerum est secundum se totum sed secundum suas partes mutat locum. Ad secundam ꝓbationem negatur ꝙ moueatur illo motu circulari per quem possunt saluare apparentias in cælo. Ad probationem dicitur ꝙ hoc est per motum raptus ad motum firmamenti sed terra non est fluxibilis satis. igitur non mouetur tali motu sicut cætera elementa. Ad tertiam probationem negatur antecedens. & causa est quia ratio non probauit nisi ꝙ possunt saluari ortus & occasus sed non probauit quomodo saluarent oppositiones cõiunctiones eclypses & talia hmõi. Ad quartã dr ꝙ mouet naturalr ad ꝓbationem dicit ꝙ immo coexistentiam intelligentiæ sufficit ad itrinseceitatem motoris ad mobile. ¶ Ad secundã rõnem dicit ꝙ uerum est ꝙ non est uniformis quo ad mobile sed est uniformis quo ad tempus quod idem est ꝙ regulare esse. Ad ultimam illa soluta est in uno dubio: patet etiam solutio in secundo de cælo & mundo ubi ostensum est qualiter differentiæ positionum in cælo reperiamur. Auctoritas post oppositum est pro dictis. & hæc de quæstione.

Colores plãetarum

Ad rões qõnis

¶ Reuerendissimi domini Petri de aliaco cardinalis & episcopi Cameracensis doctorisque celebratissimi quæstio quarta.



Væritur quarto utrum sphæræ cælestes iferiores moueant pluribus motibꝰ. arguit ꝙ nõ quia si sic uel ambo tales motus essent naturales uel ambo uioléti uel unus naturalis & alter uiolétus, nõ primũ qa eiusdẽ corpis simplicis nõ est nisi unus motꝰ naturalis. nec secũdum qa tales sunt ppetui mõ inꝑpetuis nullũ est uiolentũ. Et pari rõne oñdit ꝙ unus nõ est naturalis & alter uiolẽtus ergo tales sphæræ nõ mouent pluribus motibus a sufficiẽti diuisiõe. Scdo sic quia quælibet sphæra cælestis est corpus simplex ergo cuilibet sphæræ debet unicꝰ motus simplex. cõsequẽtia tenet per. p. prĩo cæli añs notũ est. Tertio sic qa si sic uel ergo motores a qbus mouerent essent æque fortes uel unꝰ fortior alio. si primũ tũc seqt ꝙ tales sphæræ deberẽt simplr qescere & nõ moueri. cõsequẽtia tenet p sile nam si essent duo hoĩes sese trahẽres unus cõtra alterum & essent æque fortes tũc nullus eorum moueret imo qescerẽt. si secũdum sequit tũc ꝙ talis sphæra deber ꝑcise moueri uno motu. s. uersus ptem ad quam tẽdit fortior motor. Quarto sic qa si sic uel hoc eẽt ab eadẽ intelligentia uel a diuersis non primũ qa sicut forma naturalis habet unicã opationẽ ꝓpriam ita intelligẽtia ẽt habet mouere unico motu. nec secundũ qa uni orbi inest solũ una itelligẽtia sicut uni corpi solũ inest una aĩa. Quĩto sic qa si sic uel ergo tales motus essent æq ueloces uel unus uelocior alio. si primũ tũc seqret ꝙ sphæra deberet qescere & nõ moueri: cõsequentia tenet a sili qa si nauis moueat ab oriẽte in occidẽtem & hõ moueat æquali uelocitate ecõtra tunc cõcedit cõiter ꝙ ille hõ non mouet simplr. & ita uideret de sphæra esse si illi duo motꝰ essent æque ueloces. nec põt dici scdm qa tunc sphæra deberet dici moueri unico motu. s. uersus ptẽ ad quã tẽdit motus uelocior. Sexto sic ĩpossibile est idẽ moueri pluribꝰ motibus simul & semel ergo. cõsequẽtia tenet & añs patet qa si sic tũc possibile eẽt idẽ simul & semel eẽ i diuersis locis cõsequẽs est falsum naturalr & patet cõsequẽtia qa diuersi motꝰ locales sũt ad diuersa loca. Vltĩo sic qa si hẽremꝰ ponere sphæras iferiores mobiles diuersis motibꝰ hoc eẽt ad saluandũ diuersitatẽ effectuũ i istis iferioribꝰ sed nõ pp hoc opꝫ ponere igit &c. cõsequentia est nota maior pꝫ qa talis uĩ eẽ una pricipal' cã. minor pꝫ qa tũc oporteret põere plures tales sphæras tot moueri motibꝰ quot ꝓducunt diuersi effectꝰ in spẽ in istis iferioribꝰ. ¶ In oppositũ arguit p autorẽ i textu. nã ponit ꝙ tales spæ mouent ab oriẽte in occidentẽ motu diurno sup polos mũdi. & ab occidẽte in orientẽ motu ꝓprio sup polis zodiaci. Etiã arguit p Ptolẽ. & astrologos. In qõne erunt duo articuli. in primo reci-

tabitur quædã opinio de quæsito & uidebit̃ qualiter sit possibile idẽ simul moueri pluribus motibꝰ & qd ex hoc accidat. In scḋo respondebit̃ ad q̃situm & erunt dubia.

Primꝰ articulus

Opĩo alpetragii

❡ Quantum ad primum sciendum est ꝙ fuit quædã opinio. s. opĩo Alpetragii q̃ ponebat oẽs sphæras cælestes moueri unico motu simplici. s. ab oriente in occidentem & ab eadem intelligentia & mouebat̃ per aliquas rationes ante oppositum factas. & ex alio quia cũ oriẽs sit pars dextra tunc omnis motus in cælo debet incipere ab oriente. sed ad saluandum illa quæ nobis apparent sicut diuersas reuolutiones sphærarum imaginabatur iste Alpetragius ꝙ primũ mobile compleret reuolutionem suam ab oriente in occidentẽ in uiginti quattuor horis adequatæ & aliæ sphæræ inferiores retardant̃ a tali cõplemento aliquæ magis & aliquæ minus secundum ꝙ magis uel minus distant a primo mobili, uerbigratia. Octaua sphæra non complet unam reuolutionem ab oriente in occidentem in uigintiquattuor horis sed modicum deficit ita ꝙ in triginta sex mille annis ipsa facit unã reuolutionem minus q̃ primũ mobile. postea saturnus magis adhuc deficit a tali reuolutione completa q̃ octaua sphæra & in tantum ꝙ facit in triginta annis unam reuolutionem minus q̃ primum mobile. Postea Iuppiter magis deficit q̃ superiores in tm̃ ꝙ in duodecim annis facit unam reuolutionem minus q̃ primum mobile. Postea Mars magis deficit in tantũ ꝙ in duobus annis unam reuolutionem minus facit q̃ primum mobile. Postea sol magis deficit in tantum ꝙ in uno anno unam reuolutionem facit minꝰ. Venus & Mercurius se habent quasi sol. Luna uero inter omnes sphæras magis deficit in tantum ꝙ in mense deficit ab una reuolutione. ergo secundum eius imaginationem nos ponimus aliquam sphæram complere reuolutionem suam quando reuertitur cum primo mobili ad idem punctum amissa una reuolutione. Ista opinio aliqualiter reprobabitur in secundo articulo.

Tripl'r aliquid moueri dicit̃ plꝰibus motibꝰ

❡ Vlterius notandum est ꝙ tripliciter potest intelligi aliquid moueri pluribus motibus. Primo modo æque primo. i. quod secundũ se & quodlibet sui moueatur de per se quolibet illorum motuum & non aliquo illorum ad motum alterius recte sicut idem diuersis alterationibus simul alteratur uidetur enim ꝙ idem simul calefit & albefit. Secundo potest intelligi aliquid moueri pluribus motibus simul sic ꝙ nõ moueatur unico motu simplici sed motu mixto ex plutibus motibus non tamen ꝙ motus habeat sic misceri sicut elemẽta sed sic ꝙ alicui moto attribuant̃ denominationes conuenientes diuersis motibus. De isto secundo modo potest exemplificari si aliquod mobile descendat per arcum cuius corda est semidiameter mundi tunc illud mobile mouetur motu composito siue mixto. Tertio modo dicitur aliquid moueri pluribus motibus non æque primo sed uno motu ex se & alio ad motum alterius sic ꝙ unus illorum motuũ sit illi mobili proprius sed alter non imo præter naturam. Istis notatis ponuntur conclusiones.

Prĩa cõclusio

❡ Prima est impossibile est idem moueri pluribus motibus primo modo seu æque primo. patet per sextam rationẽ ante oppositũ: nec ualet obiectio ꝙ idem simul & semel bene mouetur pluribus motibus alterationis: quia termini ad quẽ diuersaꝶ alterationũ nõ sunt repugnantes sed termini diuersoꝶ motuũ localiũ eidẽ æque primo conuenientium repugnant inter se.

Scḋa concl'o

❡ Secunda conclusio ꝙ possibile est aliquid moueri pluribus motibus secundo modo patet primo de exemplo posito in illo secũdo modo: patet ex alio quia si nauis moueatur ab oriente in occidentem & homo existẽs infra moueretur a septentrione ad meridiem tunc talis mouetur motu mixto ex duobus.

Tertia concl'o

❡ Tertia cõclusio possibile est idem mobile moueri diuersis motibus tertio modo. patet quia si aliqua lancea descenderet & sit ibi musca mota circulariter tunc musca mouetur diuersis motibus. s. uno motu ꝓprio & alio ad motum alterius.

Bonũ dubiũ

❡ Sed dubitat̃ si nauis mouet̃ ab oriẽte in occidentẽ & sor. moueatur econtra æquali uelocitate tunc quærit̃ utrũ sit simpl'r cõcedendũ ꝙ sortes mouet̃. Et ad hoc dicũt aliq ꝙ sic quia sortes currit ꝑ nauẽ ergo mouet̃. Item alias cõcederet̃ ꝙ aliqs fatigaret̃ in qescendo. Verũtamẽ est alia opinio magis ꝓbabilis ꝙ in casu illo sortes non mouet̃ simpl'r loquẽdo. & cã est qa cõtinue sortes eodẽ mõ se hẽt ad fixũ quiescens ergo nõ mouetur sed qescit.

Primũ correlarium

Ex istis cõclusionibus iferuntur aliqua correlaria. primũ est ꝙ possibile est ex duobus motibꝰ rectis motũ circularẽ describere. i. ꝙ possibile est aliqd moueri duplici motu recto describẽdo circulũ uel ꝑtes circuli uerbigr̃a describat̃ unꝰ circulus deĩde describat̃ linea cõtingẽs circulũ in pũcto æq̃lis diametro illius circuli & æque distãs ab illo diametro & in ista linea in pũcto cõtactus sit musca. a. & ultra ponatur ꝙ ista linea incipiat moueri uniformiter ĩfra circulũ quousq; cooperiat diametrũ illius circuli & musca incipiat moueri supra illã lineã sic ꝙ dũ illa linea cooperiet diametrũ circuli ꝙ tũc musca sit in extremo pũcto lineæ tũc in isto casu musca describit quartã partẽ circuli & tamen mouet̃ solũ duobus motibꝰ rectis. s. uno ex se & alio ad motũ lineæ. Et si ultra ponatur ꝙ illa linea moueatur ultra diametrum quousq; cõtingat circulũ in pũcto in alia parte circuli & musca reuertatur ad locum suũ tunc dum musca peruenerit ad cõtactum musca descripserit medietatẽ circuli. & si ultra adhuc in fine habebitur ꝙ musca descripserit circulũ.

Scḋ3 correlariũ

Secundũ correlarium ꝙ ex duobus motibus rectis potest fieri unus motus mixtus ex recto & circulari. Alii ponunt hoc correlarium sub ista forma scilicet ꝙ possibile est idem mobile in eodem tempore describere costam & diametrum quadrati. uerbigratia describatur quadratum & incipiat eius costa superior descendere quousq; cooperiat costam inferiorẽ. & ultra ponatur ꝙ musca. a. sit in uno termino illius costæ & incipiat moueri uniformiter per unam costam sic ꝙ dum costa cooperiet aliam costã ꝙ tunc musca sit in alio termino costæ. tunc in isto casu musca describit

diametrũ quadrati & etiã describit costã eius quia moueť super illã costã motu proprio. Tertium correlarium. Possibile est idem mobile moueri motu simplici cuius quælibet ps mouetur motu mixto. uerbigratia si aliquod sphæricũ descendat per diametrũ mundi ad centrũ tunc illud totũ rotũdũ mouetur motu simplici tamen quælibet pars participat de circuitione in suo motu & sic quælibet pars moueť motu mixto. Vltimũ correlariũ. Possibile est ex duobus motibus regularibus fieri unũ irregularẽ. uerbigratia: moueatur nauis uniformiter ab oriente in occidẽtẽ. moueať etiã sortes uniformiter circulariter infra nauẽ: certum est ꝙ ex illis duobus motibus regularibus resultat unus irregularis quia cum sortes est immediate nauis m ꝗ mouetur ad motum siue cum motu ipsius tũc motus eius uelocitatur & dum est in alia medietate tũc motus eius retardatur & p istũ modum saluantur retardationes retrogradationes & stationes planetarum in cælo & hæc de articulo primo.

Tertiũ correlarium.

Vltimũ correlarium

¶ Quantum ad secundum respondendum est ad quæsitum. pro quo est aduertendum ꝙ licet opinio Alpetragii sit probabilis & per eam possent saluari aliq̃ apparentiæ in motibus planetarum sicut complementa reuolutionum tamen illa opinio est cõtra omnes astrologos. Item etiam p eam non bene possent saluari retrogradationes planetarum & coniunctiones. spãľr non posset saluari motus titubationis seu motus accessus & recessus octauæ sphæræ. Et contra istã opinionẽ arguitur una rõne quia secundum illã opinionem orbes planetarum deberent retardari in suis motibus uniformiter secũdũ ꝙ distant a primo mobili. sed consequens est falsum & contra dicta illius opinionis. nam bene concedit ꝙ octaua spera ita modicum retardatur ꝙ in triginta sex mille annis solum deficit ab una reuolutione. & Saturnus in triginta annis deficit ab una. Iuppiter in duodecim modo ibi non ẽ æqualitas. Item ex alio patet falsitas consequentis. quia uenus & mercurius in æquali tempore complent suas reuolutiones sicut sol & ideo non retardantur uniformiter. Ergo iuxta opinionem communem astrologorum & actorum ponuntur duæ conclusiones.

Scđs articulus

¶ Prima est ꝙ impossibile est sphæras cælestes moueri pluribus motibus simul & semel super eisdem polis. Conclusio patet quia tales motus essent realiter contrarii modo contraria nõ possunt inesse simul in eodem.

Prima cõcľo

¶ Secunda conclusio & responsalis est ꝙ possibile est sphæras cælestes moueri simul & semel pluribus motibus super diuersis polis & diuersis axibus immo ita est de facto de sphæris inferioribus. conclusio patet quia tales motus non habent aliquam contrarietatem siue repugnantiam per actorem & omnes astrologos.

Scđa cõcľo

¶ Vnde pro declaratione huius conclusionis aduertendum est ꝙ communes astrologi imaginantur orbes inferiores moueri principaliter duplici motu scilicet uno motu ab oriente in occidentem ad motum primi mobilis super polis quiescentibus scilicet polis mũdi & super axe quiescente quæ est diameter mundi. sed alio motu mouerentur ab occidente in orientem super polis motis & super axe mota scilicet super polis zodiaci & super axe zodiaci. Etiam poli zodiaci mouentur circa polos mũdi describẽdo duos paruos circulos quorũ unus uocatur circulus arcticus & alter circulus antarctic⁹ & hmõi sphæræ inferiores circueunt æqualiter quantum est de primo motu. sed inæqualiter quantum est de secundo. primus est ad motum primi mobilis ut dicebatur. secundus est ab intelligentia propria.

¶ VLterius aduertendum est ꝙ non est imaginandum ꝙ primum mobile rapiat alias sphæras inferiores secum secundum ꝙ uidetur actor in textu dicere. & ratio est. primo quia in motu raptus est semper uiolentia aliqua quæ non potest reperiri in cælo. secũdo quia unum corpus nõ potest rapere aliud secum nisi illa duo habeant superficies asperas modo corpora cælestia habent superficies ualde leues & nullomodo asperas. Sed auctor ponit talem motum raptus propter quandam similitudinem cum motu raptus. unde talis motus diurn⁹ sphærarum inferiorum causatur a quadam uirtute. influxa a primo mobili in illis sphæris inferioribus quæ uirtus inclinat sphæras inferiores ad mouendum sicut primum mobile. eomodo sicut natura communis inclinat corpora grauia ad mouendum sursum propter repletionem uacui & ideo talis motus non est pure naturalis illis sphæris nec uiolentus sed est præter naturam. Sed aliquis contra ista obicẽt quia intelligentiæ inferiores non hñt mouere nisi uirtute intelligẽtiæ supremæ ut habetur. 12. methaphisicæ ergo sequitur ꝙ non debent mouere ad oppositum eius ad quod mouet prima intelligentia cuius oppositum dictum est. Ad hoc respondetur concedendo antecedens & negando consequentiam & causa est quia intelligentiæ mouẽt principaliter & spãliter ppter sfioẽ & ad diuersos fines ordinantur motus hmõi sphæraꝝ inferiorum & motus primi mobilis & sic patet de quesito.

De motu raptus

¶ Sed dubiũ est utrum isti orbes moueantur pluribus motibus ab eadẽ intelligentia uel a diuersis. Ad hoc respondetur ꝙ hoc est a diuersis intelligentiis. quod potest sic probari quia nisi sic tunc philosophus ĩ duodecimo methaphisicæ male inquisiuisset numerum intelligentiaꝝ per numerum motuum ex quo ab eadem intelligentia prouenirent diuersi motus. Etiam uidetur ꝙ quælibet intelligentia propter eius simplicitatem sit productiua præcise unius motus simplicis.

Primũ dubiũ

¶ Secundo dubitatur utrum cælum capiendo pro orbe & ĩtelligentia debeat dici corpus animatum. Respondetur ꝙ non. & causa est quia ad hoc ꝙ ex duobus uno se habente per modum actus alio per modum potentiæ fiat aliquod corpus aĩatum nõ sufficit assistẽtia sed requiritur inhærentia quæ non reperitur inter intelligentiam & orbem.

Scđm dubiũ

¶ Vltra dubitatur de naturis septem planetarum. Et ad hoc dicendum est solum in generali. Primo Saturnus est planeta masculinus malus seu maliuolus diurnus significator patrum & si fuerit natiuitas in nocte tunc significat ultimam senectutem. si fuerit occidentalis significat initium senectutis. si fuerit orientalis significat grauitatem frigoris & siccitatis & in con

Tertiũ dubiũ đ naturis planetaꝝ

plexione melancolica. Iuppiter est planeta fortunatus & masculinus diurnus significator rbē siue diuitiarum & operatur calorem & humiditatem temperatā aeream sanguineam & propter h̄ uocatur pricipiū uitæ. Mars est masculinus nocturnus malus & operatur calorem & siccitatem & eius natura in cōplexione est colerica. Sol per aspectus suos fortunatus est malus tamen est per coniunctionem eius cum aliquib⁹ planetis in aliquibus signis masculinus diurnus & operatur calorem & siccitatem. Venus est planeta fortunatus femineus nocturnus :& operatur frigus & humiditatem. Mercurius est masculinus diurnus & inclinat̄ per naturam suā ad illū planetarum cui coniūgit̄. Luna ē fortunata fœminea & nocturna & operatur frigus & humiditatem.

De effectibus planetarū in hōines Dñia coꝝ in plē cōceptā & natā

¶ Sed iterum huiusmodi planetæ habent alias proprietates i hominibus. uñ dicunt aliqui astrologi ꝙ Sol significat spirituū & animā. Luna significat cogitationē. Saturn⁹ significat merorem & tristiciam & ulilratē. Iuppiter significat sapientiam & rationem. Mars significat irā furtum & celeritatem. Venus significat ludū & gaudiū. Mercurius significat rationalitatē dialecticam doctrinā disciplinam & scientiam speculatiuam. Vltenus est aduertendū ꝙ de ordine planetarum seu de primitate corū in cōceptione puerorum quādiu fuerint i utero matris tūc est ordo ꝙ primus mēsis post conceptionē pertinet ad saturnum. secundus ptinet ad iouem tercius ad martē. quartus ad solem. qntus ad ueneré. sextus ad mercurium. septimus ad lunā. Et in illo. 7. nascunt̄ aliqui pueri & uiuunt. octau⁹ mensis iterū pertinet ad saturnum & ob hoc puer natus i octauo mense nō potest uiuere quia saturnus significat mortem immo est principium mortis ut uidebit̄ postea. nonus mensis ptinet ad iouem & quia iuppiter est principiū uitæ ob hoc nascunt̄ pueri fortes comuniter i. 9. mense & bene possunt nutriri. Sed post natiuitatem pueri adhuc huiusmodi planetæ habent disponere uitam pueri & diuiditur sic corū ordinatio. Luna incipit ab egressu pueri ab utero & disponit uitam secundū quantitatem annorū nutritionis. s. per quattuor annos. Mercurius regit per decem. deinde Venus p. 8. annos. deīde Sol disponit per. 19. annos. deinde Mars disponit per. 15. annos. postea Iuppiter per. 12. annos. & postea Saturnus ducit ad finem uitæ. & hæc de articulo. 2.

Ad rōnes q̄stionis

¶ Ad rationes ad primam dicitur ꝙ consequentia non ualet quia unus est naturalis & alter præter naturā. Ad secundam conceditur antecedens quia uerum est secūdum naturam propriā. Ad tertiam dicitur ꝙ unus ē fortior & cū infert̄ ergo sequitur ꝙ solum &c. cōsequentia nō ualet quia illi duo motus nō sunt repugnantes nec similitudo ualet de hoībus trahēnb⁹. Ad q̄rtā dr̄ ꝙ hoc ē a diuersis nō tñ eidē orbi coexistentib⁹ sed una coexistēte orbi & alia coexistēte prīo mobili. Ad qntā dr̄ ꝙ unus ē uelocior altero. s. diurnus motus. & ad īprobationē qa nīc nō deberet moueri &c. cōsequēna nō ualet qa illi duo mot⁹ nō sūt oppositi nec repugnantes nec similitudo ualet ad ꝓpositū. Ad sextā cōcedit̄ antecedēs dūmodo h̄ fuerit sup diuersis polis & diuersis axib⁹. Ad ultimā cōcedit̄ maior & negatur minor ad probationē nagat̄ illa consequētia & cā est quia ex eisdem motibus bñ ꝓueniūt diuersi effectus p diuersos aspectus planetarum.

¶ Reuerēdissimi dñi Petri de aliaco cardinal̄ & episcopi cameracēsis doctorisq̧ celebratissimi q̄stio qnta.

QVæritur quinto utrum cælum & quattuor elementa sint sphærica. Et arguitur primo ꝙ non & primo de cælo quia cælū est orbicularis figuræ ergo nō sphæricæ. cōsequentia tenet qa figura orbicularis & figura sphærica sunt diuersæ figuræ. antecedens patet quia orbiculare dicitur illud qd est concauū corpore alterius speciei replerū modo sic ē de cælo & p cōsequens ꝓpositū. Secundo sic quia figura ipsius cæli debet esse maxime capacitatis inter omnes figuras. modo figura sphærica nō ē huiusmodi. ergo consequentia est nota. maior patet quia cælum debet omnia alia continere ergo eius figura debet esse maxime capax seu contentiua. sed patet minor: quia figura sphærica est minima ut patet per philosophū i secūdo cæli ergo nō est maxīe capacitatis cōsequētia tenet qa maioritas figuræ facit ad maiorem capacitatem. Tertio sic quia non omnes partes cæli mouent̄ naturaliter circulariter igitur. consequentia tenet quia figura sphærica debetur corpori moto naturaliter circulariter. antecedens patet quia supposito ꝙ appropinquare ad centrū mundi sit descendere & elongari ab eo sit ascendere tūc ex illo sequitur ꝙ aliquæ partes aliquando ascendunt & aliquando descendunt. nam planeta qui mouet̄ ab auge sui eccentrici ad oppositum augis appropinquat ad centrum mundi & ecotra elongatur ab eodem. Quarto sic quia si cælum esset sphæricū tunc omnes ei⁹ partes deberent esse sphæricæ. cōsequentia tenet quia in homogeneis cuiusmodi est cælū eadē figura debetur toti & parti. sed cōsequēs est falsum qa posset capi talis pars in cælo ꝙ eēt quadrāgularis figuræ uel triangularis. Quīto sic quia aliquæ partes cæli sicut sunt orbes eccentrici sunt in aliqua parte spissiores & strictiores in alia igitur. ¶ Deinde arguitur de terra ꝙ nō sit sphærica. Primo ad experientiam quia uidemus terram esse montuosam in pluribus suis partibus ergo non est perfecte sphærica. Secundo si sic sequeretur ꝙ oculus existēs in superficie terræ nō deberet uidere medietatem cæli cōsequēs est cōtra astrologos. & patet cōsequētia qa cū terra sit ī medio mūdi tunc linea contingens ipsam terrā & imaginata ꝓtrahi directe usq̧ ad concauū cæli secaret de cælo arcū minorē q̄ sit medietas cæli & secundū talē arcum uideret præcise oculus existens in superficie quare non uideret medietatem cæli. Tertio sic quia si sic sequeretur ꝙ oculus existens ī superfitie terræ uideret plus q̄ medietatē cæli. cōsequens est contra astrologos sicut prius. Et patet cōsequētia qa si terra imagīaretur diuidi in duas partes p centrum: & una pars esset ammota tunc oculus existens in centro uideret recte

& præcise medietatem cæli & cum talis oculus est nunc in superficie eleuatus altior est q̃ in centro. ergo
plus debet uidere q̃ ante & per consequens debet uidere plus q̃ medietatem. Quarto sic quia si sic seque-
retur ꝙ dum sol est in ortu & in occasu deberet nobis apparere diuisus secundum figuram circularem
consequens est falsum & contra experientiam. sed patet consequentia quia dum sol est in ortu tũc aliqua
pars solis a nobis uidetur & alia non sed occultatur & illæ partes diuiduntur quantum ad uideri & non
uideri per terram. ergo si sit sphærica tunc sol debet apparere arcualis figuræ. ❡ Deinde arguitur de terra
& aqua simul quia si essent sphæricæ sequeretur ꝙ terra deberet esse omnino cooperta aquis consequens
est contra experientiam. & patet consequentia supposito ꝙ terra & aqua tendant ad idem centrum tunc
cum impossibile sit esse duo corpora sphærica habentia idem centrum quin unum circundet totaliter ali
ud habetur propositum ꝙ aqua &c. ❡ Vltra arguitur de omnibus elementis simul quia elementa non sibi
determinãt certas figuras ergo &c. antecedens patet primo per Aristotelem secundo cæli. & ex alio quia
alias elementa non essent impotentia ad omnes figuras cuius oppositum dicit Aristoteles. Secũdo sic quia
non omnes partes elementorum habent figuram sphæricam ut docet experientia ergo nec eleméta. con-
sequẽtia tenet quia in homogeneis eadẽ figura debet parti & toti. Vltimo sic spẽaliter de igne & aere quia
ignis magis spissus est sub uia solis & magis strictus sub polis aer uero econtra ergo sequitur ꝙ non sunt
sphærici. antecedens patet ex dispositionibus conuenientibus illis elementis. ❡ In oppositum arguitur per
actorem in textu & per Aristotelẽ secundo cæli & p Ptolemæũ in principio almagesti capitulo tertio quã
tum est de cælo & in quarto quantum est de elementis. In quæstione erũt tres articuli. in primo uidebitur
de figura cæli. in secundo de figura elementorum. & in tertio erũt dubia. ❡ Quantum ad primum scien- Primus
dum est ꝙ proprie loquendo orbiculare & sphæricum differunt quia orbiculare debet esse contentum articul⁹
duabus superficiebus scilicet concaua & conuexa cuiusmodi est cælum. sphæricũ uero debet esse contẽtũ
unica superficie scilicet conuexa tamen quandoq; ponitur unum pro alio sicut est in proposito. ❡ Secun-
do notandum est ꝙ cælum esse sphæricum potest intelligi principaliter tribus modis. Primo quantum ad
superficiem conuexam supremi cæli. Secundo quãtum ad superficiem concauam ultimi cæli. Tertio mo
do potest intelligi quantum ad superficies tam concauas q̃ conuexas sphærarum inter mediarum. ❡ Istis
positis ponunt conclusiones. ❡ Prima est ꝙ rationes actoris in textu non cogunt aut demonstrant cælum Prima
esse sphæricum quantum ad superficiem conuexam supremi cæli si ponamus cælũ quiescens. patet quia cõclõ
ratio principalis actoris in textu consistit in hoc ꝙ oporteret corpus esse sine loco & locum sine corpore
utrunque repugnat principiis philosophiæ. & probat consequentiam quia si cælum esset alterius figuræ q̃
sphæricæ ut figuræ angularis tunc cum moueretur angulus remaneret locus ubi prius erat sine corpore
modo ubi cælum quiesceret illa non haberet locum. ❡ Secunda conclusio est ꝙ si ponamus quodlibet cæ Scđa
lum moueri & nullum quiescens adhuc ratio actoris non probant cælum quantum ad superficiem supre- cõclõ
mi cæli conuexam esse sphæricæ figuræ. Patet cõclusio quia si cælum poneretur oualis figuræ adhuc pos-
set saluari eius motus sine hoc ꝙ remaneret locus sine copore aut corpus sine loco ponendo ꝙ moueretur
super axẽ quæ est linea longissima in illo corpore & ꝙ coni essent poli illius figuræ. & ita esset si cælum po
neretur esse figuræ compositæ ex duabus pyramidibus rotundis. ❡ Tertia conclusio est ꝙ ratio actoris be Tertia
ne probat & demonstrat cælum non esse figuræ plurium angulorum ut trium angulorum uel quattuor cõclõ
& hoc quantum ad superficiem conuexam primi cæli. conclusio patet quia si esset triangularis figuræ tũc
oporteret ꝙ unus angulus ad minus moueretur & tunc ratio habebit locum. ❡ Quarta conclusio est ꝙ ra Quar-
tio actoris non demonstrat cælũ esse sphæricũ quantũ ad superficiem cõcauam ultimi cæli scilicet lunæ. ta con-
patet conclusio: quia dato & poneretˀ esse angularis figuræ cũ moueretur aliquis conus tunc ignis qui est clusio
fluxibilis subsequeretur & sic nõ remaneret locus sine corpe. ❡ Quinta cõclusio est ꝙ rõ actoris bene de- Quita
monstrat cælum esse sphæricum q̃tum ad superficies tam concauas q̃ conuexas sphærarum intermedia- cõclõ
rum. Patet conclusio supposito ꝙ cælum non sit frangibile: fluxibile: augmentabile: nec diminuibile. sup-
posito etiam ꝙ non possit esse penetratio dimensionum nec uacuum. Tunc illis suppositis arguitˀ sic sphæ
ræ inter mediæ mouentur super aliis polis quã primum mobile mouẽtur etiam diuersis motibus inter se:
ergo si essent alterius figuræ quã sphæricæ ut oualis tũc oporteret cælum frangi: augmẽtari: uel diminui:
aut fieri uacuum: uel penetratio dimensionum. ❡ Vltima conclusio & responsalis pro isto articulo est ꝙ Cõclõ
uerisimilius & rationabilius est ponere cælum esse sphæricæ figuræ quantum ad omnes superficies suas q̃ rñsalis
alterius figuræ. hæc conclusio persuadetur aliquibus rationibus. Primo sic quia p̃ nobiliori corpori rationabi- Pria rõ
liter debetur figura prior inter alias figuras modo cælum est primum corpus cum sit perpetuum. alia ue-
ro sunt generabilia & corruptibilia. & figura sphærica est prior ut patet per geometriam ergo conclusio
uera. Secundo sic quia corpori simpliciori debetur figura simplicissima rationabiliter modo cælum est cor Scđa rõ
pus simplicissimum ut patet primo cæli. & figura sphærica est simplicissima. quod patet quia simplicitas fi
guræ attenditur penes contineri a paucioribus lineis modo figura sphærica unica linea continetur ergo ẽ Tertia
simplicissima. Tertio sic quia corpori perfectiori debetur figura perfectior: modo cælum est corpus perfe- rõ
ctissimum & figura sphærica est perfectissima quia sibi non potest fieri additio. Quarto sic quia cælo de Quar-
betur figura capacissima cum habeat continere omnia modo figura sphærica est capacissima ĩter omnes ta rõ

Quīta rō — figuras ysoperimetrales ut dicit Archimenides in suo tractatu de ysoperimetralibus. Quinto sic quia cum cælum regat per motũ oĩa primo cæli sibi debetur figura aptissima ad motũ modo figura sphærica aptissima est ad motum ergo debetur ipsi cælo.

Dubiũ — ¶ Sed dubium est quomodo potest saluari ꝙ figura sphærica sit capacissima inter figuras ysoperimetrales & est minima ut habetur primo cæli. Notandum est ꝙ figuræ ysoperimetrales dicuntur figuræ diuersarum specierum ex æqualibus lineis contentæ. uerbigratia si esset unus triangulus & extendentur tres eius lineæ in rectum faciendo unam lineam & esset unus circulus & extenderetur linea continens ipsum: tunc si istæ duæ lineæ sint æquales circulus & triangulus erunt figuræ ysoperimetrales. Respondetur tunc ꝙ figura sphætica maxima est quantum ad superficiem sed minima quo ad lineam: & ideo illa non repugnant. & sic patet de illo dubio. Et hæc de articulo primo

Scđs articulus — ¶ Quátum ad secundum uidendum est de figuris elementorum pro quo erunt tria puncta. in primo uidebitur de figura terræ. in secundo de figura aquæ. & in tertio de figura ignis & aeris.

Primũ pũctũ — ¶ Pro primo puncto est aduertendum ꝙ sphæricum loquendo proprie dicitur ꝙ in eius superficie exteriore est sine quacunque asperitate & a cuius puncto medio omnes lineæ rectæ ad illam superficiem ductæ sunt sibi inuicem æquales. Sed rotundum dicitur illud ꝙ tendit ad sphæricitatem: licet non sit perfecte sphæricum. uerbigratia pomum dicitur rotundum non tamen diceretur sphæricum uerumtamen rotundum & sphæticum quãdoq; capiuntur large unum pro alio & ita capiũtur ĩ proposito.

Prima cõclo — ¶ Isto notato sit prima conclusio ꝙ terra rotunda est ab oriente in occidentem. patet conclusio quia nisi sic sequeretur ꝙ omnes stellæ siue planetæ ut sol & luna & sic de aliis deberent æque cito oriri occidentalibus sicut orientalibus consequẽs est falsum. & patet consequentia quia si terra esset plana tunc eundem orizontem haberent orientales & occidentales ergo æque cito sicut sol ascenderet supra orizontem aliquorum ita etiam supra orizontem aliorum & per consequens æque cito orire tur. Sed probatur falsitas consequentis quia eclypsis solis aut lunæ quæ orientalibus apparet in prĩa hora noctis appet occidentalibus in secunda hora uel tertia tamẽ fit simul & semel & cum non simul appareat omnibus illis hoc est ex eo ꝙ occidentales habent noctem tardiorem ꝗ habeant orientales.

Scđa cõclo — ¶ Secunda conclusio terra rotunda est a meridie ad septentrionem patet conclusio quia ambulantes a septentrione uersus meridiem aliam altitudinem poli super orizõtem reperiunt ꝗ prius habeant & hoc non esset nisi terra esset rotũda. Scđo patet conclusio quia ambulantibus uersus meridiem incipiunt apparere aliquæ stellæ uersus polum antarcticum quæ nunquam eis apparuerunt desinunt etiam aliquæ apparere uersus polum arcticum quæ semper prius apparebant & hoc est propter rotũditatem terræ.

Tertia cõclo — ¶ Tertia conclusio terra est ubique rotunda patet quia omnia grauia ubicunq; descendunt (dum tamen non descendant supra terram montuosam uel uallicosam) descendunt per æquales angulos & hoc

Scđa rõ — non esset nisi terra esset sperica large capiendo & rotunda. Secundo patet conclusio quia omnes partes terræ tendunt ad idem centrum immo omnes quantum ad superficiem exteriorem æqualiter distarent a cẽtro nisi propter siccitatem una detineret aliam. unde imaginandum est ꝙ si terra esset fluxibilis sicut aqua

Tertia ratio — tunc ipsa undiq; distaret æqualiter a suo centro quantum ad superficiem exteriorem. Tertio patet conclusio ꝙ si terra non esset rotunda immo plana sequeretur ꝙ montes deberent uideri a maiori distantia ꝗ uideantur consequens non est dicendum. & patet consequentia quia non uidetur quid impediat uisionẽ eorum nisi rotunditas terræ. unde non põt dici ꝙ distantia nimia impediat quia experiẽtia est de duobus hominibus quorum unus est ad pedem alicuius turris & altera ad cacumen ille qui est in cacumine turris uidet aliquem montem ab aliqua distantia & alter qui est ad pedem turris non. & tamen ille qui est in cacumine turris plus distat a monte ꝗ ille qui est in pede turris ut post probabitur. Quarto patet conclusio

Quarta rõ — quia eclypsis lunæ nobis apparet secundum figuram arcualem ut docet experientia: modo hoc non esset si terra non esset rotunda ꝙ patet: quia radii solares contingentes ipsam terram diuidunt in luna partẽ eclypsatam a parte non eclypsata ergo signum est ꝙ tales contingunt terram secundum portionem circuli cum faciant apparere figuram arcualem in luna & per consequens conclusio uera. Quinto sic quia to


Quĩta ratio — talis mundus rotundus est ergo rationabile est ꝙ partes mundi principales sint rotundæ & terra est una ps principalis ergo conclusio uera. Iterum de rotunditate terræ potest haberi experientia per istum modum ambulet aliquis ab aliquo certo puncto in terra uersus meridiem & tunc uideat quantum eleuatio poli fuerit uariata & etiam uideat spacium pertransitum. deinde transeat ultra quousq; reperiat æqualem uariationem poli sicut prius: & tunc si illa duo spacia pertransita sunt æqualia tunc necesse est ꝙ terra sit rotunda ut docet experientia. ¶ Ex illa conclusione sequuntur aliqua correlaria. Primum est ꝙ omnes rectæ

Primũ correlarium — lineæ procedentes a superficie terræ uersus centrum continue uadunt appropinquando adinuicem ut notum est.

Scđm — Secundo sequitur ꝙ si esset aliquis puteus factus secundum perpendiculum oportet ꝙ talis sit strictior in fundo ꝗ superius. patet quia omnes lineæ ipsum circundantes si sint secundum perpendiculum cõtinue uadunt appropinquando adinuicem per correlarium præcedens & per consequens correlarium uerum.

Tertiũ — Tertio sequitur ꝙ si sint duæ turres secundum perpendiculum factæ tunc magis distant in cacumine ꝗ in pedibus ex præcedente. Et ultra ex hoc inferunt aliqui probabiliter ꝙ si quis uelit artificialiter componere turrim debet facere eam magis largam superius ꝗ inferius. patet correlarium quia in omni artificio bono partes superiores debent habere inferiores directæ inter se & centrum ergo oportet ꝙ secundũ

perpendiculum fiant & per consequens oportet ꝙ illud artificiũ.s.turris sit magis latũ superius q̃ inferius.
Quarto sequitur ꝙ non est possibile esse aliquam rectam lineam æque distantem secúdum quodlibet sui Quartum
a centro mũdi:immo quælibet talis est curua & ad modum portionis circuli.patet hoc quia si esset aliqua
talis recta linea maxime esset illa quæ describeretur contingendo superficiem terræ sed talis propinquior
est centro in pũcto medio q̃ in partibus extremalibus.Sequitur ultra ꝙ non est possibile ꝙ aliquis ambulet Quĩtũ
secundum rectam lineam quin ascendat & descendit patet quia non est possibile quin talis semper appro-
pinquet ad centrum uel elongetur ab eo.ultra sequitur ꝙ ambulans secundum rectam lineam ascendit ꝑ
una parte & pro alia descendit patet de illo qui ambularet secundum lineam rectam contingentem terrã.
Vltra sequitur ꝙ ambulans super superficiem terræ caput eius uelocius mouetur q̃ pedes.patet quia tam Sextũ
pedes q̃ caput describunt quandam portionem circuli circa centrum. Et certum est ꝙ caput maioré por-
tionem describit ut notum est ergo correlarium uerum. Vltra sequitur ꝙ si quis habeat terram iuxta ter- Septĩuz
ram uicini sui & fodiat terram suam seruata eadem quantitate tunc facit inius suo uicino & sic patet de
figura terræ & per consequens de illo primo puncto. ¶ Quantum ad secundum punctum uidendum est Scdm
de figura aquæ pro quo aduertendum est primo ꝙ de figura aquæ uidendum est quo ad eius.2. superfici- punctũ
es scilicet concauam & conuexam.unde quantum ad conuexam ipsa aqua continetur a concauo aeris.sed
quantum ad concauam ipsa continet terram pro maiori parte.secundo supponitur ꝙ terra non est omni-
no aquis circundata immo est discooperta pro una pte sui pro salute animãtium ut dicit auctor in textu.
¶ Sed aliquis quæreret utrum aqua ex natura sua appetit circundare terram omnino.Ad ꝙ respondent ali Dubiũ
qui dicendo sic nam dicunt ꝙ dupliciter potest considerari aqua.uno modo ut est corpus graue naturaliter
& secundum talem considerationem aqua deberet appetere circundare terram omnino.alio modo potest
considerari aqua ut est unum elementum ordinatum propter generationem mixtorum & quãtum ad hoc
aqua debet inclinari ad reliquendum unam partem terræ discoopertam ut attingat suum finem. Aliter po-
test dici ad dubium probabiliter ꝙ aqua nullo modo est inclinata ad circundandum terrã omnino.& cau-
sa est quia si sic hoc esset quia est corpus naturaliter graue sed propter hoc non debet esse ad hoc inclina-
ta ex eo ꝙ una pars terræ plus distat a centro mundi q̃ alia pars.Et ideo aqua debet partem illam relinque-
re & fugere ad partes decliuiores.Tertio supponitur ꝙ hic intelligendum est de totali massa aquæ & non
solum de aqua partiali.¶ Istis suppositis ponuntur conclusiones.Prima est aqua quantum ad superficiem
eius concauam est figuræ sphæricæ seu tẽdentis ad sphæricitatem & non figuræ perfectæ sphæricæ.patet Pria
conclusio quia terra quantum ad eius superficiem conuexam & aqua quantum ad superficiem concauam cõclo
sunt omnino consimilis figuræ modo terra est rotundæ figuræ ergo &c.consequentia est nota.maior pa-
tet quia superficies concaua aquæ & superficies conuexa terræ se habent tanquam continens & contentũ
ergo oportet ꝙ sint consimilis figuræ consequentia tenet:quia alias oporteret ꝙ inter eas esset uacuum uel
ꝙ una penetraret aliam quod est impossibile ut patet quarto phisicorum. minor patuit in primo puncto.
¶ Secunda conclusio est & responsalis ꝙ aqua quantum ad superficiem conuexam est rotundæ figuræ.cõ Scda
clusio patet primo sic quia aer quantum ad superficiem concauam est rotundæ figuræ ergo aqua quantuz cõclo
ad conuexam eius consequentia tenet illo modo sicut probabatur in antecedente conclusionis ꝑcedẽtis an-
tecedens.patet quia partes aeris æqualiter recedunt a centro mundi siue distant ergo constituunt circa cen-
trum figuram rotundam quantum ad concauum aeris.Secundo patet cõ-
clusio quia existens in altitudine mali alicuius nauis uidet aliqua signa in
littore maris quæ non uideret si esset in pede mali:modo hoc non est pro-
pter minorem distantiam quia talis plus distat dum est in altitudine mali
q̃ si esset in pede.& hoc est propter tumorem aquæ.Et illam rationem fa-
cit autor in textu.Tertio patet conclusio illo modo quo probatur rotundi-
tas terræ quia nauigantibus in mari a septentrione uersus meridiem inci-
piunt aliquæ stellæ apparere uersus polum antarcticuz quæ nunquam eis
apparuerunt:desinunt etiam eis aliquæ apparere uersus istum polum quæ
prius apparebant.& hoc est signum ꝙ aqua est rotunda.Quarto patet cõ-
clusio & fortius & est ratio quasi demonstratiua & supponitur ꝙ aqua nõ
impedita semper fluit ad decliuiorem locum patet ad experientiam.patet
etiam ex parte grauitatis ipsius aquæ. quo supposito arguitur sic quia si



aqua non esset rotunda sequitur ꝙ ipsa non impedita non flueret ad decliuiorem locum consequens est
contra suppositionem factam immediate & patet consequentia quia ponatur per aduersarium ꝙ aqua sit
plana & sit eius planities a:b:c:sit centrum terræ:d:& a centro terræ protrahantur tres lineæ ad tria puncta
a:b:c. tunc certum est ꝙ illarum trium linearum b d est breuior quia alias esset aliqua linea recta æquidi-
stans secundum se & quodlibet sui a centro mundi quod reprobatum est in primo puncto & sic sequitur
ꝙ punctus b propinquior est centro mundi q̃ sint puncta:a:c:quæritur ergo utrum partes aliquæ circa:a:
& circa:c:fluant ad punctum b uel non. si non: sequitur ꝙ aqua non impedita non fluit ad locũ decliuio-

rem: quia b est locus decliuior & habetur consequens illarum. Si fluat ad pũctũ b sequitur tunc ꝙ tales partes reducunt aquam ad superficiem rotundam & non remanent in superficie plana & habetur propositum.

Prium correlarium

¶ Ex illa conclusione inferuntur aliqua correlaria. Primum est ꝙ si esset aliqua superficies plana cuius medium esset centrum mundi & super eam effundentur aqua tunc talis aqua tendẽt ad figuram dimidiæ speræ cuius centrum esset centrum mundi.

Scdm

Secundo sequitur ꝙ si sit aliquod stagnum planum tunc necesse est ꝙ in medio sit profundior q̃ in extremitatibus.

Tertiũ

Tertio sequitur ꝙ idem uas plus continet de liquore in loco basso q̃ alto. patet correlarium quia uas in loco basso continet liquorem secundum arcum qui est portio minoris circuli q̃ in loco alto ergo sequitur ꝙ continet in basso secundum maiorem gibbositatem q̃ in loco alto. Vnde ad maiorem declarationem istius supponitur ꝙ æqualis corda de duobus circulis uno maiori & alio minore arcum curuiorem resecat de circlo minore q̃ de maiori. uerbigratia ĩ figura. Secundo supponitur ꝙ si repleatur aliquod uas melius q̃ posset impleri de aliquo liquore tunc repletur secundum quendam arcum qui est portio circuli imaginati describi circa centrum mundi contingendo latera uasis uerbigratia in figura. Ex istis suppositionibus sequitur ꝙ quanto uas est bassius tanto arcus secũdum quem continet est curuior: patet quia tãto circulus cuius est portio est minor per primam suppositionem ergo arcus est curuior. & hæc de secundo puncto.

Tertiũ pũctũ
Prima cõclo

¶ Quantum ad tertium punctum sit hæc prima cõclusio ꝙ aer quantum ad eius superficiem concauam est rotundæ figuræ patet ex dictis quia continet superficiem conuexam aquæ ergo est eiusdem figuræ cum ea quæ iam probata est rotunda.

Scda cõclo

Secunda conclusio ꝙ ignis quantum ad superficiem conuexam eius est spericæ figuræ. patet quia continetur a concauo orbis lunæ ergo est eiusdem figuræ cum concauo orbis lunæ cum se habeant tanquam continens & contentum modo concauum lunæ est figuræ sphæricæ ergo. Sed de concauo ignis & cõuexo aeris sunt duo modi dicendi. Primus ponit ꝙ talia nõ sunt multum sperica immo oualis figuræ. & illud probatur quia ignis sub uia solis spissior est q̃ sub polis & econtra est de aere & illud communiter dicitur in primo metheo. Sed alii dicunt illud concauum & illud conuexum esse sperica & hoc probant sic quia licet plus generetur de igne sub uia solis q̃ sub polis propter calorem solis & etiam generetur plus de aere sub polis q̃ alibi propter non tantum calorem: tamen aer continue fluit de parte sub polis ad uiam solis & etiam cõtinue ignis econtra & ideo continue remanent sperica: & ita imaginandum est de igne & aere quantum ad illas superficies ꝙ sunt rotunda. & hæc de tertio puncto & per consequens de articulo secundo.

Tertius articulus
Primũ dubiũ

¶ Quantum ad tertium articulũ dubitatur primo utrum terra sit in medio firmamenti. Et uidetur ꝙ non quia si sic tunc centrum magnitudinis eius deberet esse in medio firmamenti consequentia ẽ nota sed consequens est falsum quia tunc terra deberet esse totaliter aquis cooperta eo ꝙ terra & aqua æqualiter tendunt ad medium mũdi uel firmamenti consequens est contra experientiam. In oppositum arguitur per autorem in textu.

Scdm dubiuz

Secundum dubium est utrum terra se habeat tanquam pũctus respectu firmamenti. & uidetur ꝙ non quia luna non se habet tanquam punctus respectu firmamenti ergo nec terra consequentia tenet quia terra maior est q̃ luna aliter non posset causari eclypsis lunæ probatur antecedens quia luna est magna respectu stellarum firmamenti immo maior ut nobis apparet. oppositum patet per auctorem in textu.

Tertiũ dubiuz

Tertio dubitatur utrum terra sit naturaliter collocata in medio firmamenti. & uidetur ꝙ non quia tunc terra esset elementum nobilissimum consequens est falsum & contra. p. & patet consequentia quia locus medius debetur nobiliori ergo si debeatur terræ: terra erit nobilius elementum. oppositum ponit autor in tex.

Quartũ dubium

Quarto dubitatur utrum oculus ubicunque existat supra terram uideat medietatez cæli. Et uidetur primo ꝙ non quia si existat in ualle non poterit uidere nisi modicam portionem cæli. Etiam si sic tunc simul uideret ad oppositas partes ut oriẽs & occidens qđ est impossibile. oppositum arguitur per autorem in textu, & etiam quia orizon dicitur diuidere partem cæli uisam a parte non uisa: diuidit cælum in duas partes æq̃les ergo oculus cuius est talis orizon uidet medietatem cæli.

Ad primum dubiuz

¶ Ad ista dubia respondẽdum est per ordinem. Pro primo igitur aduertendum est ꝙ grauium corporum duplicia sunt centra quia quædam sunt grauitatis & alia magnitudinis. unde centrum magnitudinis alicuius corporis est ille pũctus a quo omnes lineæ rectæ ad superficiem eius ductæ si fuerit spericum sunt æquales. Sed centrum grauitatis alicuius corporis est ille punctus existens in medio lineæ diuidentis illud corpus in duas partes æque graues.

Primũ correlarium

Ex ista diffinitione sequuntur aliqua

correlaria. Primo sequitur ꝙ aliquando in eodem corpore non est idem centrum magnitudinis & grauita
tis, patet ubi corpus est difformiter graue in partibus suis. Secundo sequitur ꝙ in aliquo corpore bene est Secũdũ
idẽ centrũ magnitudinis & centrum grauitatis: patet de corpore uniformiter graui. Tertio sequitur ꝙ ali- Tertiũ
quod corpus graue habet centrum suæ magnitudinis extra se: patet de corpore quod est minor portio cir
culi: patet etiam de speculo concauo: quia centrum magnitudinis eius est illud punctum ubi concurrunt
radii solares reflexi & ibi inflammantur. Quarto sequitur ꝙ semper centrum grauitatis est infra corpus Quar-
cuius est centrum patet ex dictis. ¶ Secundo notandum est ꝙ quattuor modis potest intelligi terram esse to
in medio mundi. primo q̃tũ ad cẽtrũ suæ magnitudinis. s. ꝙ centrum magnitudinis eius sit in medio mun
di. secundo modo quantum ad centrum grauitatis. tertio modo ꝙ ipsa sit pars aggregati cuius aggregati
centrum sit in medio mundi. quarto modo quia ipsa circundetur firmamento. ¶ His notatis ponuntur cõ Prima
clusiones. Prima est ꝙ in terra non est idem centrum magnitudinis & centrum grauitatis: patet quia terra cõclo
est difformiter grauis ergo conclusio uera consequentia tenet ex dictis in primo correlario primi notabi-
lis: antecedẽs patet quia pars terræ aquis discooperta est & super quam transit sol leuior est propter calo- Scda
rem solis & alia pars aquis cooperta grauior est propter frigiditatem aquæ. ¶ Secunda conclusio centrum cõclo
grauitatis terræ non est in medio firmamenti. patet conclusio quia si terra imaginetur diuidi in duas par-
tes æque graues tunc illa pars quæ est aquis cooperta una cum aqua circundante pellit aliam partem quo Tertia
usq; centrum totius aggregati sit centrum mundi. ¶ Tertia conclusio est ꝙ non est idem centtum magni- cõclo
tudinis terræ & firmamenti. patet quia tunc terra esset omnino aquis cooperta ut arguebatur in ratiõe du
bii. Ex hoc patet ꝙ in ipsa terra oportet imaginari tria centra realiter distincta primum est centrum ma-
gnitudinis ipsius terræ. secundum est centrum grauitatis eiusdem. tertium est medium firmamenti. Secun
do sequitur correlarie ꝙ terra non est in medio firmamenti nec primo modo nec secundo modo. patet qa Quar
nec quo ad centrum magnitudinis nec quantum ad centrum grauitatis. ¶ Quarta conclusio est ꝙ centrũ cõclo
grauitatis aggregati ex aqua & terra est in medio firmamenti. patet quia tale aggregatum est corpus gra-
ue & non impeditum ergo mouetur quousque centrum grauitatis eius sit centrum mundi. consequentia
tenet quia illud est de natura grauis. Sequitur correlarie ꝙ totale aggregatũ ex terra & aqua est in medio
firmamenti: patet q; centrum grauitatis suæ ẽ in medio per conclusionem præcedentem. ergo consequen-
tia patet ex notabili. Secundo sequit̃ ꝙ terra potest dici ĩ medio firmamenti tertio modo. patet quia ẽ pars
unius aggregati quod est in medio mundi ergo est in medio firmamenti tertio modo & ita inferretur de Vltĩa
aqua. ¶ Vltima conclusio terra est medio mundi quarto modo & etiam aqua patet quia circundantur fir- cõclo
mamento. ¶ Sed pro secundo dubio aduertendum est ꝙ terrã se habere tanq̃ punctum respectu firmamẽ Ad se
ti potest tripl'r intelligi. unomõ ꝙ sit realr punctus idiuisibilis nõ hñs extẽsionẽ. scdo mõ ꝙ ipsa terra nullã cũdũ
uariationẽ faciat in perceptione stellaꝝ fixaꝝ firmamenti hoc est dictu ꝙ eiusdẽ quãtitatis appareant stel dubiũ
læ exñti in cẽtro mundi sicut exñti in superficie terræ. tertio mõ sic ꝙ si ipsa terra poneret̃ in firmamento Pria
& esset lucida sicut una stella nõ uideret̃ pp eius paruitatẽ. ¶ Tũc ponunt tres conclusiones. Prima est terra cõclo
non se hẽt tãq̃ punctus respectu firmamenti primo mõ. patet conclusio de se. ¶ Secunda conclusio terra se Scda
habet tanq̃ punctus respectu firmamenti secundo modo patet. quia æqualiter de cælo uiderent exñs in cẽ cõclo
tro terræ (si una medietas eius esset ãota) & exñs in superficie terræ ergo terra nullam uariationem facit in Tertia
perceptione cæli & stellarum, consequentia nota est antecedens patet in quarto dubio. ¶ Tertia conclusio cõclo
terra est tanq̃ punctus respectu firmamẽti tertio modo, patet ut dicit Alphagranus in libro tertio minima
stellarum fixarum notabiliter uisibilium est octies & decies maior q̃ terra. modo plures sunt stellæ quæ cũ
difficultate possunt uideri propter paruitatem eaꝝ ergo si terra ibi poneretur & esset lucida nõ posset uide
ri a fortiori & per consequens conclusio uera. Et iuxta hoc potest inferri ꝙ luna se habet tanquã punctus
respectu firmamenti tertio modo, patet quia luna minor est q̃ terra ergo si terra se hẽat tanquam pũctus De mẽ
respectu firmamenti a fortiori luna. Sed tunc dubium est de ambitu ipsius terræ, pro quo est aduertẽdũ ꝙ sura
ambitus ipsius terræ põt sciri per istũ modũ quia cælũ imaginat̃ diuidi in trecentũ & 60. gradus æquales terræ
& cuilibet illorum graduum correspondent septingenta stadia in terra, ꝙ scitur per istum modũ qa capia
tur eleuatio poli ĩ aliq̃ regione per astrolabium: deinde ambulet homo ab illo loco recte uersus septentrio
nem quousq; reperiat polum eleuatum uno gradu plus q̃ eleuabatur: & tunc mensuret spacium intercep-
tum inter illa duo loca & reperiet. 700. stadia. & illo habito multiplicet. 700. per. 360. & reperiet numerum
stadiorum qui est. 252000. stadiorum. Et si uelimus scire numerum leucarum sciemus per istum modum
quia. 8. stadia faciunt unum miliare. 2. miliaria faciunt leucam: & sic. 16. stadia faciunt unam leucam. diui-
dantur ergo ducenta & quinquaginta duo milia stadiorum. per. 16. & resultabit numerus leucarum & est
talis: quoniam decem millia & septingenta & quinquaginta leucæ. Et si uelimus scire quantitatem dia- Ad ter
metri terræ sciemus per illum modum supposito ꝙ circuli ad eius diametrum est proportio tripla sesqui- tiũ du-
septima tunc suppõito illo capiatur numerus ad quem numerus stadiorum ambitus terræ se habeat in ta- bium
li proportione tunc ipse est numerus stadiorum diametri terræ scilicet octuaginta millia & 100. & 90. sta- Pria
dia & medietas unius & sic patet de secundo dubio. ¶ Sed pro tertio dubio ponuntur conclusiones. Prima cõclo
est ꝙ terra sola non est naturaliter in medio firmamenti collocata patet quia terræ centrum grauitatis nõ

est in medio mundi ut prius probatum ē ergo.consequentia tenet quia cum terra sit corpus grauissimum
Scđa cōclo locus naturalis eius debet esse talis ꝙ centrum grauitatis eius sit centrum mundi. ¶ Secunda conclusio aq̃
sola non est naturaliter collocata.in medio.patet conclusio sicut præcedens quia centrum grauitatis aquæ
Tertia cōclo non est in medio mūdi ergo. ¶ Tertia conclusio est ꝙ aggregatum ex terra & aqua est naturaliter colloca
tum in medio mundi patet quia talis aggregati centrum grauitatis est in medio mundi ut ostensum est
in primo dubio ergo illud est naturaliter collocatum.consequentia tenet quia naturalis collocatio grauis
simi est ꝙ centrum grauitatis eius sit centrum mundi.modo tale aggregatum est grauissimum ergo cōclu-
Quarta conclusio sio uera. ¶ Quarta conclusio est ꝙ alicuius totius q̃libet pars est uiolente collocata secundū unā diuisio
nem & secundum aliam diuisionem quælibet pars est naturaliter collocata:patet conclusio prima pro pri-
ma parte quia si imaginemur aggregatum ex aqua & terra diuidi secundum portiones speræ tunc certum
est ꝙ quælibet pars est uiolente collocata. quod patet quia nullius partis centrum grauitatis est medium
mundi.patet secunda quia si imaginetur illud aggregatum diuidi non secundum portiones speræ sed secū
dum orbes se inuicem includentes tunc quælibet pars est naturaliter collocata quia cuiuslibet partis cen-
Dubiū notādū trum grauitatis est medium mundi. ¶ Sed tunc est dubium an tale aggregatum ex aqua & terra quod sic
quiescit naturaliter in medio mundi sit ibidem actualiter graue. Ad quod respondetur probabiliter ꝙ sic.
Et potest persuaderi primo quia si tale aggregatū esset extra locum suum esset actualiter graue: ergo seq-
tur ꝙ cum non amittat illam quātitatem adhuc remanet actualiter graue in suo loco.Nec ualet si dicatur
ꝙ illa grauitas non trahit sursum nec deorsum.quia cum hoc tamen stat ꝙ adhuc remanet grauitas actua
lis & actualiter exercens operationem grauitatis.qđ probatᷣ quia si nullo mō ageret sequeretᷣ ꝙ una par-
ua musca deberet mouere totū illud aggregatū.consequēs ē īconueniēs. sꝫ patet cōsequētia qa musca im-
pellendo est alicuius actiuitatis & etiam trahendo:& non haberet resistentiā contra impulsum illud aggre
gatum nisi grauitas agent & est agens naturale ergo producit motum & per consequens talis musca debe
ret mouere illud aggregatum. Vnde imaginandum est ꝙ grauitas & leuitas habent duo officia. unum est
mouere mobile in quo est si fuerit extra suum locum naturalem.Secundum est ipsum cōseruare & retine
re in suo loco si fuerit intra.& in exercendo quodlibet istorum officiorum grauitas debet dici actualis &
Ad q̃rtuꝫ dubium ideo semp sunt grauia. ¶ Sed pro quarto dubio aduertendum est ꝙ aliter capitur orizon apud astrologos
& aliter apud perspectiuos.unde apud astrologos orizon imaginatur circulus diuidens in cælo emisperi-
um superius ab inferiori. Sed apud perspectiuos orizon dicitur circulus imaginatus in cælo diuidēs partē
cæli uisam a parte nō uisa.Ex quo potest inferri ꝙ eidem in eodem loco existēn possunt esse diuersi orizō
tes secūdum perspectiuos non tñ secundum astrologos.patet quia propter difformitatem medii stat ꝙ idē
uideat in aliquo tēpore maiorem partē cæli q̃ in alio & hoc est propter fractionem radioꝝ.Secūdo sequitᷣ
ꝙ diuersi in diuersis locis habitantes habent diuersos orizontes secūdū perspectiuos & secūdū astrologos.
Notandū est secūdo ꝙ istud dubiū intelligendū est ac si terra esset perfectæ sphærica sine montibus & sine
uallibus. Tertio notandum est ꝙ dubium potest dupliciter intelligi. uno modo ꝙ hoc sit unica uisione seu
Quō fit uisio uno aspectu:alio modo ꝙ sit pluribus uisionibus se uertendo.Quarto dicendum est cum perspectiuis ꝙ ui
sio habet fieri sub angulo uel sub quadam pyramide cuius conus est in oculo & basis in re uisa.Et ad ui-
sionem non sufficit quicunque angulus unde non sufficit angulus obtusus propter eius magnitudinem ut
dicunt perspectiui.angulus autem contingentiæ non sufficit propter eius paruitatem.nec potest uisio fieri
per angulū rectū ergo solū sufficit angulus acutus. ꝙ nō fieri potest sub angulo recto probatur supponen
do aliqua prīo supponitᷣ ꝙ in ipso oculo sunt tres tunicæ ipsum inuoluētes.prīa est q̃ uocatᷣ cōsolidatiua.
scđa uocatur cornea.tertia uocatᷣ uuea nigra admodum uuæ.& in medio illius uueæ est quoddam foramē
per ꝙ multiplicantur species ad locum in quo sit uisio.deinde sub illis tunicis est quidam humor qui uo-
catur humor albugineus. deinde est alter humor qui uocatur glacialis admodum glaciei & in cētro illius
glacialis causatur uisio.Et sic patet ex istis ꝙ ad uisionem requiritur ꝙ species uisibiles transeant per quod
dam foramen & multiplicentur profundæ ad intra usque ad humorem glacialem ubi fit uisio. Et ex hoc
sequitur ultra ꝙ species uisibiles imaginatæ protrahi per modum lineatum usque ad locum uisionis cau-
sant ibidem angulum acutum patet quia non possunt per aliquod foramen protrahi lineæ ad intra pro-
Prima cōclo fundæ quin in concursu earum causent angulum acutum. ¶ Istis notatis ponuntur conclusiones. prima
est ꝙ nullus unica uisione potest uidere medietatem cæli immo nec quartam partem:patet quia si uisio fie
ret sub angulo recto præcise uidentur quarta pars cæli (quia si sit aliqua pyramis cuius conus sit angulus
rectus tunc basis illius pyramidis erit quarta pars circuli)modo sic est ꝙ uisio non potest fieri sub angu-
lo recto immo fit sub minore scilicet sub acuto ergo conclusio uera.Ex ista conclusione infertur ꝙ quan-
to plus oculus accederet ad ad cælū tanto minus uideret de cælo unica uisione.patet quia quanto pyrami
dis secundum quam fit uisio latera sunt longiora tanto basis est maior quia continue latera uadunt elon-
Scđa cōclo gando. ¶ Secunda conclusio est ꝙ oculus existens in centro terræ si terra esset diuisa in duas medietates &
una medietas esset ammota uideret præcise medietatem cæli circumuoluēdo se & hoc pluribus uisionibꝰ:
Tertia cōclo patet conclusio quia talis uideret de cælo secundum arcum resecatum a diametro mundi & talis arcus est
recte medietas cæli igitur. ¶ Tertia conclusio oculus existens in superficie terræ supposito ꝙ terra esset

perfecte sperica non uideret medietatem cæli: patet quia talis oculus solum uideret de cælo secundum arcum resecatum a linea cõtingente terram in superficie terræ ubi est iste oculus. ℂ Quarta cõclusio est q̧ staret oculũ tm̃ eleuari supra terrã q̧ recte uideret medietatẽ cæli, patet conclusio qa si imaginenť duæ lineæ ꝓcedentes ab extremitatibus diametri mundi cõtingentes ipsam terrã & directe ꝓtractæ quousq̧ concurrant tunc oculus exñs in cõcursu illaꝝ lineaꝝ uideret ꝑcise medietatem cæli. Et intelliguntur omnes istæ conclusiones excepta prima pluribꝰ uisionibus. ℂ Quinta cõclusio est q̧ stat oculũ ad imaginationem tm̃ eleuari supra terrã q̧ uideret plus q̃ medietatẽ cæli & hoc pluribꝰ uisionibus: patet qa posset tm̃ eleuari q̧ lineæ ꝓtractæ a cælo ex utraq̧ pte cõtingẽtes terrã resecarent de cælo arcum maiorem q̃ sit medietas cæli. Sequiť correlarie q̧ staret aliquos duos diametraliť oppositos qui simul & semel uiderent solem, patet qa staret q̧ quilibet illoꝝ uideret plus q̃ medietatem cæli ergo uiderẽt idẽ. Verũtamẽ oculus existẽs in superficie terræ licet nõ uideat medietatẽ cæli modicũ tamen minꝰ uidet. Et per hoc cõcludiť q̧ terra est tãq̃ pũctus in medio firmamenti. ℂ Ad rõnes ad primã dr̃ q̧ consequẽtia nõ ualet qa sphericũ capiť hic large ꝓut se extẽdit ad orbiculare. Ad scd̃am negať minor. & ad ꝓbationem dr̃ q̧ uerum est q̧ est minima q̃tum ad cõtineri sed est maxima q̃tum ad cõtinere. Ad tertiã negaťañs ad ꝓbationẽ diciť q̧ ueꝝ est sed ex hoc nõ sequiť q̧ ascendũt & descẽdunt qa appropinquare ad centrũ mũdi nõ diciť descendere nisi in spera generabiliũ & corruptibilium. Ad quartã cõcediť q̧ oẽs ptes cæli quæ sunt simul cõtinuatæ & ab aliis ptibꝰ discõtinuatæ sunt spericæ figuræ. Ad qntã concediť cum hoc tñ stat q̧ illæ sunt spericæ qa q̃cũq̧ superficie data infra eã põt assignari pũctus a quo oẽs lineæ rectæ ductæ ad eã sunt æquales. Ad sextã uerum est nec dictũ est q̧ sit pfecte sperica sed nõ est notabilis uariatio. Ad septimã dicitur q̧ uerũ est nec est contra auctorem quia actor intẽdit q̧ uideret modicum minus. Ad octauã diciť q̧ cõsequentia nõ ualet uñ rõ solum ꝓbat q̧ oculus exñs in superficie terræ &c. sed oculus põt tm̃ eleuari q̧ uideret plusq̃ medietatẽ cæli. Ad aliã eodẽ modo diciť. Ad nonã concediť scd̃m aliquos sed ꝓp nimiam distantiam nos nõ bñ iudicamꝰ de illo arcu. Ad alias de terra & aqua simul dr̃ ad primã q̧ cõsequẽtia non ualet quia bñ dictũ est q̧ centrũ terræ nõ est in medio mũdi. Ad aliã negať añs ad ꝓbationem p.p. in libro de cælo dr̃ q̧ p.p. uoluit q̧ elemẽta q̃tum est ex pte suaꝝ formaꝝ substantialiũ nõ determinãt sibi certas figuras sed ex pte suoꝝ locoꝝ naturalium sibi determinant. Ad aliam negatur antecedens. & causa est quia licet plus ibidem generetur de igne tamen continue fluit ad alias partes ut dictum est prius.

Quarta conclo

Quĩta conclo

Correlarium

Ad rões qõnis

ℂ Reuerendissimi dñi Petri de aliaco cardinalis & epi Cameracensis doctorisq̧ celebratissimi. qõ sexta.



Vaeritur primo circa secundum capitulũ utrum põt esse æquinoctium in uniuersa terra. Et arguitur primo q̧ non quia si sic hoc maxime esset sole existente in principio arietis uel in principio libræ sed hoc nõ ergo. consequẽtia nota est: maior patet p autorẽ in textu. uñ ponit q̧ ex eo diciť æquinoctialis quia dũ sol transit p istũ circulũ q̧ contingit bis in anno uidelicet in principio arietis & in principio libræ sole exñte est æqnoctium in uniuersa terra. Item dicit autor in tertio capitulo parte secunda q̧ dum sol est in alterutro punctoꝝ æquinoctialiũ arcus diei adequať arcui noctis: ergo maior uera. Sed ꝓbatur minor quia si sic sequeretur q̧ dies & nox simul mensurarenť & simul essent in eodem instanti indiuisibili. consequens est impossibile. & patet consequentia quia sol tm̃ est per instans in principio arietis uel libræ ergo si sit æqnoctiũ solũ erit p instans. Secundo sic quia impossibile est esse æqnoctium illis quoꝝ zenith est in polo & orizõ est æquinoctialis ergo qõ falsa. cõsequẽtia tenet añs pꝫ: qa sol moueť in eccẽtrico suo ut hr̃ in theoricis planetaꝝ cuius eccẽtrici aux est ꝓpinquior polo arctico q̃ alteri polo: ita q̧ maior medietas eius declinat uersus septentrionẽ. ergo sol per maius tempus est supra orizontẽ illoꝝ quoꝝ zenith est in polo arctico q̃ sub orizõte & per cõsequẽs hr̃ intẽtum. Tertio sic qa in aliq̃ patria est lumẽ ꝑpetuũ sine umbra uel tenebrositate ergo qõ falsa: probať añs: primo p autorem i textu qa illis quoꝝ zenith est in polo semp apparẽt crepuscula ergo seqť q̧ tales hñt lumẽ ꝑpetuum & hoc directũ uel reflexum. ꝓbať scd̃o añs quia uapores reflectẽtes lumẽ solis ascendunt a superficie terræ per 52000. passuum ut hr̃ ex cõmento Campani sup. 58. conclusionẽ decimi Euclidis: sed talibus sol nõ potest deprimi ultra. 24. gradus sub orizõte: & iõ cum adhuc nobis appareant crepuscula sole depsso per. 18. gradus & cũ simus in aere sereno: a fortiori eis apparebunt crepuscula semper etiam in maxima solis declinatione. Quatro sic qa nox in quolibet tpe breuior est die ergo. consequẽtia tenet ꝓbať añs quia nox nõ est aliud q̃ umbra cãta ex aggregato terræ & aq. & dies nõ est aliud q̃ illud qd̃ illuminať a lumine solis seclusa tali umbra: mõ maius est multo qd̃ illuminať q̃ sit umbra, qõ ꝓbať quia qñ lucidum maius est umbroso tũc lucidũ illuminat tenebrosum plusq̃ dimidiũ. mõ sol maior ẽ q̃ aggregatũ ex aq̃ & terra ergo seqť q̧ maius illuminat q̃ remaneat de umbra. ℂ In oppositum arguiť per autorẽ ubi prius allegabať in prima rõne: patet etiã p Ptole. & per astrologos. In qõne erunt duo breues articuli. in primo notabilia ponenť. & in secũdo cõclusiones. ℂ Quãtum ad primũ est aduertendũ q̧ duplex est dies qa quidã est naturalis & quidam artificialis. Vñ dies naturalis dr̃ tps quo sol cõplet unam reuolutionẽ motu firmamenti. & continet uigintiquatuor horas pro die artificiali & pro nocte. Et talis dies naturalis in pluribus locis apud astrono-

Primꝰ articulus

Quid dies nalis

Quid & quotuplex é dies artificialis — mos incipit a meridie diei pcedentis in aliquibus locis incipit a media nocte. Sed dies artificialis dicit' eleuatio solis sup orizonté secludédo nocté & qualibet ei⁹ ptem. ꝓ quo est aduertendú ꝙ tripliciter solet capi dies artificialis. Primo mō pro tpe qd' est a cōtactu cētri solis cum orizōte uersus oriés usq; ad contactú similem eiusdé cú eodé uersus occidés. & ista est cōis acceptio ipsius. Sed scdo modo accipit' dies artificialis pro tpe quod est a principio appantionis solis aut alicuius eius ptis usq; ꝙ nec sol nec aliqua eius pars pōt plus apparere per eius depressioné sub orizonte. Sed tertio modo capitur dies artificialis pro toto tépore quod est a principio illuminationis medii siue per lumen primarium siue per lumé secúdariú siue dirèctú siue reflexum quousq; nihil plus de medio est illuminatum. & isto mō crepuscula sunt ptes dierꝝ. & iste est modus cōis apud uulgares. Et ꝓportionalr nox potest capi tripliciter: ita ꝙ in qualibet acceptione diei artificialis residuú est pro nocte.

Duplex é æquinoctium — ¶ Secúdo notandú est ꝙ eē æquinoctiú non est aliud q̃ diem artificialem & nocté aliquo pdictoꝝ modoꝝ adequari. ꝓ quo é aduertédú ꝙ duplex pōt imaginari æquinoctiú unú pcisum & adequatú. s. si dies artificialis & nox pcise adequarent'. sed aliud imaginat' æquinoctium apd' uulgares sic. s. ꝙ dies artificialis & nox fere sint æquales ita ꝙ inter eoꝝ q̃titates nō sit multú sensibilis differentia.

Quot reqrút' ad ueꝝ æquinoctium — ¶ Tertio notandum est ꝙ ad inueniendú æquinoctiú pcisum si eēt possibile oporteret multa considerare. primo. n. oportet considerare eccétricú solis: & motú eius in eccétrico: & augé. secúdo ascésiones signoꝝ & tertio habet cōsiderare circulú descriptum a sole in principio arietis uel libræ. quia si omnes isti motus possent p orizonté simul in æq̃lia diuidi tunc posset æquinoctiú eē & nō alr. ¶ Vltimo notandú est ꝙ hic loquendú est ac si terra esset pfecte sphærica & ꝙ eius magnitudo nullá diuersitatem faceret i uisione.

Scds articulus — ¶ Quantú ad scdm sit hæc

Pria cōclusio — prima cōclusio ꝙ sole exñte in principio arietis ul libræ dies artificialis nō adequat' nocti pcise capiédo dié artificialem scdm astronomos. patet conclusio sic quia sole exñte in principio arietis uel libræ arcus qué sol describit sub orizonte nō est æqualis arcui qué describit supra orizontem ergo cōclusio uera. cōsequétia est nota. añs ꝓbat' quia semp ante introitú solis in arieté arcus sub orizonte descriptus maior est q̃ descriptus sup orizōtem. & semp post introitú talis arcus sub orizōte é minor ergo núq̃ est æqualitas istoꝝ arcuum. consequétia tenet quia p solú instans sol est in pricipio arietis.

Scda cōclusio — ¶ Scda cōclusio ꝙ sole exñte in principio arietis uel libræ est æquinoctiú uulgare in uniuersa terra. patet cōclusio qa illo nīc dies artificialis primo modo capiédo aut secúdo mō est fere æqualis nocti nec inter eoꝝ q̃titates est notabilis dña. Et istá cōclusionem uoluerút habere loquétes de æquinoctio.

Tertia cōclusio — ¶ Tertia cōclusio est ꝙ sole exñte ibidem nullo mō est æquinoctium capiédo dié artificialé secundum uulgares: patet quia dies artificialis capiendo primo modo & nox primo modo sunt fere æquales & modo crepuscula sunt partes diei artificialis uel dierum quæ crepuscula continent horam cum dimidia ad minus.

Quarta cōclusio — ¶ Quarta cōclusio est ꝙ non est possibile planetis & signis motis ut nunc mouentur esse æquinoctium uniuersale pcise. conclusio patet per rationes factas ante oppositú. nec ualet ratio aliquoꝝ quia dies artificiales aliquando sunt breuiores postea lōgiores ergo aliqñ debent esse æqualitas. Respondet' ꝙ bene stat ꝙ sit transit⁹ de extremo ad extremú non transeúdo per mediú in iproportionabilibus ut habet' in cōmento tertii euclidis.

Ad rōes qōnis — ¶ Ad rōnes ante oppositum dicitur ꝙ bene arguunt ꝓ dictis. Auctoritates post oppositum sunt intelligédæ iuxta secundam conclusionem.

¶ Reuerendissimi domini Petri de aliaco cardinalis & episcopi Cameracensis doctorisque celebratissimi, quæstio septima.



Væritur secúdo urꝝ omnes circuli in sphæra tam maiores q̃ minores sint ueri circuli. Et arguitur primo ꝙ nō quia circulus arcticus & circulus antarcticus non sunt ueri circuli igitur. consequentia tenet: probatur antecedens quia circulus arcticus & antarcticus imaginantur describi a polis zodiaci motis circa polos múdi: mō ex tali motu nō causatur uerus & realis circulus immo solum imaginatius. Secúdo sic qa duo tropici. s. tropicus cancri & tropicus capricorni nō sunt ueri circuli igit'. añs patet qa si essent ueri circuli maxime essent circuli descripti a sole in solstitiis uidelicet in solstitio hyemali & in solstitio æstiuali: mō qñ sol est in illis solstitiis nō describit circulos. qd' ꝓbat' quia sol exñs in primo púcto cancri nō reuertitur ad idé punctú imo reuertit' ad unum aliud distás ab eo per unum gradú. ergo sol nō describit circulú imo potius describit unam girá. Tertio sic qa æquinoctialis non est uerus circulus ergo &c. ꝓbat' añs sicut ꝓbabat' de tropicis: qa si sic túc esset circulus descriptus a sole ī æquinoctio. mō hoc nō est. qa sol núq̃ describit circulú imo describit sp unam girá quia nunq̃ reuertit' ad idé punctú. Et cōfirmat' qa sol multú distat ab octaua sphæra ergo p suum motú núq̃ causat circulú in octaua sphæra ergo &c. Quarto sic qa duo coluri nō sunt ueri circuli in spera ergo &c. añs patet qa si essent ueri circuli aut essent diuisibiles aut indiuisibiles. nō secundú quia nihil est tale hñs positioné in cōtinuo ut patet. vi. phy. nec diuisibiles quia túc se inuicé penetrarét ubi se ītersecát qd' est īpossibile. Quinto sic qa orizon & meridian⁹ nō sunt ueri circuli igit'. añs pꝫ qa si sic seq̃ret' ꝙ cælú oīno eēt cōpositú ex orizōtib⁹ & meridianis. cōsequés est incōueniés igit'. & patet cōsequétia qa nullus circulus est in sphæra tráfiens p polos qn respectu alicui⁹ uel aliquoꝝ sit meridian⁹ & ita ēt de orizōte. Sexto sic qa zodiacus nō est

uerus circulus ergo. consequentia tenet antecedens patet quia circulus est superficies plana una linea con
tenta: modo lineis pluribus continet zodiacus & superficiebus & habet latitudinem. 12. graduum ut dicit
auctor in textu. Et confirmat quia linea eclyptica non est uera linea ergo &c. antecedens patet quia linea
eclyptica debet diuidere zodiacum in duas medietates æquales relinquendo. 6. gradus ex utraq; pte: mo-
do nulla est linea realis & uera quæ hoc posset facere: quia si diuisibilis est tunc iam occupat unam partem
ipsius zodiaci ergo non relinquit. 6. gradus ex utraq; parte. Si indiuisibilis nulla talis est. ¶ In oppositum
arguitur per auctorem in textu describentem huius circulos: quod non faceret nisi essent ueri circuli. Secú
do sic quia nisi essent ueri circuli tunc determinatio de ipsis non esset nisi quædam fictio. Tertio sic quia
zodiacus est uerus circulus cum habeat latitudinem magná: & etiá cú contineat signa ergo ita est de aliis.
¶ In ista quæstione erunt tres articuli. primus erit de. 9. circulis a zodiaco & de eorum descriptionib9. Se-
cundus erit de zodiaco & de eius diuisione per signa. Et tertius erit de ꝓprietatibus signoꝝ. ¶ Quantum Prim9 ar
ad primú aduertendú est q̃ dupliciter potest capi circulus. primo mõ ꝑ supficie plana unica linea circulari ticulus
contenta in cuius medio est punctus imaginarius a quo omnes lineæ rectæ ductæ ad circunferentiá sunt Dupl'r
æquales. secundo mõ capitur circulus pro linea circulari circúdante huiusmodi superficiem planam quæ accipit'
est circulus in prima acceptione. Et isto modo accipitur dupliciter circulus. unomodo pro tali linea circu- circulus
lari reuertente ad idem punctum. alio modo pro linea reuertente non ad idem punctum sed ad aliqđ pú-
ctum satis propinquum seu non notabiliter distans. Vnde primo modo circulus distinguitur a gira. secun
do modo non immo gira est uerè circulus si principium eius & finis non multum distant. ¶ Secundo notá Dupl'r
dum est q̃ dupliciter capit' punctus & proportionabiliter linea & superficies. primo modo capit' punctus accipit'
pro aliquo indiuisibili secundum longitudinem latitudinem & ꝓfunditatem. alio modo pro aliquo paruo punct9
corpore secundum illas. 3. dimensiones. Similiter linea uno modo potest capi pro aliquo indiuisibili secun-
dum latitudiné & ꝓfunditatem & non secundum longitudinem. secundo modo pro aliquo paruo secun-
dum latitudinem & ꝓfunditaté & magno secundum longitudiné & ita diceret' de superficie. ¶ Tunc po Pría cõ
nuntur conclusiones. Prima est q̃ capiendo punctú primo modo nihil est punctus realiter & ueraciter. pa- clusio
tet conclusio quia si sic uel esset substantia uel accidens. non substantia quia quæcúq; substantia habés po
sitionem in continuo est diuisibilis in semper diuisibilia. nec accidens quia tunc haberet subiectum sibi
adequatum: modo nullum est tale ut ꝓbatú est. & ita poneretur de linea & superficie capiendo primo mõ.
¶ Secunda conclusio est q̃ capiendo punctú scđo modo bñ aliquod est punctú. patet qa bñ est aliqđ par- Scđa cõ
uum secundú trinam dimensioné. & ita poneret' de linea & superficie. ¶ Tertia conclusio est q̃ in sphæra clusio
cælesti. 10. circuli non sunt ueri circuli capiédo circulú primo mõ. patet quia tales circuli non sunt supfi- Tertia
cies plane una linea circulari contétæ qa tunc nõ haberét cõcauitatem. ¶ Quarta conclusio est q̃. 10. cir- conclo
culi in sphæra non sunt ueri circuli capiendo circulú primo mõ de duobus modis prius positis. s. secúdis. Quarta
Hæc cõclusio patet ꝑ scđam & tertiam rationes ante oppositum. ¶ Quinta conclusio est q̃ licet illi cir- conclo
culi quos ponimus in octaua spera bene sint ueræ partes cæli. tñ tales partes nõ debent dici ueri & reales Quita
circuli de quibus quæstio quærit. patet conclusio quia illi circuli de quibus quærit quæstio imaginantur conclo
imobiles. modo nulla pars est in cælo quæ sit immobilis ergo conclusio uera. Secundo patet conclusio qa
eiusdem in eodem loco existentis dicimus esse continuo eundem orizontem & eundem meridianú modo
nulli tali est continuo eadé pars cæli eodem modo se habens. unde pars cæli quæ mõ est meridianus circu
lus respectu alicuius erit postea orizon ergo conclusio uera. ¶ Sed tunc aliquis diceret. ad qđ ualet deter- Bonum
minatio istoꝝ circulorum. Respondetur q̃ in fingendo & imaginando tales circulos deuenimus leuiter dubium
ad cognoscendum propinquitates planetarum & distantias & esse eorum insignis. ¶ Sed tunc uidendum Diuisio
est de descriptionibus circulorum istorum. Pro quo est aduertendum quod circulorum imaginatorum circuloꝝ
in sphæra quidam dicuntur circuli maiores & quidam minores. unde circulus maior dicitur circulus di- sphæræ
uidens sphæram in duo æqualia & habens suum centrum cum centro sphæræ. & sunt sex maiores: scili-
cet æquinoctialis: zodiacus: duo coluri: orizon: & meridianus. Sed circulus minor in sphæra dicitur cir-
culus diuidens sphæram in duas partes inæquales habens suum centrum extra centrú sphæræ. Et sunt
quatuor minores: scilicet duo tropici: & duo circuli polares. Vnde æquinoctialis describitur sic. æqui- De æq-
noctialis est circulus diuidens sphæram in duo æqualia æquedistans secundum utranque partem suæ cir- noctiali
cunferentiæ ab utroque polorum mundi. Vnde q̃ æqualiter distet a polis patet quia si esset aliquod qua-
dratum habens duos conos oppositos in æquinoctiali & habens alios duos conos oppositos in polis mú-
di: tunc tale quadratum esset recte quadratum æquilaterum. Et æquinoctialis tribus modis nominatur
ab autore in textu: scilicet æquinoctialis: æquator diei & noctis: & cingulum primi mobilis. uocatur enim
æquinoctialis pro tanto q̃ dum sol describit illum circulum quod bis facit in anno: scilicet dum sol est
in principio libræ & in principio arietis tunc est æquinoctium in uniuersa terra. Sed dicitur æquator
diei & noctis: quia dum sol describit illum circulum dies & noctes sunt æquales adinuicem. Vocatur aút
cingulum primi mobilis: quia sicut cingulú cingit aíal per medium ita etiam æquinoctialis cingit cælum
per medium. ¶ Vlterius aduertendum est q̃ poli imaginantur in sphæra duo puncta axem terminan- De polis

tia circa quæ uoluitur totale cælum. & illoꝝ unus uocatur arcticus: septentrionalis: & borealis: scilicet ille qui nobis eleuatus est & est iste polus circa maiorem ursam & iuxta stellas se habentes admodum currus. Sed aliquis quæreret quo potest cognosci iste polus. R̃ndetur ꝙ per istum modum potest cognosci. quia captis duabus stellis in maiore ursa .s. in curru quæ dicuntur ultimæ rotæ apud uulgares. imagineẽ una recta linea protrahi ab inferiori rota per superiorem & ꝓtrahatur recte usq; ad unam stellam lucidam & claram & illa uocatur polus arcticus. Alter uero polus uocatur antarcticus meridionalis & australis & iste est nobis depressus tm̃ quantum alter nobis est eleuatus. & sic patet de æquinoctiali. ¶ Tunc ergo dicendum est de duobus coluris pro quo aduertendum est ꝙ coluri habent duplex officium scilicet distinguere æquinoctia & distinguere solstitia. Et ideo de illis duobus unus uocaẽ colurus distinguens æquinoctia & alter uocatur colurus distinguens solstitia. unde colurus distinguens æquinoctia dicitur circulus diuidens sphæram in duas partes æquales transiens per polos mundi & per principia arietis & libræ seu intersecãs zodiacum in principio arietis & in principio libræ. Et dicitur distinguere æquinoctia ꝓ tanto quia cũ sol peruenit ad puncta illa quibus intersecat zodiacum tunc est æqnoctium & dies artificialis & nox sunt æq̃les adinuicem & secundũ duo puncta intersecationum sunt duo æqnoctia in anno. unum uernale quasi ĩ medio martii quando sol intrat arietem aliud est æquinoctiũ autũnale quasi ĩ medio septembris. s. qñ sol intrat libram. Sed alter colurus distinguens solstitia est circulus diuidens sphæram in duas partes æquales transiens per polos mundi intersecans zodiacum in principio cancri & in principio capricorni seu in maximis solis eleuationibus & declinationibus. & uocatur circulus distinguens solstitia pro tanto ꝙ dum sol peruenit ad puncta in q̃bus intersecat zodiacum: tunc sol ibi stat ita ꝙ non transit ultra sed reuertiẽ. & secundum illa duo puncta sunt duo solstitia in anno. s. unum æstiuale quasi in medio iunii. s. dum sol ĩtrat cancrũ. Aliud est solstitium hyemale & est quasi in medio decembris dum sol intrat capricornum. ¶ Vlteriꝰus est aduertendum circa hoc ꝙ in huiusmodi coluris assignatur maxima solis eleuatio: & maxima solis declinatio. unde maxima solis eleuatio est arcus coluri distinguentis solstitia qui est a principio cancri ad æquinoctialem. & maxima solis declinatio est arcus eiusdem coluri qui est a principio capricorni ad æquinoctialem illæ duæ ascensiones sunt æquales inter se: & continent secundum aliquos astrologos quælibet. 23. gradus & . 51. minuta. Et potest sciri per istum modum: quia sol in maxima eius eleuatione nobis eleuatur per. 65. gradus: scilicet parisius. & in maxima eiꝰ declinatione sol uobis eleuaẽ solũ p. 17. gradus præcise cum quasi. 18. minutis. Capiatur ergo residuum inter. 17. & . 65. & erũt. 48. gradus exceptis tñ illis. 18. minutis. diuidaẽ ergo illud residuum in duas partes æquales & tunc quælibet quantitas est. 23. gradus cum. 51. minutis: & sic patet de coluris. ¶ Tunc consequenter uidendũ est de circulo meridiano: ꝓ quo est aduertendum ꝙ circulus meridianus dicitur circulus diuidens sphæram in duas partes æquales & transiens per zenith capitis & per polos mundi. & uocatur ille circulus meridianus quia dum sol peruenit ad illum circulum est meridies. Et est aduertendum ꝙ alium meridianum habent habitãtes uersus orientem & alium habitantes uersus occidentem: nã penes hoc attendiẽ distantia unius ciuitatis ab alia si una sit uersus orientẽ & alia uersus occidentẽ. unde arcus æquinoctialis ĩterceptꝰ ĩter meridianũ uniꝰ ciuitatis & meridianum alterius uocatur longitudo regionis unius uel ciuitatis ad aliam ciuitatem. ¶ Vnde consequenter de orizonte dicendum est. pro quo est aduertendum ꝙ orizon est circulus diuidens emisperium superius ab inferiori secũdum astrologos. aut diuidens partem cæli uisam a nõ uisa secundum perspectiuos. Et est duplex orizon quia quidam est rectus & est orizon illoꝝ quorum zenith recte est in æquinoctiali: & iste orizon rectus transit per polos mundi & intersecat æquinoctialem ad angulos rectos sphærales. Sed alter est orizon obliquus & est orizon illorum quoꝝ zenith est citra æquinoctialem uel ultra & iste orizon obliquus intersecat æquinoctialẽ ad angulos obliquos: & sic patet de istis. ¶ Tunc uidendum est de quattuor minoribus circulis & primo de duobus tropicis. Pro quo est aduertendum ꝙ circulꝰ tropicus dicitur circulus diuidens sphæram in duas partes inæquales contingẽs zodiacum in principio cancri uel in principio capricorni uel sic. Est circulus descriptus a sole in maxima solis eleuatione uel in maxima solis declinatione. Et inde dicitur tropicus a tropos quod est conuersio quia postquam sol talem circulum descripsit tunc incipit conuerti & non plus transit ultra sed incipit reuerti. Et sunt duo tropici. s. tropicus æstiualis. Et est circulus descriptus a sole in maxima solis eleuatione seu sole existente in principio cancri. alter est tropicus hyemalis & est circulus descriptus in maxima solis declinatione ipso existẽte in principio capricorni. ¶ Tunc uidendum est de duobus aliis circulis: scilicet de polaribꝰ. ꝓ quo est aduertẽdum ꝙ zodiacus est circulus obliquus in sphæra & habet alios polos q̃ habeat totalis sphæra & dñr poli zodiaci. & isti duo poli mouenẽ circa polos mũdi describẽdo duos paruos circulos qui uocanẽ circuli polares. & unus dicitur circulus arcticus: scilicet iste q describiẽ a polo zodiaci circa polum arcticum. alter uocaẽ circulus antarcticus. s. ille q describitur a polo zodiaci circa polum antarcticum. & sic patet de istis. & hæc de prĩo articulo. ¶ Quãtũ ad scd̃m aduertendũ est ꝙ zodiacꝰ dr̃ circulus diuidẽs sphærã ĩ duas ptes æq̃les ĩtersecãs circulũ æqnoctialẽ ad angulos obliquos. cuiꝰ una ps declinat uersus meridiẽ. & alia pars ad septentrionẽ. & dicitur iste circulus zodiacus a zoe quod est uita quia per motũ planetaꝝ sub illo

De duobus coluris

De meridiano

De orizonte

De duobus tropicis

De duobus polaribus

Scd̃s articulus

De zodiaco

circulo consistit uita in istis inferioribus. uel dicitur zodiacus a zodion quod est animal: quia diuiditur ĩ duodecim partes æquales quarum quælibet habet nomen speciale alicuius aĩalis ut uidebiť infra.iste etiam circulus alio nomine uocatur signifer eo ꝙ defert duodecim signa.ab Aristotele uocať circulus obliquus. Nam in secundo de generatione dicit philosophus ꝙ propter motum solis in circulo obliquo fiunt generationes & corruptiones hic inferius.& quia obliquus est oportet ꝙ habeat alios polos q̃ habeant alii circuli & uocantur poli zodiaci & sunt poli super quibus mouentur orbes planetarum motibus propriis ab occidente in orientem. Vlterius est aduertendum pro diuisione huius circuli ꝙ iste zodiacus dupliciter est diuisibilis.uno modo secundum latitudinem alio mõ secundum longitudinẽ. unde scd̃m latitudinẽ diuisibilis est in duodecim gradus.& in eo imaginatur quædam linea diuidens eius latitudinem in duas partes æquales.s.relinquens ex utraque parte sex gradus & ista uocatur linea eclyptica.Et uocatur eclyptica pro tãto quia quando sol & luna sunt de directo sub ista linea eclyptica & coniunguntur uel opponuntur: tunc est eclypsis solis uel lunæ.imaginãdo ꝙ si per centrum terræ transiret una recta linea applicans suas extremitates illi lineæ eclypticæ ex utraque parte.& ista linea transiret per centrum solis & lunæ tũc est eclypsis, & si sit coniunctio tunc erit eclypsis solis. si oppositio tunc erit eclypsis lunæ & istud non potest fieri nisi sole existente in cauda uel in capite draconis & etiam luna aut unus in capite & alter in cauda. Et ex hoc patet quare nõ fit eclypsis lunæ ĩ qualibet oppositione & eclypsis solis in qualibet coniunctione unde hoc est ꝓ tanto ꝙ plures fiunt oppositiones uel coniunctiones luna existente extra eclypticã ꝓ tanto, ꝙ sol est cõtinue sub eclyptica sed aliquando luna eleuať ultra eclypticam aliquando deprimitur.Deinde de diuisione zodiaci secundum longitudinem est aduertendum ꝙ zodiacus secundum longitudinem diuiditur in.12.partes æquales quæ uocantur.12.signa & quælibet illarum.12.partium habet.30.gradus longitudinis. ex quo infertur ꝙ totalis zodiacus habet. 360.gradus longitudinis ex quo infertur ultra ꝙ quælibet illarum.12.partium est multo magis longa q̃ lata quia habet.12.gradus latitudinis &.30.longitudinis.& per hoc patet ꝙ opinio illa erat falsa quæ ponebat illa esse quadrata quia quadratum in ꝓpria significatione debet habere quattuor latera æqualia. ¶ Vlterius est aduertendum ꝙ huiusmodi.12 partes nominantur.12.nominibus quæ dicuntur.12.signa.s.aries:taurus:gemini:cancer:leo:uirgo:libra:scorpius:sagittarius:capricornus:aquarius:pisces. Et ista signa nominantur istis nominibus per quandam similitudinem & proprietatem quam habent illæ partes zodiaci cum animalibus a quibus nominantur. unde prima pars uocatur aries propter aliquas similitudines quarum prima est quia in illa prima parte zodiaci sunt quædam notabiles stellæ sic dispositæ ꝙ si abinuicem ꝓtraherentur lineæ componerent figuram arietis . Alia similitudo est quia sicut aries est animal ualde forte in capite ita sol existens in principio arietis hẽt ualde magnam uirtutem & fortitudinem. Tertia similitudo est ꝙ aries est unum animal quod in una medietate anni iacet supra unum latus & per aliam medietatem iacet supra aliud latus & diuidit annũ ĩ duo æqualia.ita sol dum est in ariete diuidit diem naturalem in duas partes æquales scilicet in diem artificialem & noctem. ¶ Secunda pars uocatur taurus una similitudo est quia dum sol est in illo signo tunc incipiunt labores taurorum apparere ita ꝙ terra tempore illo est apta ad laborandum: & est quasi in medio aprilis. Alia similitudo est ꝙ sicut taurus est unum animal forte in scapulis ita etiam dum sol est in secunda parte tauri ualde roboratur in uirtute. Tertia similitudo est quia in principio illius signi sunt simul plures stellæ cõglobatæ quæ uocantur pleyades habentes similitudinem capitis tauri. ¶ Tertia pars uocatur gemini ex eo ꝙ dum sol intrat illam partem tunc animalia & uegetabilia incipiunt geminari.& hoc ẽ quasi in medio maii. Alia similitudo est quia in illa parte sunt bis tres stellæ notabiles secundũ ordinem qui galice dicuntur les deux bourdõs saint Iaques. ¶ Quarta pars uocatur cancer ex eo ꝙ sicut cancer est animal retrogradũ.ita sol dum intrat illud signum incipit esse retrogradus:scilicet reuerti.& in isto signo est illa notabilis stella quæ uocatur canis. ¶ Quinta pars uocatur leo:causa est quia sicut leo est quoddam aĩal ualde forte in pte anteriori & debile in posteriori:etiam sol in parte prima illius signi est multum calefactius in secunda ualde debilitatur in calore.& intrat in illo signo quasi in medio iulii. ¶ Sexta pars uocatur uirgo ex eo ꝙ sicut uirgo est sterilis non faciens fructum ita sol dum est in illo signo terra fit sterilis. ¶ Septima pars uocatur libra ex eo ꝙ sicut libra est instrumentum ponderandi ita etiam dum sol est ĩ illo signo ponderat dies artificiales contra noctes & est quasi in medio septembris. ¶ Octaua pars uocatur scorpius quia sicut scorpius est quoddam animal quod pungit sua cauda ita etiam dum sol est in fine scorpionis scilicet in cauda tunc sol deficit notabiliter calefacere.& sic frigus incipit pungere & intrat sol in illo signo quasi in medio octobris . ¶ Nona pars uocatur sagittarius ex eo ꝙ dum sol est in illa parte: tunc niues & pluuiæ mittuntur ad nos instar sagitarum & intrat sol ĩ illo signo q̃si in medio nouembris. ¶ Decia ps uocať capricornus cã est qa sicut capricorn⁹ ẽ quoddã aĩal qd̃ ascẽdit cõtra arbores & contra uites ita ẽt dũ sol ĩtrat in illo signo tũc ĩcipit ascẽdere uersus nos & est circa mediũ decẽbris . ¶ Vndecia ps uocať aqri⁹ ex eo ꝙ sole exñte in illo signo multæ generanť pluuiæ & intrat illud quasi in medio ianuarii. ¶ Duodecima pars uocatur pisces ex eo ꝙ dũ sol est in illo signo tunc fit generatio piscium.& ĩtrat illud signum sol quasi in medio februarii:& durat usque ad medium martii. ¶ Tñ aduertẽdum est ꝙ qua-

Pria di uisio zo diaci

Scda di uisio zo diaci

Nota & rones no minũ.12. signo⁊

Quatu or acce pnones signr

tunr modis potest capi signum. Primo mõ pro una duodecima parte zodiaci ut dictum est. & isto modo capitur cũ dr̃ planeta est in rali signo.i.sub. Secũdo modo capit̃ signum pro pyramide laterata cuius basis ẽ duodecima pars zodiaci & conus pyramidis est in centro terræ. & isto modo dicitur bene ꝙ planeta est in signo quia est in ista pyramide. Tertio modo capitur signum pro superficie quæ est duodecima pars toti⁹ sphæræ: isto mõ ꝙ imaginent̃ sex circuli transeuntes per principia.12.signoꝶ & intersecantes se ĩ polis zodiaci tunc supficies intercepta inter quoscũq; duos ꝓpinquiores est signum tertio modo. & isto mõ stellæ q̃ sunt iuxta polos bñ sunt in signis. Quarto mõ capit̃ signũ ꝓ pyramide solida cuius basis est signũ i tertia acceptione & conus est sup axẽ zodiaci. & isto mõ oĩa q̃ sunt in mũdo sunr in signo. Et hæc de secũdo articulo & patet ꝙ zodiacus ẽ uerus circulus.

Tertius articul⁹

Quatuor triplicitates signoꝶ

¶ Quãtum ad tertiũ articulũ aduertendũ est ꝙ.12.signoꝶ ipsius zodiaci sunt quattuor triplicitates in quaꝶ qualibet triplicitare sunt tria signa. de prima sunt aries: leo: sagittarius. de secũda sunt taurus: uirgo: capricornus. de tertia sunt gemini: libra: aquarius. de quarta sunt cancer: scorpius: & pisces. Et ad reperiendum in qua triplicitare sunt ista signa habent aliqui quædam metra sed leuius potest sciri isto modo. quia signent̃ quattuor termini fixi sicut quattuor digiti & tũc primo tradat̃ aries: secundo taurus: tertio gemini: quarro cancer. iteꝶ primo leo & sic cõsequẽter. Et signa cadentia in primo digito siue termĩo sunt de prima triplicitate & cadentia in scđo de secũda: & ĩ tertio erũt de tertia: & in quarto erunt de quarta. Et est aduertendum ꝙ ista duodecim signa diuidunt̃ in quattuor triplicitates propter quatuor naturas siue complexiones sibi assignatas ita ꝙ signa de prima triplicitate habent eãdem complexionem: & sic de aliis.

Cõplexiones signoꝶ

Vnde quodlibet signum de prima triplicitate est calidum: & siccum: igneum: colericum: masculinum: diurnum: & orientale. & illius triplicitatis domini sunt sol ĩ die Iuppiter in nocte. Sed quodlibet signũ de scđa est frigidũ: & siccum: terreũ: & melancolicũ: meridionale: femininum: nocturnũ. & illius triplicitatis sunt in die uenus & in nocte luna. Sed quodlibet signum de tertia est calidum: & humidum: aereum: sanguineũ: occidentale: diurnum & masculinum. & illius triplicitatis domini sunt in die saturnus & in nocte mercurius. Sed quodlibet signum de quarta est frigidum: & humidum: aqueũ flegmaticum: septentrionale nocturnum femininum. & illius triplicitatis domini sunt in die uenus: & in nocte mars.

De gradib⁹ masculinis & femininis

¶ Vlterius circa hoc aduertendum est ꝙ huiusmodi signorum quidam gradus dicuntur masculini: alii dicuntur feminini. & rationem huius assignant philosophi & astrologi quia cum sit quæstio de qua oporteat discernere sexum sicut fit in pluribus uidelicet ut de puero in uentre matris utꝶ sit uir uel mulier uel de utroq; sexu tunc si fuerit significator inuentus in aliquo gradu masculino illud attestatur masculinitati. & si in gradu feminino illud attestatur feminitati.

De gradib⁹ lucidis & tenebrosis

Sed iteꝶ hmõi signorum quidã gradus dicunt̃ lucidi alii tenebrosi. alii fumosi: & causa est quia si ascendẽs in natiuitate alicuius pueri fuerit in gradu lucido & etiã luna tunc talis puer debet esse pulcher & lucidus. si in gradu tenebroso minus pulcher & turpis. si in fumoso tũc debet tenere medium.

De signis mobilibus & fixis.

¶ Secũdo notandum ꝙ huiusmodi.12.signorũ q̃dã sunt mobilia.s.quattuor: alia quattuor sunt fixa & alia quatuor sunt communia. Vnde aries cancer: libra: & capricornus sunt mobilia. & taurus: leo: scorpius: aquarius sunt fixa. & uirgo: sagittarius: gemini: & pisces sunt communia. & hoc potest sciri isto modo. Capiantur tres digiti dando cuilibet unum signum tunc cadentia in primo digito sunt mobilia in secundo fixa in tertio communia. & est aduertendum ꝙ signum uocatur mobile pro tanto quia cum sol intrat in illo signo tunc dispositio aeris debet uariari & non perseuerare in eodem statu: nam in introitu solis in ariete mutatur hyems in uer. & in introitu solis in cancro mutatur uer in æstatem. & in introitu libræ mutat̃ æstas in autũnũ. & in introitu solis in capricorno mutat̃ autũnus in hyemem. Sed signũ dicitur fixũ quia dum sol intrat in illo tunc dispositio aeris siue temporis debet perseuerare in eodem statu. Sed signum dicitur commune quia pertinet ei de mobili signo & de fixo: ita ꝙ commune signum pro parte est mobile & pro parte est fixum. Et est aduertendũ ꝙ ad inceptionem alicuius operis bene respiciendũ est ad ipsam lunã si fuerit in signo fixo uel mobili ul' cõi: quia si fuerit in mobili tunc opus inceptũ nõ haberet durationem. si in fixo debet diu durare. si in cõi tũc debet durare cõiter.

De loco lunæ in signis

Sed aliquis quæreret quõ sciet̃ in quo signo est luna qualibet die. Ad hoc rñdetur ꝙ hoc potest sciri per istum modũ quia capiat̃ fundamentũ in aliqua cõiunctione & tũc sumere ætatem. s. aliquos dies a cõiunctione illa usq; ad diẽ in qua uolum⁹ scire in quo signo est. postea geminet̃ illa ætas q̃ geminata addantur iteꝶ.v.dies ultra numeꝶ & de tali numero resultãte dent̃.5.cuilibet signo post signũ cõiunctionis. si nihil remanet tũc recte est in principio signi sequẽtis lunam. si aliquid remaneat dentur ꝓ quolibet die.6.gradus signi sequentis.

Fortitudines plãetaꝶ ĩ signis

¶ Tertio notandum est ꝙ septẽ planetæ erratici in aliq̃bus signis dicũtur exaltari & in aliquibus gradibus specialiter & in aliis cadere. unde sol exaltatur in.19.gradu arietis. luna in tertio gradu tauri. saturnus.21.gradu libræ. Iuppiter in.15. cancri. mars in.28.capricorni. uenus exaltat̃ in.27.gradu pisciũ. mercurius in.15.uirginis. caput draconis exaltat̃ in tertio geminoꝶ. & cauda ĩ tertio sagittarii. Et dicunt̃ planetæ exaltari in signis & gradib⁹ ut dicit Albumasar hoc ẽ q̃a fuerũt creati in illis gradibus & signis.

Facies signoꝶ

¶ Quarto aduertendũ est ꝙ quodlibet signũ diuidit̃ in tres partes æquales quarum quælibet hẽt.10.gradus & primi decem uocant̃ prima facies: & secũdi decem uocant̃ secunda facies signi: & alii decem tertia facies & cuiuslibet istarum facierum aliquis planeta est dominus: ut. Mars est

Duodeci do m⁹ cæli

dominus primæ faciei arietis:sol secũdæ:uenus tertiæ:mercurius primæ tauri &c. ¶ Quinto aduertẽdum est ꝗ in zodiaco imaginantur duplices domus:imaginatur enim aliquæ domus mobiles .s. duodecim per istum modum ꝗ imaginetur zodiacus diuidi in quatuor partes æquales & earum quælibet iterum in alias tres partes æquales:& tunc prima quæ est in contactu orizontis in oriente est prima domus postea secunda uersus angulum noctis uocatur secũda domus,tertia uocatur tertia domus & sic de aliis.Sed aliæ sunt domus immobiles ita ꝗ quilibet planeta sibi determinãt certum signum uel certa signa pro domo sua.uñ leo est domus solis.cancer est domus lunæ.gemini & uirgo sunt domus mercurii. taurus & libra sunt domus ueneris.aries & scorpio domus martis.pisces & sagittarius sunt domus iouis.aquarius & capricornus sunt domus saturni. ¶ Vltimo est aduertendum ꝗ quodlibet signum determinat sibi certam partem hominis supra quam hẽt spãlem uirtutem.unde aries determinat sibi caput:taurus collum: gemini brachia: cancer pectus & interiora pectoris sicut pulmonem & splen:leo stomachum & cor & inferiores partes pectoris.uirgo umbilicũ & ptes adiacẽtes sibi.libra lumbos & hancas & partem inferiorem uentris. scorpius pudibunda & uesicam.sagittarius crura.capricornus genua aquarius tibias & canillas pedum.& pisces determinat sibi pedes. ¶ Rationes quæ fiunt de circulis aliis a zodiaco bene arguunt ꝗ tales non sunt ueri circuli nec reales.Ad rationem de zodiaco negatur antecedens ad probationem dicitur ꝗ ibi non ita proprie capitur circulos ut patet in primo articulo.ad confirmationem dicitur ꝗ linea eclyptica non est nisi linea imaginata in zodiaco.Rationes post oppositum arguunt de zodiaco.

¶ Reuerendissimi domini Petri de aliaco cardinalis & episcopi cameracensis doctorisque celebratissimi quæstio octaua.



Væritur tertio utrum per eleuationem poli supra orizontem possit inuestigari latitudo regionis.Arguitur primo ꝗ non quia impossibile est eleuationem poli super orizontem esse notã ergo per eam non potest notificari latitudo regionis.consequentia tenet quia per ignotum nõ potest aliquid notificari.ꝓbatur añcedẽs quia eleuatio illius stellæ quæ uocatur polus non potest nobis esse nota.ꝗ patet pro tanto quia cũ talis stella non sit in zenith capitis non potest uideri nisi per radios fractos propter diuersitatem medioꝝ in raritate & densitate secũdũ ꝑspectiuos ergo non potest ꝑcipi in illo loco in quo est consequentia patet per eosdem:quia dicunt ꝗ illud quod uidetur per radios fractos non uidetur in loco in quo est.Secundo sic quia per eleuationem poli non potest inuestigari longitudo regionis igitur.consequentia tenet a simili antecedens ꝓbatur qa propter aliam & aliam eleuatiõem poli in alia & alia regionẽ non oportet esse aliam & aliam lõgitudinẽ eaꝝ regionum ergo per eleuatiõem poli nõ potest inuestigari longitudo.probatur antecedens qa stat eẽ duas ciuitates una magis sepẽtrionalis & alia magis australis seu meridionalis habentes eundem meridianum modo tales hñt eandẽ lõgitudinem. ergo antecedens uerum.Tertio sic qa si conclusio eẽt uera sequẽtur ꝗ esset in uolũtate & ptãte hois mouere polum quod non est dicendũ.sed patet cõsequentia qa in ptãte hois est suam regionẽ esse maiorẽ uel minorẽ in latitudine ergo ita de eleuatiõe poli per aduersarium igit̃ in ptãte hois est hr̃e polum magis eleuatum uel minus qđ non potest sine motu celi. ¶ In oppositum arguitur per auctorem in textu ubi ĩfert quoddã correlarium ex quo correlario infert principale quæsitum.In quæstione erunt duo articuli.in primo ponẽtur notabilia.in secundo conclusiones.

Prius articulus

¶ Quantum ad primum supponendum est primo quid sit orizon: quid sit circulus meridianus:quid ue æquinoctialis:quid polus:quid zenith capitis.Ista supponuntur ex dictis in primo articulo quæstionis præcedentis secundo uel tertio. ¶ Secundo notandum est ꝗ per eleuationem poli in aliqua regione nihil aliud debemus intelligere ꝗ̃ arcum circuli meridiani qui intercipitur inter pariferiam orizontis & polum.

Quid latitudo regionis

¶ Tertio notandum est ꝗ per latitudinem regionis debemus intelligere arcum circuli meridiani qui intercipitur inter zenith capitis & æquinoctialem . Sequitur correlarie ꝗ quærere utrum per eleuationem poli potest inuestigari latitudo regionis : non est aliud ꝗ̃ quærere utrum per quantitatem arcus circuli meridiani intercepti inter orizontem & polum potest inuestigari latitudo arcus eiusdem circuli siue quantitas a zenith capitis ad æquinoctialem .

De ei⁹ lõgitudine

¶ Quarto notandum est ꝗ per longitudinem alicuius regionis debemus intelligere distantiam a zenith capitis usq; ad punctum orientale. ¶ Quinto notandum est ꝗ sicut dictum est de longitudine & latitudine regionum in ipso cælo ita potest dici de longitudine & latitudine eorumdem in terra:hoc est sicut per eleuatiõem poli possumus inuestigare longitudinem & latitudinem regionum in ipso cælo ita etiam secundum correspondentiam in terra.unde iuxta prædicta concedendum est ꝗ duæ ciuitates habentes eandem eleuationem poli habent diuersam longitudinem non tamen diuersam latitudinem econtra etiam habentes diuersas eleuatiões poli habent eandem longitudinem & diuersam latitudinem,uerbi gratia sint duæ ciuitates quatum una sit magis orientalis ꝗ̃ altera æqualiter tamen appropinquantes ad æquinoctialem tunc tales habent eandem eleuationem poli . Similiter econtra si sint duæ ciuitates una magis septentrionalis ꝗ̃ alia tunc tales haberent diuersas eleuationes poli haberent tamen eandem longitudinem . ¶ Sexto notandum est ꝗ eleuatio poli dicitur esse nota quando arcus per talem eleuationem intellectus est notus quantum ad gradus & minuta. & hoc potest sciri per instrumenta astrologorum scilicet per astrolabium & per qua-

Scds ar drantem. ❡ Vltimo notandum est q in proposito loquendum est ac si terra esse perfecte sphærica &
ticulus ac si uideremus medietatem cæli. Et hæc de primo articulo. ❡ Quantum ad secundum ponuntur con-
Pria cõ clusiones. ❡ Prima est q quanta est eleuatio poli super orizontem in aliqua regione tanta est latitudo il-
clusio lius regionis: conclusio patet quia quanta est eleuatio poli super orizontem in aliqua regione tanta est di-
stantia zenith capitis ab æquinoctiali ergo tanta est etiã latitudo illius regionis. consequentia tenet ex³ ter
tio notabili. antecedens per demonstrationem quam facit autor in textu patet, nam capiantur duo arcus
circuli meridiani quorum unus est a zenith capitis ad orizontem & alter ab æquinoctiali ad polum. tunc
illi duo arcus sunt æquales inter se cum sint duo arcus quorum quilibet est quarta pars eiusdem circuli: er-
go per communem animi conceptionem si ab illis æqualia demantur quæ remanebũt erunt æqualia. mo-
do distantia quæ est a polo ad zenith est distantia uel arcus communis ambobus ergo remota illa quæ re
manebunt erunt æqualia: modo remanebit distantia ab orizonte ad polum & a zenith capitis ad æqui-
noctialem ergo sunt æquales. Secundo patet conclusio quia si zenith capitis esset in æquinoctiali. tũc nul
la eẽt eleuatio poli ergo secundum q polus eleuat proportionaliter fit distantia a zenith capitis ad æquino
Scda cõ ctialem. ❡ Secunda conclusio & responsalis ad quæsitum q per eleuationem poli super orizontem potest
clusio notificari latitudo regionis. patet conclusio quia per quantitatem unius æqualium si sit nota potest notifi
cari quantitas alterius. modo per pcedentem conclusionem quanta est eleuatio poli tanta est latitudo re-
Tertia gionis ergo conclusio uera. ❡ Tertia conclusio est q quanta est distantia poli ad zenith capitis: tãta est di-
conclo stantia æquinoctialis ab orizonte uersus austrum. Hæc conclusio demonstratur sicut prima & capiantur
duo arcus circuli meridiani quorum unus est ab æquinoctiali ad polum nostrum & alter a zenith capitis
ad orizontem uersus austrum tunc illi duo sunt æquales ergo ammoto eodem communi, s. arcu q est iter
zenith capitis & æquinoctialẽ quæ remanebũt erũt æqlia & remanebũt illæ distantiæ duæ ergo sunt æq
Quarta les. ❡ Quarta cõclusio est q p eleuationẽ poli super orizontẽ potest fieri nota distantia æquinoctialis ad
conclo zenith capitis nostri. Conclusio patet supposito q quarta pars circuli meridiani sit. 90. graduum quod est
manifestum. Quo supposito capiat illa quarta pars quæ est a zenith capitis ad orizontem & ab illa q̃rta
s. a nonaginta gra. subtrahatur eleuatio poli & residuum erit distantia a polo ad zenith capitis uerbi gr̃a
eleuatio poli super orizontẽ parisius est quasi quadragintaocto graduum subtrahantur ergo a nonaginta
& remanebũt. 42. & illa est distantia poli ad zenith capitis & etiã distantia zenith capitis ab æquinoctiali
Quĩta est quadragintaocto gra. ❡ Vltima conclusio est q per eleuationẽ poli põt inuestigari lõgitudo regionis
conclo uera cum noticia horarum quibus stellæ citius oriuntur uni q̃ alteri uel etiam una eclypsis citius sit uni q̃
alteri patet p conclusio quia per eleuationẽ poli põt haberi situs meridianorum mõ habitis duarum ciuitatum
meridianis & habitõ p quot horas citius oriunt stellæ uni q̃ alteri statim habet arcus æqnoctialis iter me-
ridianũ uni⁹ & meridianũ alterius & est longitudo regionis. uerbi gr̃a sint duæ ciuitates: a: b: a uersus oriẽ
tem & . b. uersus occidentẽ. ultra ponat q stellæ p unam horã citius oriant ciuitati, a. q̃ ciuitati. b. Ex hoc
sequit q arcus æqnoctialis inter meridianos illarum ciuitatũ est. 24. pars æquinoctialis uideat ultra quot
sunt gradus in uicesimaquarta parte æquinoctialis & cuilibet gradui dentur septingẽta stadia in terra &
Ad rões tunc tanta erit distantia inter illas ciuitates & hæc de articulo secundo. ❡ Ad primam concedit q nõ po
qõnis test sciri punctualiter sed potest sciri satis ppe. Ad secundam dicitur q antecedens est falsum ut patet per
ultimam conclusionẽ ad pbationem dr̃ q illa non pbat sed cum hoc requirit noticia horarum quib⁹ stel-
læ citius oriunt uni q̃ alteri. Ad tertiã dicitur q consequentia non ualet: quia licet polus magis eleuetur
aliqñ eidem homini & aliqñ minus hoc non est pp uariationem poli sed per uariationem hominis & mo-
tum ipsius. Et auctoritas post oppositum est pro dictis.

❡ Reuerendissimi domini Petri de aliaco cardinalis & episcopi cameracensis doctorisque celebratissimi quæstio nona.



Væritur quarto utrum distantiæ polorum zodiaci a polis mundi sint æquales maximis declinationibus solis. uidelicet sic q distantia poli zodiaci a polo arctico sit æqualis maxime solis declinationi septentrionali. & distantia alterius poli zodiaci a polo antarctico sit æqualis maxime solis declinationi meridionali. Arguitur primo q non quia propter motum accessus & recessus octauæ sphæræ quem ponit Thebit in quodã tractatu de motu octauæ sphæræ poli zodiaci qñq sunt ppinquores polis mũdi qñq remotiores. ergo distantiæ illorum polorum a polis mundi quandoq sunt maiores & quãdoq minores. modo maxime solis declinationes semp sunt æquales, s. in omni tempore & in oibus regionibus. ergo distãtiæ polorum zodiaci a polis mũdi nõ sunt æquales illis declinationibus maximis. ❡ Secundo sic qa distãtiæ polorum zodiaci a polis mundi sunt semp æquales: sed maxime solis declinationes nõ semp sunt æquales ergo quæstio falsa. consequentia est nota prima ps antecedentis nota est pbat secũda quia in opposito augis ipsius solis qđ est in principio capricorni sol est ppinquior terræ q̃ in auge eius ergo sequit q illo tunc describit tropicũ hyemalem inæqualiter distantem ab æquinoctiali ad distantiam qua describit tropicũ æstiualem. Tertio sic quia nullus est polus zodiaci ergo quæstio supponit unũ falsum. antecedẽs patet quia polus debet esse imobilis cũ sit terminus axis mõ in zodiaco nihil est immobile

ergo nullus ē polus zodiaci. Et cõsimili rõne arguit̃ ꝙ nullus ē polus mũdi. ¶ In oppositũ arguit̃ ꝑ auctorē i textu ponentē ꝙ eleuatio poli zodiaci a polo mundi æq̃lis ē maxiæ solis declinatiõi & iõ cũ una maxima solis declinatio sit alteri æq̃lis: & ēt una distãtia poli zodiaci a polo mũdi sit æq̃lis distãtiæ alterius poli zodiaci a polo mũdi: habet̃ propositũ. In quæstione erũt duo articuli. in prĩo erunt notabilia. in scđo cõclõnes. ¶ Quantũ ad primũ notandũ est ꝙ ꝑ maxĩas solis declinationes intelligũt̃ distantiæ tropicoꝝ ab æquinoctiali ita ꝙ per maximam solis declinationem septentrionalem intelligitur distantia æquinoctialis a tropico cancri seu æstiuali. & per maximam solis declinationem meridionalem itelligitur distãtia æquinoctialis a tropico capricorni seu hyemali istæ duæ maxiæ solis declinatiões sunt æq̃les & oĩbus tꝑibꝰ & oĩbus regionibus. Tñ aduertendũ ē ꝙ cũ dicit̃ declinationē solis esse maiorē in una regione q̃ in alia uel econtra aliter capiunt̃ maxima solis declinatio & eleuatio q̃ ibi. Vñ maxima solis eleuatio aliquando capit̃ ꝑ distantia a contactu orizontis usq; ad solē ipso exñte in tropico æstiuali in meridie. Et maxĩa solis declinatio dr̃ distantia a zenith capitis ad solē ipso exñte in tropico hyemali & ĩ meridie. ¶ Scđo notãdũ est ꝙ per distantiã poloꝝ zodiaci a polis mundi debemus intelligere duos arcꝰ meridiani circuli qui sunt a polis mũdi ad polos zodiaci. ¶ Tertio notandũ est ꝙ ĩ proposito intelligẽdũ est de zodiaco nonæ sphæræ: & non octauæ: ꝑ quo aduertendũ ē ꝙ duplex imaginat̃ zodiacus uidelicet unus ĩ nona sphæra & alter in octaua. Nã zodiacus imaginatus ĩ nona spa solũ mouet̃ uno motu scilicet diurno scđm ꝙ nona sphæra mouet̃. Sed zodiacus in octaua sphæra triplici motu mouet̃: secundũ astrologos. prĩo enĩ motu nonæ sphæræ motu diurno sicut alii & hoc super polos mundi. scđo mõ mouet̃ sup polos zodiaci motu ꝓprio illius octauæ sphæræ in qua imagiōat̃ esse. tertio mõ mouet̃ motu accessus & recessus quem ponit iste Thebit in uno tractatu quē cõposuit de motu octauæ sphæræ. E imaginat̃ sic fieri ꝙ aries zodiaci octauæ sphæræ imaginat̃ describeī quẽdã paruũ circulũ circa lineam eclypticã zodiaci nonæ sphæræ quē circulũ intersecat linea eclyptica in duobus locis. etiã ex opposito libra zodiaci octauæ sphæræ imaginatur describere consimilem circulum circa lineam eclypticam nonæ sphæræ. Vltra ponit Thebit ꝙ quando aries zodiaci octauæ est in superiori parte illius circuli libra est in parte inferiori sui circuli & econtra. Sed de causa cogente ad ponendum huiusmodi motum accessus & recessus dicitur ꝙ cõsideratores & ueritatum inquisitores reperierũt ꝙ stellæ circa signum arietis quandoq; sunt propinquiores polis mundi quandoq; remotiores & ita etiã de stellis circa signum libræ. sed non reperierũt talem differentiam secundum propinquitatem uel distantiam in stellis circa signum cancri & signum capricorni. & ideo cum angulis nõ percipientes alium modum per quem possent ista saluare apposuerunt motum accessus & recessus quem uocauerunt motum circulationis scilicet in octaua sphæra & hæc de primo.

Prius articulus

Dupliciter accipitur maxĩa solis declinatio

Duplex ē zodiacus

Thebit de motu octauæ sphæræ

¶ Quantum ad secundum ponuntur conclusiones. Prima ꝙ polus zodiaci octauæ sphæræ nõ in omnibus temporibus æqualiter distat a polo mundi. patet qa cũ octaua sphæra moueat̃ motu accessus & recessus ut dictũ ē in prĩo articulo tũc poli zodiaci eiusdē sphæræ qñq; plꝰ accedũt ad polos mũdi & qñq; plꝰ recedũt ab eisdē. Sequit̃ correlarie ꝙ intelligendo de polis zodiaci octauæ sphæræ non oportet semp distantias poloꝝ esse æquales maximis solis declinationibus. ¶ Secunda conclusio poli zodiaci nonæ sphæræ semper æqualiter distãt a polis mundi. patet conclusio quia poli zodiaci nonæ sphæræ & poli mundi sunt ĩ eodem orbe ergo cum talis orbis non sit frãgibilis nec diuisibilis sequitur ꝙ semper æqualiter distant abinuicem. ¶ Tertia conclusio ē ꝙ distantia poli zodiaci a polo mundi arctico est æqualis maximæ solis declinationi septentrionali. hæc conclusio patet & capiantur duo arcus quorum unus est ab æquinoctiali ad polum mundi & alter a tropico æstiuali ad polũ zodiaci: tũc isti duo arcus sunt adinuicem æquales quia quælibet est quarta pars circuli eiusdem. & illis ambobus arcubus est idem arcus cõmunis: scilicet arcus qui est a polo mũdi ad tropicum æstiualem: dempto ergo illo cõmuni sequitur per animi cõceptionem ꝙ illa quæ remanebunt erũt æqualia. modo remanebunt distantia a polis zodiaci ad polũ mundi & maxima solis declinatio septentrionalis. ¶ Quarta conclusio est ꝙ distancia poli zodiaci a polo antarctico est æqualis maximæ solis declinationi meridionali. Ista conclusio probatur sicut precedens. ¶ Sed aliquis cõtra istas duas conclusiones obiceret qa in probationibus istarum conclusionum supponebatur ꝙ distãtia zodiaci a polo zodiaci est quarta pars circuli modo hoc est falsum quia cum zodiacus habeat latitudinem .12. graduum: oportet subtrahere .6. gradus & ideo non remanet quarta pars. Ad istam rationē respondetur ꝙ bene uerum est de distantia poli zodiaci a zodiaco exclusiue ꝙ non est quarta pars circuli immo deficiunt sex gradus ut arguit ratio nec illud supponebatur in probationibus conclusionum. sed bene supponebatur ad illam ĩtelligẽtiam ꝙ distantia poli zodiaci a linea eclyptica quæ imaginatur ĩdiuisibilis quantum ad hoc est quarta pars circuli. ¶ Quinta conclusio est ꝙ distantia circuli arctici a tropico est fere duplex ad maximam solis declinationem. & etiam ex consequenti ad distantiam poli zodiaci a polo mundi: patet quia arcus qui est ab æquinoctiali ad polum mundi continet nonaginta gradus: modo maxima solis declinatio de illis continet uiginti tres gradus & quinquaginta & unum minuta. & tantum continet distantia circuli arctici a polo per tertiam conclusionem: sequitur ꝙ ambæ distantiæ continent quadraginta septem gradus & quadraginta duo minuta: & per consequens distantia a circulo arctico ad tropicum continet residuum scilicet quadraginta duos gradus & octodecim minuta & per consequens est fere duplex ad maximã solis declinationē

Scđs articulus

Prima cõclõ

Correlariũ.

Scđa cõclõ

Tertia cõclõ

Quarta cõclõ

Quĩta cõclõ

Ad rõnes q̃stionis

¶ Ad rationes ad primam dicitur φ illa ratio arguit pro prima conclusione cum suo correlario. Ad secũdam eodemmodo & per idem soluitur. Ad tertiam negatur antecedens: ad probationẽ dicitur φ nõ oportet sed sufficit φ sit terminus axis circa quem fit motus. Ad quartam dicitur φ polus mundi non dicitur ex eo immobilis φ sit immobilis simpliciter: sed quia eius motus est imperceptibilis. Auctoritas post oppositum est pro dictis.

¶ Reuerendissimi domini Petri de aliaco cardinalis & episcopi cameracensis doctorisque celebratissimi quæstio decima.



Veritur primo circa tertium capitulum utrum ista consequẽtia seu argumentatio auctoris ualeat isti duo arcus sunt æquales & simul ĩcipiunt oriri & semper maior pars oritur de uno q̃ de alio ergo ille arcus citius perorietur cuius semper pars maior oriebatur. Et arguitur primo φ sit bona quia antecedens illius consequentiæ non stat in ueritate sine consequente igitur consequentia bona. ꝓbatur antecedens & ponaẽ φ arcus a sit æqualis arcui b cuius arcus a semper maior ps oritur q̃ arcus b. ponatur ultra φ æque cito sicut aliqua pars quantumcunq; modica arcus a oritur super orizontem ãnichiletur & ita etiã de arcu b: tunc ex quo arcus a & b sunt æquales & semper maior pars arcus a. oritur q̃ arcus b. sequitur φ semper maior pars de a annichilatur q̃ de arcu b: & p consequẽs arcus a citius annichilabitur q̃ arcꝰ b. Et ultra sequiẽ cum idem sit de ortu & annichilatione φ arcus a priꝰ erit completus φ arcus b. Sed aliquis dẽret φ ibi supponitur unum impossibile. s. φ arcus cæli annichilaretur. Diciẽ φ hoc non ualet quia non implicat contradictionẽ nec repugnat imaginationi & patet ex alio quia ponereẽ loco annichilationis φ tales ptes hãberent aliquod obstaculũ. Secundo sic quia oppositum talis consequentis repugnat antecedenti igiẽ. antecedens ꝓbatur. & ponatur φ alicuius mensuræ & famosæ cõmensurabilis utriq; istorum arcuũ puta mẽsuræ pedalis in medietate tpis quo oriunẽ illi duo arcus plures sumanẽ tales de arcu a q̃ de arcu b: puta. 4. de arcu a: & de arcu b: solũ tres: & totidẽ sumanẽ ĩ scda medietate ex quo sp maior pars oritur de arcu a: & sequiẽ φ in fine tpis erunt. 8. tales mensuræ de arcu a: & solũ. 6. de arcu b: & p consequens sunt inæquales qđ est oppositũ antecedentis. Tertio sic quia sicut est in aliis æqualibus ita uiẽ eẽ in arcubus æqlibus. mõ sic ẽ ĩ aliis æqualibus puta in lineis rectis & spaciis qđ si ab eis demanẽ inæqlia q̇ remanent sunt inæqlia p animi cõceptionẽ ergo ita erit in arcubus æqualibꝰ φ si ab illis demanẽ ptes inæquales quæ remanebunt erunt inæquales & p cõsequens citius consumeẽ arcus cuius maiores partes oriunẽ & per consequens ꝓpositũ. Quarto sic ponendo sicut prius φ a sit arcus cuiꝰ maior ps sp oritur: & b. cuius minor pars oritur ultra capiatur instans in tempore per quod oriuntur ĩ quo uerum ẽ differentiæ φ medietas arcus a: orta est & sit instans illud. f. tunc sequitur φ in illo instãti. f. medietas ipsius b non adhuc orta ẽ & sic plus remanet ad oriendũ de arcu b: q̃ de arcu a: si ergo in resi duo temporis post. f. ambo arcus sint simul perorti siue æqualiter sequitur φ citius orietur residuum ipsius b q̃ de arcu a. ¶ In oppositum arguitur per auctorem in textu ubi ex inæquali ascensione signorum cum æquali ascensione quartarum zodiaci & æquinoctialis concludit illam consequẽtiam non ualere.

Prius articulus

¶ In quæstione erunt duo articuli. in primo erunt notabilia & suppositiones. in secundo respondebitur ad quæsitũ. & erunt dubia. ¶ Quãtum ad primum aduertendum est φ signum oriri uel arcum ascendere: seu eleuatio signi uel arcus pro eodem reputantur. & conformiter de occasu in quo depressio signi uel arcus: aut occasus idem sunt. ¶ Secundo notandum est φ signum oriri describitur sic ab auctore in textu. signũ oriri est illam partem æquinoctialis oriri quæ oriẽ signo oriente & ascendente super orizontem. Et illa descriptio est ualde impropria quia describitur diffinitum per aliquod extrinsecum aliud φ per tale diffinitũ importeẽ. nam dato φ non esset circulus æquinoctialis in cælo non minus signa orirentur. Sed quare talẽ descriptionem auctor dedit dupliciter solet assignari causa. prima ut possint haberi regulæ certæ de ascẽsionibus signorum in quibuscunq; orizontibus. unde omnis inæqualitas ab æqualitate procedit & ad eã reducitur. similiter omnis difformitas ab uniformitate mẽsuratur. ergo cũ ascensiones signorum in zodiaco sint difformes & ascensiones æqualium partium æquinoctialis sunt uniformes. ideo oportuit reducere ascensiones signorum ad ascensiones partium æquinoctialis. Alia causa ẽ quia cũ simul oriantur signa: auctor ambas ascensiones sub una descriptione compræhendit. ¶ Tertio notandũ est & supponendum φ signa zodiaci difformiter oriuntur & in sphæra recta & obliqua. æquinoctialis aut uniformiter oriẽ. Causa primi potest triplex assignari. prima ex obliquitate zodiaci. secunda assignatur ĩ sphæra obliqua ex obliquitate orizontis. tertia assignatur ex difformitate motus signorum in zodiaco octauæ sphæræ propter motum accessus & recessus. ¶ Quarto notandum est φ hic loquendum ẽ de æquinoctiali prout est quædam circunferentia circuli æquedistantis a polis mundi & melius de æquinoctiali ĩ nona sphæra q̃ ĩ octaua quia in nona æquinoctialis est inuariabilis sed in octaua est uariabilis propter motum accessus & recessus. ¶ Quĩto notãdũ ẽ φ auctor illud correlariũ de quo quærit quæstio pricipaliter posuit pp duos arcus qui sunt duæ quartæ æquinoctialis & zodiaci. Pro quo est aduertendum φ plus oriri de quarta zodiaci q̃ de quarta æquinoctialis dupliciter potest intelligi. primo modo quantũ ad esse ortum ita φ semper maior pars sit orta de arcu zodiaci q̃ de arcu æquinoctialis. Aliomodo quantum ad oriendum. unde primo modo uerũ est illud qđ dicit auctor scđo mõ falsum est & illud satis patet in ultĩa ratione ante oppositum,

Descriptio ortus & occasꝰ signorũ quomõ itelligẽda sit

Aliter ascẽdit zodiacus & aliter æquinoctialis

duplex sensus quæstionis

¶ Tunc ponuntur duæ suppõnes. Prima est q si circulus maior in sphæra supra alium circulũ maiorẽ fue Prima
rit inclinatus: fuerintq ex qualibet q̃rta circuli inclinati (cuius principiũ est alterutra sectionũ) duo arcus soppo
æq̃les cõtinui separati: tũc arcus circulorum maiorum a polo alterius p extremitates duorum arcuũ in ipsius circũ sitio
ferentiã descendẽtes: ex ipsa circũferẽtia arcus inæq̃les abscindũt quorum qui remotior est a sectione maior
est: & qui ppinquior est sectioni minor est. ista suppõ est q̃rta ergo Theodosii in libro de sphæris & istã de
monstrat Cãpanus. & dicit q ex illa suppõne sequitur q de æq̃tore. s. de æquinoctiali plus orit̃ cũ geminis q̃
cum tauro. est plus cum tauro q̃ cum ariete. ¶ Secunda suppositio est q si super maiorem circulum in spe Secũda
ra contingentem aliquos duos æquedistantes fuerit alter circulus maior æquedistans ab illis duobus incli suppo
natus. fuerintq ex illo primo circulo maiori duo arcus æquales post locum contactus: tunc alii duo circu sitio
li maiores per extremitates illorum arcuum duorũ transeuntes ex secũdo circulo maiori inæquales arcus ab
scindunt. quorum qui propinquior est primo maior est. Ista suppositio est sexta conclusio Theodosii in libro
de sphæris non tamen in forma tamen satis prope. Et hæc de primo articulo. ¶ Quantum ad secundum Secũd⁹
sit hæc prima conclusio. omnis punctus æquinoctialis in quolibet orizonte in quo æquinoctialis orit̃ pars articul⁹
post partem uniformiter oritur: ita q æquales partes æquinoctialis in temporibus æqualibus super orizõ Prima
tem oriuntur. Patet conclusio quia quilibet punctus cæli æqualiter distans a polis mundi mouetur unifor cõclo.
miter in æquali tempore æqualia spacia uera uel imaginaria describẽdo. sic est q æquinoctialis seu quilibet
punctus eius æqualiter distat a polis mũdi. q̃re sequit̃ q quilibet pũctus æquinoctialis uniformiter mouet̃.
& cũ talis motus sup orizontẽ sit ortus partiũ æquinoctialis sequit̃ q q̃libet punctus æquinoctialis unifor
miter mouet̃. Et sicut ponit̃ cõclusio de ortu partiũ æquinoctialis cõsimilis poneretur de occasu. ¶ Scđa Secũda
cõclusio est q in spa recta signũ arietis i breuiore tpe oritur q̃ taurus: & taurus q̃ gemini ita q de quarta conclo
zodiaci quæ ẽ a pricipio arietis usq ad finem geminorum signũ ppinquius primo puncto arietis in breuiore
tpe oritur & q ab eo ẽ remotius in longiore tẽpore oritur: cõclusio pbatur sic quia cũ aries orit̃ minor ps
æquinoctialis oritur cũ eo q̃ cũ tauro. & iterũ minor cũ tauro q̃ cũ geminis ergo cũ æquales partes æquino
ctialis inæqualibus temporibus oriantur per præcedentẽ conclusionem: sequit̃ q i minori tempore orit̃
ps zodiaci propinquior principio arietis: & p consequens habetur conclusio uera. antecedens patet ex pri
ma suppositione in primo articulo. s. sic quia æquinoctialis est unus magnus circulus i spera super quẽ ẽ
alter magnus inclinatus. s. zodiacus. Sũant̃ ergo de zodiaco duo arcus æq̃les q sunt signũ arietis & signũ
tauri & sequitur q duo magni circuli pcedentes a polis æquinoctialis & transeuntes per extremites illorum
arcuum abscindunt de æquinoctiali duos arcus inæquales. quorum ille erit maior qui erit remotior a cõ
muni sectione æquinoctialis & zodiaci. Et sic sequitur q minor pars de æquinoctiali oritur cum ariete q̃
cum tauro & iterum cum tauro q̃ cum geminis. ¶ Ex ista conclusione infertur q in spera recta in breuio Corre
ri tempore orit̃ libra q̃ scorpius & in breuiore tempore scorpius q̃ sagittarius probaretur omnino sicut p latium
cedens conclusio. ¶ Tertia conclusio est q cancer in longiore tempore oritur q̃ leo: & leo q̃ uirgo: ita q de Tertia
quarta zodiaci quæ est a principio cacri usq ad finem geminorum illud signum longiore tempore orit̃ cõclo.
quod est propinquius primo puncto cancri: & in breuiore tempore quod ẽ remotius. pbatur conclusio qa
maior pars oritur de æquinoctiali cum cancro q̃ cum leone & cum leone q̃ cum uirgine ergo cõclusio ue
ra. consequentia est nota ex prima conclusione. pbatur antecedens ex secũda suppõne primi articuli qa zo
diacus ẽ circulus maior in spa cõtingens duos circulos minores æq̃distantes. s. duos tropicos. & ẽ alter ma
ior. circulus æquedistans a duobus tropicis scilicet æquinoctialis inclinatus sup zodiacũ: sumant̃ ergo duo
arcus æq̃les post loca cõtactuũ zodiaci cũ tropicis scilicet signũ leonis & cancri. Et sequit̃ q circuli inter
secantes tropicos & trãseuntes p extrẽitates illorum arcuũ abscindũt de æquinoctiali arcus inæq̃les. quorum
ille est maior q ppinquior est loco cõtactus. & sic sequitur q arcus æquinoctialis qui orit̃ cũ cancro ẽ maior Corre
q̃ cũ leone: & cũ leone q̃ cum uirgine. Ex cõclusione sequitur q capricornus longiore tpe orit̃ q̃ aquari⁹ latium
& aquarius q pisces pbat̃ sicut pcedens. ¶ Quarta conclusio est q in spa obliqua aries breuiori tempore Quarta
orit̃ q̃ taurus: & taurus q̃ gemini pbatur sicut secũda conclusio. ¶ Quinta cõclusio est q in spa recta q̃rta conclo
zodiaci q est a principio arietis usq ad finem geminorum & quarta æquinoctialis secum terminabilis in æq Quĩta
li tempore & simul incipiunt oriri & portæ sunt patet cõclusio qa orizõ est circulus diuidens sphæram in conclo
duas medietates æq̃les sic q una medietas sphæræ ẽ super orizontẽ ergo cũ illa q̃rta zodiaci cõplete per
orta ẽ sic q principiũ arietis est i zenith capitis & finis geminorũ ẽ in contactu orizontis: sequit̃ q quarta
æquinoctialis secũ terminabilis erit in eodẽ statu, cõsequẽtia tenet: qa alias medietas æquinoctialis nõ eẽt su
per orizontẽ qđ ẽ cõtra descriptionẽ orizontis. Et ita pbatur de aliis q̃rtis zodiaci & æquinoctialis secũ
terminabilibus. ¶ Sexta cõclusio est q sp citra finẽ tẽporis quo potiunt̃ prima q̃rtã zodiaci & q̃rtã æquino Sexta
ctialis secum contermimabilis maior ps orit̃ de zodiaco q̃ de æquinoctiali. hæc cõclusio sequit̃ expresse ex conclo
pbatione scđe conclusionis. ¶ Septima conclusio est q de eisdem quartis sphæræ citra finẽ tẽporis quo Septĩa
potiũt̃ maior ps poriũda est de æquinoctiali q̃ de zodiaco. hæc cõclusio sequit̃ ex pcedenti qa maior ps or conclo
ta est de zodiaco & sunt æquales ergo pbatio uera. ¶ Et ex omnibus istis sequũt̃ correlaria respõsiua ad Primũ
dubium. Primum est q illa consequentia seu argumẽtatio de qua querit quæstio non ualet. patet ex cõ corre
clusionibus sic: quia duo arcus qui sunt prima quarta zodiaci & quarta æquinoctialis secum contermina larũ

bilis sunt æquales:& simul & in æquali tempore incipiunt oriri p quintã conclusionem: & per sextam sẽper maior pars oritur de uno q̃ de alio scilicet de zodiaco q̃ de æquinoctiali & tamen non citius perorĩtur unus arcus q̃ alter immo simul tempore peroriuntur per quintam cõclusionem.

Bonũ Excẽplũ

Et istud potest excẽplariter declarari ut alibi sint duæ uirgæ erectæ sursum & incipiant duo luminosa simul & uniformiter ascendere super illas uirgas quousq; perueniãt ad zenith illaꝝ uirgarum & incuruetur siue implicet̃ una de illis uirgis uniformiter tunc in illo casu umbræ illarum uirgaꝝ erunt æquales & cõtinue plus diminuitur umbra unius q̃ umbra alterius qa habet duplicem causam diminutionis .s. ascensum luminosi supra & curuationem siue plectionem illius uirgæ & tamen simul in eodem instanti illæ duæ umbræ erunt consumptæ.s.quando luminosa peruenient ad zenith illarum uirgarum.

Scdm correlarium

Secundum correlariũ illa cõsequẽtia non ualet .s. isti duo arcus sunt æquales & simul incipiunt oriri & maior pars de uno orienda est q̃ de alio ergo ille tardius ortus erit cuius maior pars orienda est patet sicut præcedens.

Ad rõnes quæstionis

❡ Ad primam negat̃ antecedens immo oppositum demonstratur:ad probationẽ admittitur casus.& quando dicit̃ ex quo maior ps oritur de a q̃ &c. conceditur ergo a: prius erit &c. negatur cõsequẽtia. Ad secundã &c.negat̃. ad ꝓbationem &c.admittitur casus.s. ꝙ i prima medietate tẽporis quattuor tales mensuræ de a & solum tres de b: sed ꝙ ita fiat in secunda medietate non admitto. Ad tertiam &c.cõcedit̃ modo sic est inæqualibus &c.cõceditur. Et cõcedit̃ totum antecedens.s. maior & minor. Et cũ infert̃ &c.cõceditur totum nec arguit cõsequentia dicta. Ad quartã &c. admittitur casus &c. & dicitur ꝙ illa ratio bene probat ꝙ debet intelligi ꝙ maior pars peroritur.i.perorta est Auctoritas post oppositũ est pro dictis.

❡ Reuerendissimi domini Petri de aliaco cardinalis & episcopi cameracẽsis doctorisq; celebratissimi quæstio undecima.



Veritur secũdo utrũ dies naturales sint adinuicẽ inæquales. Et arguitur primo ꝙ non quia dies naturalis ẽ tempus .24.horaꝝ modo omnes.24. horæ sunt oĩbus aliis.24.horis æquales ergo. maior patet p auctorem in textu in primo capitulo.sed ꝓbatur minor quia quælibet hora cuilibet horæ est æq̃lis ergo omnes.24.horæ sunt oĩbus aliis.24.horis æq̃les.consequẽtia ẽ nota: & antecedẽs patet qa hora ẽ tẽpus.60.minutoꝝ ut debẽt astrologi mõ oĩa.60.minuta oĩbus aliis sexaginta sunt æqualia,ergo sequit̃ ꝙ oĩs hora omni horæ ẽ æq̃lis:antecedens iteꝝ deduceret̃ cõsimili mõ ꝓcedẽdo ad æq̃litatẽ. Scdo sic qa si sic sequeret̃ ꝙ una medietas anni eẽt alteri inæq̃lis puta maior uel minor cõsequens ĩplicat cõtradictionẽ qa quodlibet integrũ est ad q̃libet suaꝝ medietatum ꝓcise duplũ.sed patet cõsequentia.& capiant̃ duæ medietates ãni una a:& alia b:& ponat̃ p aduersariũ ꝙ dies naturales ĩ medietate a sunt longiores q̃ ĩ medietate b.sequit̃ ꝙ medietas a:est maior q̃ medietas b:consequentia tenet quia medietas a cõponit̃ ex tot ptibus sicut medietas b : & cũ hoc ex maioribus . Tertio sic qa si sic sequeretur ꝙ menses essẽt inæquales immo horæ & minuta cõsequens ẽ falsum & ꝓbat̃ consequentia eodẽmõ sicut in rõne precedenti. Quarto sic quia si sic maxime esset sic ꝙ in hyeme essent longiores q̃ ĩ æstate cõsequẽs est falsum quia tũc medietas anni q̃ ẽ a principio libræ usq; ad principium arietis per capricornum esset maior q̃ alia medietas a prĩcipio arietis per cancrum usque ad principiũ libræ mõ illud non uidet̃ immo potius oppositum cũ ꝓpter augem quæ est iuxta principiũ cancri sol diutius uideatur manere sub illa medietate zodiaci q̃ sub alia:sed consequentia principalis ꝓbat̃ primo p auctorem in textu & ex alio quia dies naturalis ut habetur in textu est reuolutio æquinoctialis cum tanta parte eiusdem &c.quia sol æqualiter mouetur circa centrum sui eccentrici in æquali tẽpore æquales angulos describendo ut habetur ĩ theorica.& etiam cum sol in hyeme sit propinquior centro terræ q̃ in æstate sequitur ꝙ sol necessario maiorem portionem describit de zodiaco in hyeme q̃ in æstate:addita ergo cum reuolutione æquinoctialis tãta parte quantam describit sol de zodiaco sequitur ꝙ in hyeme dies naturalis erit longior q̃ in æstate: cõsequentia tenet ex descriptione diei naturalis. ❡ In oppositum ẽ auctor ĩ littera expresse. In quæstione erũt duo articuli.in primo erunt aliqua notabilia:& suppositiones.in secundo conclusiones & obiectiones cõtra eas.

Prim⁹ articulus

Quid dies naturalis

❡ Quantum ad primum notandum est primo ꝙ dies naturalis sic describitur in almagesti. dies naturalis est tantum tempus per quantum sol mouetur ab oriente per meridiem per occidens & per septentrionem quousque redeat ad pũctum a quo exiuit uel ad aliud simile:aut ẽ æquale tẽpus illi tempori. Et additur illud notanter ex eo ꝙ astrologi non semper capiũt diem naturalem ab uno mane usq; ad aliud sed ut in pluribus incipiunt in media nocte usque ad aliam mediam noctem : aut etiam a meridie usq; ad aliam. Ex illa descriptione sequitur ꝙ ad habendum certam mensuram diei naturalis oportet ad reuolutionem æquinoctialis addere partem eiusdem tantam quantam sol describit de zodiaco motu suo proprio contra firmamentum & tunc aggregatum ex una reuolutione æquinoctialis & tãta parte addita uocatur apud plures dies naturalis. Et ob hoc describit auctor in littera sic diem naturalem. Dies naturalis ẽ reuolutio æquinoctialis cum tãta parte eiusdem quantam describit sol motu proprio suo de zodiaco cõtra firmamenti motum.& illa descriptio est ĩpropria sed eam ponit auctor ex eo ꝙ non possumus habere certas regulas de diebus naturalibus nisi sumantur ex reuolutione æquinoctialis. ex istis sequitur ꝙ cũ omnes reuolutiones æquinoctialis sint æquales:si sit inæqualitas in diebus naturalibus illa prouenit ex additamento arcus descripti a sole in zodiaco. ❡ Secundo notandum est ꝙ triplici de causa fit minus addita

Triplex cã inæqͣlitatis dieꝝ naturalium

mentum ad reuolutionem æquinoctialis de arcu descripto a sole in una die q̃ altera.prima causa est ex diuersa ascensione signorum zodiaci quia ut dictum est in quæstione præcedenti unum signum in breuiori tẽpore ascendit q̃ aliud & ideo arcus descriptus a sole cum est in tali signo & hoc in zodiaco motu proprio maior est & per consequens cum additur reuolutioni æquinoctialis talis arcus fit additamentum maius. Alia causa est eccentricitas ipsius solis:pro quo aduertendum est quod sol mouetur in spera eccentrica cuius pars remotior a centro mundi quæ uocatur aux est circa finem geminorum & alia propinquior quæ dicitur oppositum augis est circa finem sagittarii.Supponitur ultra ꝙ sol æqualiter & uniformiter mouetur circa centrum sui eccentrici scilicet in æqualibus temporibus æquales angulos describendo circa talẽ centrum.uerbigratia sit cẽtrum solis a:& centrum sui eccentrici sit b:& in.30.diebus describat sol circa cẽtrũ b.angulum qui sit tertia pars anguli recti:ita ꝙ in fine triginta dierum sol sit in puncto c:& deducant᷑ lineæ a b:& b c:continentes angulum descriptum.tunc dicendum ꝙ in aliis.30.diebus describit æqualem angulum & sic consequenter quousque redeat ad suum locum.Et ex istis sequitur ꝙ necessario sol circa centrum mundi describit angulos inæquales scilicet maiores dum est in opposito augis:& minores dũ est in auge.hoc potest deduci ex uicesima prima primi Euclidis.& ultra cum maiori angulo circa aliquod cẽtrũ alicuius circuli subtendat᷑ maior circũferentia ut habetur in ultima propositione.6. Euclidis:sequitur ꝙ sol maiorem portionẽ describit de zodiaco dum est in opposito augis scilicet in hyeme q̃ dum est in auge.s.in æstate:& per consequens maius additamentũ additur reuolutioni æquinoctialis in hyeme q̃ ĩ æstate.& illa est secunda causa.& istæ causæ solum habent locum in sphæra recta.sed tertia causa quæ habet locum in sphæra obliqua est obliquitas orizontis quia propter obliquitatem orizontis fit maior diuersitas in ascensione signorum.

Scđs articulus

Prima conclo

¶ Quantum ad secundum sit hæc prima conclusio ꝙ in quolibet orizonte in quo sont plures dies naturales diuersi aliqui sunt ĩæquales. probat᷑ conclusio:quia oĩa tẽpora simplicium reuolutionum æquinoctialis sunt adinuicem æqualia & tempora reuolutionum seu ascensionum zodiaci addita reuolutionibus simplicibus æquinoctialis sunt inæqualia ergo sequitur ꝙ cum ex illis additamentis cum reuolutionibus simplicibus æquinoctialis fiant dies naturales: sequitur ꝙ dies naturales sunt adinuicem inæquales.consequentia tenet ꝑ illam animi cõceptionem.s.si æqualibus inæqualia addas quæ resultant sunt inæqualia maior patet ex dictis in quæstione præcedẽti.& minor patet ex dictis in primo articulo istius quæstionis.unde ibidem assignabatur triplex causa inæqualitatis additamentorum ascensionũ zodiaci cum reuolutiõibus æquinoctialis scilicet prima ex obliquitate zodiaci quia propter hoc signa difformiter oriuntur ita ꝙ per hoc maiorem arcum describit de zodiaco in una die q̃ in alia & hoc motu ꝓprio & sic additamentũ est inæquale ex parte ipsius.secũda cã ẽ & pncipaliter ex eccentricitate solis quia dictũ est in prĩo articulo ꝙ sol in hyeme maiorẽ portionẽ describit de zodiaco q̃ in æstate ergo additamẽtũ qđ addit᷑ reuolutionibus æquinoctialis in hyeme mai⁹ est q̃ qđ addit᷑ in æstate.tertia cã est ex obliqtate orizontis.

Secũda conclo

¶ Secunda conclusio est ꝙ in quolibet orizõte in quo sunt diuersi dies naturales tũc qĺcũq; duo dies naturales ꝓximi sunt adinuicẽ inæquales:patet conclusio qa eccentricitas solis magis facit ad diuersitatẽ dieꝝ naturaliũ q̃ quæcũq; alia cã mõ in qbuscũq; duobus diebus ꝓximis sol aut magis appropiquat ad centrum mundi in primo aut in secundo aut ecõtra:ergo omnes duo dies proximi sunt adinuicem inæquales.

Tertia conclo

¶ Tertia conclusio ꝙ aliqui dies naturales in diuersis temporibus anni sunt adinuicem æquales. patet conclusio quia dies naturales a principio unius medietatis anni usq; ad finem eiusdem continue uadont cresœndo & in alia medietate eiusdem anni a principio usq; ad finem continue uadunt decrescendo ergo cum in utroq; processu fiat transitus de extremo in extremũ tunc bis erit transitus per medium & sic ambo dies naturales.s.unus qui erit ĩ medio unius medietatis & alter qui erit in medio alterius medietatis erunt adinuicem æquales.

Bonũ dubiũ

¶ Sed aliquis q̃reret qui dies naturales sunt æquales & qui inæquales & in quo tempore:pro quo est aduertendum ꝙ aliqui sunt dies naturales sensibiliter inæquales᷑ & tales apud astrologos uocantur dies deferentes.Sed aliqui sunt dies deferentes inæquales tñ ĩsensibiliter ut duo dies proximi & tales uocantur dies medii seu mediocres & ex pluribus mediocribus simul collectis fiunt dies naturales deferentes seu sensibiliter inæquales.Sed cum quæritur ultra in quo tempore fiunt æquales dicendum est ꝙ dum sol intrat cancrum.s.in auge in æstate & dum intrat capricornum.s.in hyeme sunt tunc duo dies naturales maxime differentes scilicet maxime sensibiliter inæquales & minor est ille qui est in principio cancri s; in æquinoctiis ut in principio arietis & libræ sunt dies naturales æquales.Et hoc põt declarari qa diuersitas ortus signorum non causat illo tunc inæqualitatem quia aries & libra æqualiter oriuntun nec eccentricitas solis causat diuersitatem quia sol in illis punctis est in longitudinibus mediis recte eccentrici sui.Et sic ex illis patet ꝙ augmentatio & diminutio dierum naturalium recte est per oppositum augmentationis & diminutionis dierum artificialium ut patet intuenti.

Ad rõnes quæstionis

¶ Ad primam rationem transeat illud.& cum dicitur omnes.24.horæ &c.negatur hoc immo dicitur ꝙ hora horæ est inæqualis.ꝙ patet quia hora est ortus medietatis unius signi super orizontem modo medietates signorum difformiter seu inæqualiter oriuntur.Ad secũdã qñ dicitur &c.aduertẽdũ est ꝙ dupliciter potest capi medietas anni.uno modo pro medietate numeri dierum totius anni & illo modo ita est ꝙ una medietas est alteri inæqualis quãtum ad tempus.alio modo potest capi medietas anni pro tempore ab introitu solis in alquo signo usq; ad tempus

introitus eiusdem in signo opposito & illo modo consequentia non ualet. Ad tertiam conceditur totum & ita est realiter. Ad quartam conceditur ut bene deducitur & negatur ꝙ cosequens sit falsum. Et cum probatur quia uidetur esse uerum propter hoc sol &c. dicitur ꝙ quia est in auge tunc magis distat a centro mundi: & ex hoc arcus zodiaci descriptus a sole in hyeme maior est. Auctoritas post oppositum est ꝑ dictis scilicet pro prima conclusione secundi articuli.

¶ Reuerendissimi domini Petri de aliaco cardinalis & episcopi cameracensis doctorisque celebratissimi quæstio doodecima.



Vaeritur tertio utrum solum una quartarum septentrionaliom sit habitabilis. & arguitur ꝙ nō. Primo quia aliquæ partes terræ meridiooales sunt habitabiles ergo non solum una quartarum &c. consequentia tenet antecedens probatur ꝑ auctorem in fine secundi capituli ubi postquā diuisit cælō in .5. zonas & proportionabiliter terram in .5. plagas illis quinque zonis correspondentes: dicit ꝙ de illis .5. plagis duæ sunt habitabiles. s. una supposita zonæ cæli inter tropicum æstiualem & circulum arctitum alia est quæ est supposita zonæ cæli inter tropicū hyemalem & circulum antarcticum. secundo patet idem antecedens per Ouidium secundo methamorphoseos hoc exprisse ponentem & etiaꝫ illud uidetur dicere Aristoteles primo metheorotum. ¶ Secundo sic principaliter qa sol & alii planetæ cōsimiliter aspiciunt partes terræ meridionales & etiam septentrionales licet temporibus conuersis seu euersis ergo sicut sunt aliquæ partes septentrionales habitabiles ita erunt aliquæ meridionales. cōsequentia tenet quia pars terræ redditur habitabilis uel inhabitabilis secundum ꝙ sol & alii planetæ agunt per suos aspectus in illam partem. probatur antecedēs quia sicut se habet sol in æstate ad partes septentrionales ita se habet ad partes meridionales in hyeme & econtra. & hoc loquendo de æstate & hyeme respectiue ad septentrionales. ¶ Tertio sic quia sunt aliquæ partes terræ habitabiles quarum zenith est īter tropicum cancri & æquinoctialem ergo non solum una quartarum &c. antecedēs patet auctoritate Hali abēragel ī suo libro de iudiciis octo partitum capitulo tertio ubi dicit ꝙ duæ sunt ciuitates diuersarum longitudinum quarum utriusꝗ zenith distat ab æquinoctiali per .23. gradus. ergo cū distātia tropici ab æquinoctiali sit .23. graduum & .51. minutorum sequitur ꝙ tales ciuitates sunt ultra tropicū. ¶ Quarto sic quia nulla quartarum terræ est habitabilis ergo quæstio falsa. consequentia est nota. & probatur antecedens auctoritate Albategni in tractatu de motu syderum capitulo sexto ponentis ꝙ solum tricesima pars terræ est habitabilis. ¶ Quinto sic quia sub æquinoctiali est terra hītabilis ergo nō solū una &c. cōsequentia est nota probatur antecedens quia sub æquinoctiali est optimum temperamentum quattuor qualitatum primatum ergo ibi est terra habitabilis. consequentia est nota quia si non hoc esset propter distemperiem antecedens probatur quia continue ibidem est æquinoctium ergo uidetur ꝙ ibi sit tale temperamentum semper quale habemus in uere & autumno. ¶ Sexto sic quia utraque quartatum septētrionalium est habitabilis ergo non solum una quartarum & cætera. consequentia est nota antecedens patet quia una quarta est habitabilis ut patet per omnes astrologos ergo consimile est de alia quia sol & planetæ consimiliter uidētur influere in aliam & tunc uidetur etiam ꝙ alia sit babitabilis ergo &c. ¶ In oppositum arguitur per auctorem in textu ubi ponit ꝙ de quartis septentrionalibus solū habitabilis est una. & etiam hoc patet per Ptolemæuꝫ ponentem ꝙ de totali terra solum una quarta est habirabilis. In quæstione erūt tres articuli. In primo uidebitur de plaga terræ supposita zonæ cæli quæ est inter tropicum capricorni & circulum antarcticum scilicet utrum sit habitabilis uel non. Et in secundo uidebitur de plaga terræ supposita zonæ quæ est inter duos tropicos idest sub æquinoctiali. Et in tertio respondebirur ad quæsitum.

Prim9 articulus

¶ Quantum ad primum notādum est ꝙ cælum imaginatur diuidi in quinꝗ zonas una est a polo antarctico usꝗ ad circulum antarcticum. secunda est a circulo antarctico usꝗ ad tropicum capricorni. tertia est inter duos tropicos quam scindit æquinoctialis per medium. quarta est a tropico cancri usque ad circulum arctitum. quinta est a circulo arctico usque ad polum arcticum. Et proportionabiliter imaginatur terra diuidi in quinque plagas illis quinque zonis suppositas. Et hic uidendum est de plaga supposita secundæ zonæ. Pro quo notandum est

Prima opinio

secundo ꝙ de hoc sunt duæ opiniones. Prima opinio uidetur esse Aristotelis: Ouidii secundo methamorphoseos & auctoris in textu ubi prius allegabatur & mouebantur ad hoc per primam & secundam rationes ante oppositum.

Secūda opinio

Sed illa opinio uidetur esse contra Ptolemæum & astrologos quibus in tali materia est credendum qui tenent oppositum scilicet ꝙ talis plaga non est habitabilis. Et ad hoc probandum supponenda sunt aliqua

Prima suppō

primo supponit ꝙ sol mouetur in suo eccentrico scilicet per medietatē anni uersus augem mouēdo ita ꝙ in fine geminoꝝ est in auge sui eccentrici. & per aliā medietatē mouetur ad oppositum augis sic ꝙ in fine sagittarii est in opposito augis. ista suppositio patet per demonstrationē quā ponit Ptolemæus in tertia dictione almagesti.

Secūda suppō

Secūdo supponit ꝙ centꝝ eccētrici solis distat a centro mūdi per duas partes cū dimidia illaꝝ partium quaꝝ semidiameter eccentrici hēt sexaginta. suppositio patet ꝑ Ptolemæū in almagesti dictione tertia ubi prius.

Tertia suppō

Et q̄ suppositione sequit tertia scilicet qn̄ sol est in opposito augis sui eccentrici ꝓpinquior est cētro terræ q̄ dum est in auge ꝑ quinꝗ partiū predictaꝝ. s. quarum semidiameter eccentrici hēt sexaginta. patet suppositio quia sol in opposito augis est propinquior centro mundi & sic patet ꝙ sol ꝓpinquior est multo terræ in hyeme q̄ in æstate & in auge.

Quarta suppositō

Quarto supponit ꝙ quātor

aliqd luminosum ꝓpinquius est alicui obiecto tāto ipsum fortius illuminat & calefacit.patet suppositio ꝑ perspectiuos. Vltimo supponitur ꝙ si sint aliqui habitantes in illa plaga terræ de qua uidendū est hic tunc dum illis est æstas nobis est hyems & econtra.suppositio est nota. Tunc istis suppositis probatur ꝙ talis plaga non sit habitabilis quia in ista plaga non est tempetamentū conueniens pro habitatione humana ergo cōclusio uera.consequentia est nota antecedēs probať qa in æstate illius plagæ uiget nimis excessiua caliditas & ibidē in hyeme uiget nimis excessiua frigiditas.ergo cōsequēna est nota añcedens ꝓbať ꝓ prima pte qa in æstate illius plagæ sol est in opposito augis sui eccē.per primā suppōnem ergo per scdam & tertiam sol est in illo tunc ualde propinquior terræ.mō dū habemus æstatē cū difficultate possumus durare propter calorem excessiuū ergo a fortiori tales non possunt durare quia habent solem propiquiorem in æstate.Similiter probatur secunda pars antecedentis quia in hyeme sua sol est in eccentrici sui auge ergo multum distat a terra modo dum habemus hyemem cū difficultate duramus propter nimis excessiuum frigus ergo a fortiori neq; illi poterunt durare:consequentia tenet quia tales habent frigus propinquius & solez remotiorem quam nos habemus & sic communior opinio est ꝙ illa plaga est inhabitabilis.

Quita suppō Cōclō rīsalis

Scdus articulus Prima opinio

¶ Quantum ad secundum notandū est ꝙ de habitatione terræ supposita æquinoctiali sunt duæ opiniones. Prima fuit ꝙ talis plaga non est habitabilis propter distemperiem aeris in illa plaga quia ibi uiget calor nimis excessiuus,Et istam opinionem ponit Ouidius secundo methamorphoseos & etiam Aristoteles in secundo metheororum unde dicunt partem terræ æquinoctiali suppositam esse torridam & adustam propter perpendicularitatem radiorum solis ibi incidentium.Et ad hoc arguunt sic ratione quia quanto plus fit appropinquatio a medio quarti climatis eundo uersus æquinoctialem tāto reperitur terra minus conueniens habitationi humanæ in tantum ꝙ reperiuntur ibi isti æthiopes tandē quæ non possunt diu in bona dispositione uiuere ergo procedendo ultra usq; ad æquinoctialem reperiretur terra inhabitabilis quia sol ibidē trāsit bis in anno per zenith capitis eorum.

Secūda opinio Isidor⁹

Sed est alia opinio tenēs oppositum prædictæ scilicet ꝙ sub æquinoctiali est terra habitabilis.& ad hoc adducit aliquas auctoritates & postea rationes.pria auctoritas est Isidori in primo ethimologiarum ponentis ꝙ in paradiso terrestri est locus uersus orientem situatus multuz appropinquans ad globum lunæ sub æquinoctiali delectabilissimus temperatissimus & amenissimus. Secunda auctoritas est illius de quo legitur scilicet de quodam homine in anglia qui recitat se uidisse in suo tempore de quodam incantatore qui arte magica recluserat quendam spiritum malignuz qui quidem spiritus ut posset euadere & exire promittebat sibi dare in qualibet die anni fructus maturos & altero petente ab eo ubi caperet.Respondebat ꝙ in quodam loco qui ab hominibus reputabatur inhabitabilis qui tamen est delectabilissimus & amenissimus scilicet paradisus terrestris! Sed postea sunt aliquæ persuasiones quibus aliqui nituntur persuadere illam plagam esse habitabilem & hoc quantum est ex temperamento aeris.

Prima ratio

Prima persuasio est quia in illa plaga est continue æquinoctiū & frigiditas noctis sufficienter obtēperat caliditatem diei & econtra.& ita uidetur ꝙ ibi frigiditas sufficienter obtemperet caliditatem quam alii ponunt nimiam,quia continue dies & noctes inter se sunt æquales ibidem.

Secūda ratio

Secunda persuasio est ad ostendendum ibi non esse calorem nimis excessiuum,nam licet sol bis in anno transeat per zenith capitis.tamen sol transit in duobus punctis scilicet in principio arietis & in principio libræ & in omnibus aliis tēporibus declinat ad aliquam partem & non transitus solis per zenith non arguit inhabitationem plagæ.

Tertia ratio

Tertia persuasio est quia planetæ frigæ factiui & humefactiui scilicet saturnus mercurius & luna maxime uigent in illa plaga ita ꝙ semper de directo aspiciunt illam plagam ergo sufficienter obtemperant calorem solis.

Quarta rō

Quarta persuasio quia inter æquinoctialem & tropicum est terra habitabilis ergo a fortiori sub æquinoctiali consequentia tenet,quia inter æquinoctialem & tropicuz sol transit per zenith capitis & diu moratur super orizontē ergo a fortiori ibidem debet esse terra ihabitabilis q̄ sub æquinoctiali cū sub æquinoctiali non diu maneat sol,antecedens patet per Alphagranum ponentem primum clima & medietatem secundi esse ultra tropicum scilicet inter tropicum & æquinoctialem.¶ Sed tunc ad rationem alterius opinionis respondetur dicendo ꝙ bene stat ꝙ alicubi inter nos & æquinoctialem sit terra inhabitabilis per nimium calorem & tamen sub æquinoctiali esse habitabilem & temperatam regiōem,& ratio est quia iuxta tropicum sol quandoq; peruenit ad zenith capitis & illo tunc est ibidem dies lōgissima & sic sol ualde diu moratur super orizontem & perpendiculariter radiat quare tantum calefacit ꝙ frigiditas nihil potest eo ꝙ talis nox est breuis.sed sub æquinoctiali non tantum diu sol moratur super orizontem sed præcise per 12.horas.¶ Tamen illarum opinionum nulla est demonstrabilis sed quantum est ex his quæ possunt concludi ex dictis antiquorum astrologorum licet ibi sit regio temperata tamen ibi non habitant aliqui homines.& hoc ponit expresse Albathei in suo tractatu de motu syderum.

Terti⁹ articulus

¶ Quantum ad tertium notandū est ꝙ licet multis modis terra possit fieri inhabitabilis scilicet uel propter aquas:uel propter montes:tamē hic intelligitur de hītatione terræ rōne tēperamenti in qualitatibus primis cōuenietibus complexioni humanæ.& dicitur temperamentum regionis alicuius conueniens complexioni humanæ quando in illa regione homo potest uiuere in bona dispositione propter tempus debitum complexioni humanæ uel satis prope.

Prima conclō

¶ Tunc sit hæc prima conclusio ꝙ solum una quartarum septentrionalium est habitabilis intelli-

gendo de habitatione terræ quæ potest repetiri ab astrologis.probatur conclusio primo auctoritate Pto-
lemæi prima dictione Almagesti capitulo primo.Secundo sic ratione quia si aliqua esset habitabilis uel es-
set illa quæ est sub æquinoctiali & hoc non quia ibi nulli homines habitant ut dicunt astrologi. uel illa
quæ est supposita zonæ cæli inter tropicum capricorni & circulum antarcticum & hoc non ut probatum
est in primo articulo.nec quartæ suppositæ zonis quæ sunt iter polos & circulos polares patet quia in illis
uiget nimia frigiditas propter nimiam distantiam a sole & sic relinquitur ꝙ solum illa quarta quæ est sup
Secda posita zonæ cæli inter tropicum canceri & circulum arcticum est habitabilis. ¶Secunda conclusio non
conclo totalis illa quarta est habitabilis,conclusio patet per Albateni in tractatu de motu syderum ubi ponit ꝙ
Ad rõ- solum duodecima pars terræ ē habitabilis modo illa quarta est plus q̃ duodecima pars illius. ¶Ad primã
nes qõ- rationem negatur hoc ad probationem per Ouidiũ & alios dicunt quidam ꝙ magis est credendum astro-
tus logis qui circa hoc magis laborauerunt q̃ Aristoteles & Ouidius. Ad secundam negatur hoc immo dictuȝ
est in primo articulo ꝙ sol in hyeme illius regionis nimis distat a terra quia est in auge sui eccentrici:& in
æstate est nimis propinquus quia est in opposito augis. Ad tertiam sunt aliquæ partes &c.hoc potest nega-
ri.& cum probatur per hali abéragel &c.dicitur ꝙ ipse non ponebat assertiue sed solum loquebatur ad
imaginationem acsi aliqui tales essent. Ad quartam dicit ꝙ bene probat ꝙ nulla quarta totaliter est habi-
tabilis & hoc est ꝑ secunda conclusione. Ad quintam negatur hoc:ad probationem quia sicut dum habe-
mus æquinoctium &c. dicitur ꝙ non est simile quia dum habemus æquinoctium sol non transit ad ze-
nith capitis nostri sed ibidem transit usque ad zenith capitis eorum. Ad ultimam negatur antecedens ad
probationem dicitur ꝙ non est simile quia sol nimis distat a quarta quæ est inter polum & circulum arcti
cum.Et hæc de quæstione.

¶Reuerendissimi domini Petri de aliaco cardinalis & episcopicameracensis doctorisq; celebratissimi quæ
stio decimatertia.

QVeritur primo circa q̃rtũ capitulũ utrũ ad saluandum apparẽtias in motibus planetarum opor
teat ponere eccentricos circulos & epicyclos.Et arguitur primo ꝙ non quia si sic sequentur ꝙ
cæli & mundi essent diuersa centra consequentia tenet quia tales eccentrici haberent alia cen-
tra a centro mundi sed consequens est falsum. & probatur falsitas quia si cæli & mundi essent
plura centra sequeretur ꝙ grauia naturalia non possent naturaliter moueri cõsequẽs ẽ falsum & patet cõ
sequentia:quia ens naturale nõ dicitur moueri naturaliter nisi moueatur ad suum locum naturaleȝ tanq̃
ad terminum ad quem mõ naturalia grauia haberent duo loca naturalia eo ꝙ quodlibet centrum esset lo
cus naturalis grauium ergo mouerentur ad duo loca quod est impossibile uel ad neutrum & sic habereť
intentum.Secundo sic quia si essent ponẽdi eccentrici sequeretur ꝙ non esset terra in medio mundi. conse
quens est contra auctorem probatur consequentia quia terra non esset in medio sphæræ cæli igitur. Ter-
tio sic si essent ponendi eccentrici sequeretur ꝙ uel in cælo fieret rarefactio uel condensatio aut uacuum
aut penetratio dimensionum consequens est falsum.Primo quantum est de rarefactione & condensatione
per Aristotelem secundo cæli & de aliis per eundem quarto physicorum.sed patet consequentia supponẽ-
do ꝙ eccentricorum aliquæ partes sunt spissiores aliquæ strictiores.ultra supponitur ꝙ tales eccentrici di-
uersis motibus mouentur. Tunc arguitur sic quia signata parte spissa alicuius eccẽtrici tunc talis pars ali-
quando perueniet ad locũ ubi est pars stricta & econtra.& tunc queritur quid replebit locum ubi prius erat
illa pars spissa uel ergo remanebit uacuum & habetur unum de illatis.& etiaȝ queritur ubi recipieť illa ps
spissa nõ in illo loco in quo erat pars stricta quia tunc ibidẽ esset penetratio dimẽsionum uel cõdensatio &
habeť totũ consequens illatũ.Quarto sic qa si sic sequereť ꝙ planetæ aliq̃n ascẽderẽt & postea descẽderent
cõsequens est falsum qa tũc eidẽ deberenť plures motus simplices sc̃dm naturã eius propriã.sed probať cõ
sequentia quia dũ planeta mouetur in eccentrico ab auge ad oppositũ augis tunc descenderet quia appro
pinquaret ad centrum mundi.& dum ecõtra ascenderet quia tunc elongaretur a cẽtro mundi.Quinto sic
& specialiter de epicyclis quia luna non habet epicyclum ergo non est necesse &c. antecedetis probatur
quia si sic sequeretur ꝙ imago quæ apparet in luna aliquando deberet apparere euersa.consequens est fal
sum & contra experientiam sed probatur consequentia & ponatur ꝙ illa imago habeat modo pedes in
opposito augis epicycli scilicet uersus terram tunc per motũ illius epicycli talis pars ueniet aliquando ad
augem epicycli & sic essent euersi quod est propositum.Sexto sic quia omnia possunt saluari sine positione
huiusmodi eccẽtricorum & epicyclorum ergo frustra ponerentur consequentia est nota.antecedens patet
per Eudoxium & Calipum qui fuerunt contemperanei Aristotelis quos allegat commentator duodecimo
methaphysicæ pro sua opinione. Et confirmatur auctoritate commentatoris in secundo cæli ubi ponit
in pluribus commentis ꝙ opinio mathematicorum de eccentricis & epicyclis est impossibilis. ¶In opposi-
tum arguitur per auctorem in principio capituli quarti & per Ptolemæum in almagesti & per omnes astro
Prim9ar logos.In quæstione erunt duo articuli in primo declarabuntur termini.in secundo narrabuntur quædam
ticulus opiniones & soluetur quæstio secundũ cõmunes astrologos. ¶Quãtũ ad primũ notandum est ꝙ astrolo-

gi aliquos orbes posuerunt eccentricos & alios cõcentricos. unde orbis cõcentricus dicitur orbis sub utraque eius superficie continens centrum mundi & habens eius centrum cum centro mundi. isto modo primum mobile est orbis concẽtricus & generaliter qlibet orbis totalis est cõcentricus. & ibi capit̃ orbis totalis pro aggregato ex omnibus orbibus requisitis ad saluandum motum totalem unius planetæ: eodem modo. s. quo ponuntur nouem sphæræ. Sed orbis eccentricus dicitur orbis sub utraq; eius superficie continens centrum mundi habens tamen centrum suum extra centrum mundi. Et duplex est talis eccentricus. nam quidam est eccentricus simpliciter alter uero secundum quid. unde orbis eccentricus simpliciter dicitur ille orbis cuius centrum quo ad utranque superficiem tam concauam q̃ conuexam est extra centrum mundi. Sed eccentricus secundum quid dicitur ille orbis qui quantum ad unam superficiem habet suum centrum cum centro mundi & quantum ad aliam superficiem extra cẽtrum mundi. Et talis est duplex quia quidam est concentricus quantum ad superficiem concauam & eccentricus quantum ad conuexam alius econuerso.


Orbis cõcẽtricus

Orbis eccentric⁹

¶ Secundo notandum est ꝙ eccentrici secundum quid scilicet solum quantum ad unam superficiẽ sunt spissiores in una parte & strictiores in alia. & eccentricus simpliciter scilicet quo ad utranque superficiem uidelicet qui inter illos mediat: est regularis spissitudinis & dum isti orbes mouentur semper pars stricta unius est cum parte spissa alterius & econtra. Et per hoc soluitur ratio commentatoris scilicet de uacuo & cætera. ¶ Tertio notandum est ꝙ ad cuiuslibet planetæ motum saluandum imaginantur astrologi in totali orbe illius planetæ tres orbes eccentricos. quorum duo sunt eccentrici secundum quid scilicet quo ad unam superficiem solum. s. unus superior & alter inferior. superior est eccentricus quantum ad unam superficiem solum scilicet concauam: inferior est eccentricus quantum ad conuexam solum: & inter illos duos mediat eccentricus simpliciter qui apud astrologos uocatur orbis deferens eo ꝙ defert corpus planetæ. ¶ Quarto notandum est ꝙ in isto deferente astrologi imaginantur quattuor puncta quorum unum uocatur aux & est punctum in illo deferente quod magis distat a centro mundi scilicet quod est iuxta partem strictiorem superioris eccentrici. Et aliud punctum uocatur oppositum augis & est illud punctum quod propinquius est centro mundi scilicet iuxta partem spissiorem eccentrici superioris. Sed sunt alia duo puncta æqualiter distantia ab illis duobus signatis. s. ab auge & opposito augis & uocantur longitudines mediæ. Ex isto potest inferri ꝙ sol aliquando est propinquior terræ & aliquando remotior: scilicet propinquior dum est in opposito augis & remotior dum est in auge.

De epicyclo

sæpe admitor tabulas biptialis & quadtipartialis numeri ita abolitas esse in quibus tamen bonus ille uir omnem huius capituli consumit sermonem. V. Non temere tabulas illas aspernantur docti astronomi: q̃ quidem a ueritate plurimum absunt: quod plane cõstabit si latitudines illinc elicitas cõferem⁹ ad eas quæ per tabulas Ptolemæi numerant̃. Sed redeamus ad litteraꝝ. Inter cætera de tabulis latitudinum ait iste: & latitudo quæ scribitur in tabulis binarii est distantia partium circũferentiæ epicycli a circunferentia eccẽtrici: distantia dico computata uersus uiam solis. C. Quid ibi notandũ censes? V. Si ita esset: oporteret centrum planetæ nũq̃ reperiri in superficie eccentrici: Nam apud oẽ argumentũ æquatum in tabula biptialis numeri aliquis ponitur numerus: qui: ut ipse sentit: distantiam planetæ ab eccentrico denotat. C. Hoc nimirum sequeretur. V. Alia demũ audi uerba eius: Inclinat̃ aũt epicyclus ab eccentrico: ita ꝙ sp erit planeta inter eclypticam & centrum epicycli: nisi cum centrum epicycli sit in capite uel cauda draconis: tunc eniꝫ epicyclus est directus in eccentrico. Quid tibi uidet̃? C. Quum cẽtrum epicycli semper sit in superficie eccentrici sequitur planetam semper esse inter duas planities eclypticæ & eccentrici. V. Illud autem absentaneum est. Nam in tribus superioribus superficies epicycli semper secat superficiem planam eccentrici: ita ꝙ pars eius superior quidem augem epicycli continens inter eccentrici & eclypticæ duas superficies comprehenditur: reliqua uero pars superficiei epicycli plus ab eclyptica remouet̃ q̃ ipsa eccẽtrici superficies. Vnde planetam quoq; in hac inferiori parte epicycli existẽtem plus ab eclyptica q̃ ipsum eccentricum remoueri: atq; iccirco non inter eclypticam & superficiem eccentrici reperiri necesse est. Illud deniq; falso affirmat̃ centro epicycli in capite uel cauda draconis existente: superficiem eius directe in superficie eccẽtrici iacere. Sic. n. centro epicycli in altero nodorum constituto planeta extra augem ueram epicycli sui uel oppositum augis existẽs semper latitudinem ab eclyptica sortiretur: quod profecto falsum est. Nam teste Ptolemæo dum epicyclus in altero nodoꝝ existit nulla planetæ accidit latitudo ubicunq; etiã in epicyclo fuerit: quamobrem totam epicycli superficiem in plano eclypticæ: non eccentrici: iacere necesse est: centro epicycli in altero nodoꝝ exñte. Sed quid tantopere deliramenta huius hominis tractamus? C. Sequẽtia igitur eius placita uideamus. Et quando inquit planeta est in auge epicycli tunc maxime declinat a uia Solis: quare tunc maxima latitudo reperit̃ in tabula. V. Nugæ. Nam maior est latitudo cuiuslibet trium superiorum dum in opposito augis epicycli existit q̃ in ipsa auge. Idem quoq; ueneri & mercurio semper accidit prætereq̃ centro epicycli in uentre draconis existente: ibi. n. aux epicycli & oppositum eius æquales planetæ tribuunt latitudines Ptolemæo hæc omnia explanante. C. Quõ igitur in principio tabulæ binarii maior repit̃ numerus q̃ in fine? q̃si maior accidat planetæ latitudo in auge epicycli cõstituto q̃ in ei⁹ opposito: principium. n. tabulæ augi: finis autem opposito augis tñdere ꝓhibetur. V. Numeri qui in hac tabula scribuntur o amice non sunt ueraꝝ latitudinum quẽadmodum & ille paulo inferius asseuerabat. Sed officiũ huiuscemodi numerorum secundũ mentem Azarchelis est diuidere alios & latitudinem ipsam elicere. Si autem diuiseris eundem numeꝝ per duos inæquales: maior quidem minorem elicit numeꝝ quotiẽs: minor autem maiorem: quod ex uigesimaseptimi elementoꝝ facile conuincitur. Sic maior numerus in capite tabulæ bipartialis numeri oblatus: minorem reddet latitudinem q̃ minor in fine eiusdem. C. Certiorem me reddidisti: nihil in hoc capitulo latitudinum aliud q̃ ineptias apparere & quidẽ itolerabiles. Verumtamẽ: si iubes: sequentem eius litteram ꝓnunciabo. V. Perge ut iubet. C. Et latitudo quæ scribit̃ i tabulis quaternarii est distantia circũferentiæ eccẽtrici a uia Solis: quæ distantia est paruula cum est prope nodos: & maxima cũ in remotis locis a nodo per tria signa. V. Non obtũdas amplius. Nam i fine huiusce tabulæ quadripartialis numeri Saturnus habet gradus quinq;: & ideo uenter draconis eius distans a nodo per quadrãtem circuli: quinq; gradibus ab eclyptica remouebitur. Quamobrem Saturnus in opposito augis epicycli existens epicyclo uentrem draconis possidente habebit latitudinem maiorem quinq; gradibus: quod ẽ falsum: maxima. n. eius latitudo gradus tres & minuta quatuor non excedit. C. Ergo numeri qui scribunt̃ in tabulis non sunt ueraꝝ latitudinũ: siquidem non ostendũt distantiam partium circunferentiæ eccentrici ab eclyptica: neq; distantiam partium circunferentiæ epicycli ab ipsa superficie eccentrici. V. Recte concludis. Ipse etiã theoricaꝝ scriptor paulo inferius. Compositor aũt inqt tabulaꝝ ad ostensionem sui magisterii noluit ponere ueros numeros prædictarum latitudinum in quibus unus subtrahit̃ ab altera semp: & reliqua. Vbi confitetur apte numeros ueraꝝ latitudinum in tabulis cõmemoratis non esse descriptos. C. Homo ille uidetur extollere ingeniũ cõpositoris tabulaꝝ: quasi opus egregiũ ad latitudines planetaꝝ cõputandas ediderit. Quid igitur obstat cur recentiores sideralis sciæ studiosi ipsis nõ utunt̃? V. Quid obstat quæris? Auctoritas Ptolemæi nostri ueracissimi: qui in libro suo ultimo maximam Saturno numerauit latitudinem triũ graduũ & quattuor minutorum: ꝑ tabulas autem memoratas maximam Saturni latitudinem oportet esse graduũ quatuor & minutoꝝ decẽ septem fere. Ioui deniq; Ptolemæus tribuit latitudinem maximã graduum duoꝝ & minutoꝝ octo: qui secundum has tabulas latitudinem accipiet maximam graduũ trium & quadraginta unius minutoꝝ. Mars demũ tabulas dictas non iniuria aspernabitur: qppe qui Ptolemæo affirmante maximam latitudinẽ: borealẽ qdẽ hẽt graduũ quatuor & minutoꝝ uiginti unius: australem uero graduũ. vii. & minutoꝝ. xxx. Ex hisce aũt tabulis æqualem hic atq; illic ab eclyptica remotionẽ suscipiet. Sed neq; Venus & Mercurius calũniam suam reticebũt: Nam dum centrũ epi-

cycli est in auge eccentrici: & Venus ipsa in opposito augis epicycli prædictæ tabulæ latitudinē maiorem xiii.gradibus exhibēt:quæ tñ iuxta mentē Ptole.nō erit pluriū q̄.x.minutorum. Mercurius uero in simili circulorum suorum situ p tabulas qdem sæpe dictas hēbit latitudinem maiorem.ix.gradibus.In ueritate aūt.xlv. distabat minutis a uia Solis recedet.Hæc inquā ponendo duos nodos æqualiter a uentre draconis distare quēadmodum omnes opinantur astronomi.Sic morosus ille tabularum compositor Ptolemæum neglexit ueracissimum:quem Albaregnius pater omnium qui numeros tractant tabulares imitari studuit. Dū igiť ab auctoribus recedens bonus iste uir nouam computandi quærit facilitatem plurimas effundit ineptias & quidē absurdissimas.Sed quid iterum in hæc deliramenta incidimus quæ iamdudum missa facere decretum est:ad litterā denuo redeūdum censeo.C.Quid uis legam? V.Quod sequitur.C.Cum uero centrū epicycli est in nodis nullæ sunt latitudines,tunc.n.directus est epicyclus in eccentrico & centrum epicycli in uia Solis.V.Iamdudum illud uerbū floccifecimus:non.n.tunc epicyclus in eccentrici superficie iacere solet:sed in plano eclypticæ testimonio Ptolemæi constituiť. Verum si nondū quiescis:ostendam bonum hunc uirū sibi ipsi haud quaq̄ constare.Nam centro epicycli in nodis existēte dicit nullas esse latitudines; cūm subiungens q̄ epicyclus tūc sit directus in eccentrico.Quod si ita est:sequitur omne epicycli punctū extra eclypticam reperiri præterquam ea quæ sunt in cōmuni sectione epicycli & eclypticæ:sicut nullum eccentrici punctum in eclyptica est præter ea quæ in cōi sectione eccētrici & eclypticæ iacent. Quāobrem centro epicycli in altero nodorum existente planeta nō priuabitur latitudine nisi in auge epicycli aut eius opposito fuerit:hæc enim duo loca sunt in pdicta cōmuni sectione. Sed uideamus quid dicat de motu capitis & caudæ draconis.C.Caput aūt īquit & cauda trium superiorum immobilia sunt nisi ad motum octauæ sphæræ.Caput aūt & cauda Veneris & Mercurii mouenť tali proportione q̄ uerus locus capitis utriusq; distat ab eis semper tm̄ quantum & uerus locus capitis scriptus in tabularum canone:distat a loco q fit ex medio motu Solis & argumento istorum æquato. V.Fabulæ. Caput enim & cauda Veneris & Mercurii in ueritate non mouentur aliter q̄ capita & caude trium superiorum:Ita omnes sentiūt:cōpositor quoq; præ dictarum tabularum idem putasse uidetur:quandoqdem in canone suo loca capitum uera pro Venere & Mercurio conscribit tanquam immobilia.Secundum nugas autem huius boni uiri caput Veneris tantum ferme contra successionem signorum quantū stella ipsa in epicyclo respectu augis eius uere mouebiť: dēpta tū inde aut addita nōnunquam ipsa æquatione argumenti. Quod q̄ alienum a ueritate existat neminem ignorare arbitror.Idem denicq; Mercurio accidere oportebit.Quo aūt illud sequi oporteat in figura declarabitur.Circulus.a.b.c.zodiacum repńtet:ubi.a.sit principium arietis.b.locus capitis Veneris: intelligaturq; linea medii motus Solis ad ipsum.b.pūctum terminari dum Venus ipsa in auge epicycli uera existit: quod quidem possibile est: cum illi duo motus non habeant æquales restitutiones. Si itaque colligimus medium motum solis qui est arcus.a.b.cum argumento æquato Veneris:ut formam canonis sequamur licet nullum sit in hoc casu tale argumentū:non resultabit nisi arcus.a.b.ex quo si detraxerimus uerum motum capitis:nihil restabit: quāobrem stella erit in nodo capitis.s.puncto.b.Deinde transacto aliquanto tempore perueniat linea medii motus solis ad punctum.c.augem uidelicet eccentrici ot facilior sit processus:sitq; arcus.c.d. similis argumento æquato Veneris. Si igitur ex toto arcu.a.c.d.qui constat ex medio solis motu & argumēto Veneris æquato subtraxerimus arcum.a.b.capitis:relinquetur arcus.b.d.æqualis distantiæ capitis ab ipsa stella iuxta mentem huius uiri.Ponatur itaq; stella secundum uerum eius motum in pūcto.f.ita ut arcus.c.f.sit similis æquationi argumentis:quæ quidem æquatio argumenti necessario semp minor est ipso argumento æquato:sitq; arcus.b.e.æqualis arcui.d.f.atq; iccirco p communem animi conceptionem arcus.f.b.e.æqualis arcui.b.f.d.oportebit igiť caput draconis nūc eē in puncto.e. quod prius erat in.b. puncto.Caput ergo draconis Veneris motum est contra signorum ordinem per arcum.b.e.differentiam.s.argumenti æquati & æquationis eiusdem argumenti: illud quidem in quarta parte anni solaris qd'est inconueniens maximum.Sed ne totum teramus diem in istis somnus anilibus:ad sequens capitulum propere transeamus.C.Ita faciundū censeo. Vidistin obsecro aliquas ad Arim compositas tabulas? V.Nullas unq̄ uidi: sint ne autem an non incertus sum.C.Mirandum tot fuisse compositores tabularum(ut asserit ille)ad Arim & nusq̄ earum offendi exempla. V. Scio ego Ptolemæum quidem suas instituisse tabulas ad Alexandriam quæ non est sub æquinoctiali sita neque media inter orientē & occidentem. Albategnium autem ad aratam ciuitatem: quēadmodum ex capitulo primo libri eius trahitur. Sed neque Arata ipsa in medio mundi consistit:cum sit orientalior Alexandria decem gradibus:latitudinemque habeat ab æquinoctiali graduum trigintasex.C. Si placet audiamus opinionem huius hominis de uarietate altitudinum Solis in dorso astrolabii & in facie eius acceptarum: ac insuper de motu



augis eius. V. Audiatur. C. Quãdiu inquit Sol fuerit in medietate eccentrici sui quæ maxime remouetur a terra. s. in longitudine longiori: magis eleuaẽ allidada in dorso astrolabii in meridie q̃ gradus solis in ræti positus super almicantarath in meridie: & econtra fit in alia medietate eccentrici: & in quacunq; die maior erit distantia inter has duas altitudines: in eadẽ erit Sol in auge eccẽtrici in medietate prima prædicta: quia quanta est distantia tanta est eccentricitas: & est duorũ graduum fere. V. Define define oro tot huius hominis proferre nugas. Nõne si astrolabium rite factum fuerit: punctus eclypticæ ræti in quo Sol dr̃ eẽ tm̃ proportionaliter eleuatur in linea meridiana instrumenti: quantum & punctus ille cælestis qui per prædictum repræsentatur in meridiano habitationis. C. Quid ni. V. Centrum autem Solis est in linea recta q̃ ex centro mundi ad præfatum eclypticæ punctum extenditur. C. Confiteor. V. Omnia uero puncta eiusdẽ lineæ ex centro orizontis ad sublime egredientis: eandem ab ipso orizonte sortiuntur altitudinem centro tantum orizontis secluso. C. Certum est. Nam huiusmodi linea unicum complectitur angulum cuʒ sectione cõmuni orizontis & circuli altitudinis per ipsam memoratam lineam transeũtis. V. Centrum ergo Solis eam quam punctus eclypticæ cælestis sub quo existit habet altitudinẽ: atq; iccirco tanta est altitudo solis in ueritate quantam ostendit punctus eclypticæ instrumentalis in linea meridiana. C. Nemo inficiabitur. Quæcũq;. n. uni & eidẽ sunt æqualia inter se quoq; phibentur æqualia. V. Sed in dorso astrolabii uera depræhenditur Solis altitudo: nisi quantũ distantia centrorũ mundi & instrumenti: aut fractio radii solaris uariari potest: quorum alter quidem pro nihilo reputant philosophi q̃ terra ad orbem Solis insensibilem ferme habeat magnitudinem: alterũ uero prope insensibile eẽ certis ostendiẽ rõnibus. Quãobrẽ duas Solis altitudines in dorso & facie astrolabii dephensas insensibiliter differre: atq; ideo tanq̃ æquales haberi oportebit. C. Aperte delirantem hunc hominem confutasti. V. Quicquid igitur litteræ suæ reliquũ est: corruere oportet. Nam applicatio Solis ad augem eccentrici sui haud quaq̃ hoc cognosceẽ indicio: neque eccentricitas innotesceet: neq; motus augis in anno percipietur: quas res doctissimum arabem Albategnium. hoc pacto animaduertisse somniat: astrolabio uidelicet tricubitali usum uel maiores quãtitatis. Sed nescio quem tumultum audire uideor. I obsecro uisum quid rei sit: ego interea si qua deinceps notanda sint q̃ tocius explorabo. C. Ibo ac iubens. V. Id pauculum quod de aspectibus planetarum sonat tam & si parum in usu sit hodie recte traditur: præsertim astro meridianum obtinente: nam si in orizonte fuerit uel per ascẽsiones obliquas uel per descensiones cæteri astronomi iubent inuestigari aspectus. In locis aũt mediis per ascensiones uel descensiones promiscuas id efficiunt. Sed redit amicus noster. Quid fit? quid agitur? C. Cõcurritur undiq;: domini sunt abituri. V. Et nos igitur cœpto ludo modum statuentes exemplo sequamur oportet. C. Quam commode tempus illud nostris respondebat colloquiis adeo ut nihil pene intentatum reliquerimus cum nihil etiam amplius ocii superfit. V. Pleraq; remissius dicta silentio præteriuimus non tanq̃ omnino probata: sed uel facile moderanda: uel non satis digna de quibus sermo haberetur: quod & eo consultius facere libuit ne aliena quælibet dicta auidius mordere q̃ ueritatem inquirere uideremur. Iã reliquũ est suum uterq; larem fœlix reuisat. Saluus igitur sis amicorũ dulcissime. C. Et tu recte ualeto.

¶ THEORICAE nouæ planetarũ Georgii Purbachii astronomi celebratissimi. Ac i eas Eximii Artium & medicinæ doctoris Domini Francisci Capuani de Manfredonia: in studio Patauino Astronomiam publice legentis: sublimis expositio & luculentissimum scriptum.

PROOEMIVM.



VEMADMODũ ait Aristoteles in prologo physicorum. Tũc opinamur unũquodq intelligere & scire quum causam ppter quam res est cognoscimus. Quod etiam sup parte illa Auet. confirmat sciẽtiam inquiẽs alicuius causati complectam non esse: noticia eius causæ non habita: unde causatum plures habens causas perfecte non scitur absq omnium suarum causarũ cognitione. Cuius ratio est quia sicut unũquodq se habet ad esse ita ad cognosci ut fatetur phylosophus secundo methaphysicæ: cum autem causæ faciãt ad esse rei. causa nãq est aqua unaquæq res habet esse: eis ignotis de aliquo effectu sciẽtia perfecta haberi non poterit. Quapropter uidẽs theoricarum planetarum opus: quod inopia librorum apud omnes fere Almagesti Ptolemæi uicem complet: ultra difficultatem eius multorũ probatione & demonstrationum indigere explanatione, amicorum plurimum precibus commotus: diuina gratia in meum ingenium se influente: ultra textus dilucidationem quæ probationẽ patiuntur a priori & mathematicæ demõstrare: principia uero ut orbes orbiumq motus quæ demonstrationem non recipiunt a posteriori & per apparentias notificare decreui: ueniam merens si quidem in aliquo defecero: quia in hoc opere nũquam expositionem uidi: neq præceptorem præter agentem intellectum habui: tanto magis quia in præsentiarum medicinali scientiæ: quæ magis est curæ totis uiribus intentus incumbo. Antequam ergo ad textus ueniam expositiõem: quædam in principio non modicum necessaria præmittam. Intentionem uidelicet seu operis huius subiectum: utilitatem: diuisiõem: ordinem & uiam doctrinæ aliis tanquam non multũ necessariis immo tanquam satis patẽtibus prætermissis. Inuocato igitur dei auxilio a quo bonum omne tanquam ex uiuaci & indeficienti fonte emanat: dico de intẽtione q est phylosophorum sententia & præcipue Aristo. secũdo de cælo & mũdo q cælum regulariter mouetur: esset nanq inconueniẽs q tam nobile corpus in suo motu ordinem & regulam nõ seruaret: cum plura in his inferioribus ordinate moueri uideamus: & licet Aristote. dicat hoc ueritatẽ habere de primo motu hoc est de motu primi corporis mobilis: uerificatur tñ de corporibus ẽt aliis cælestibus ultra primũ: ceu manifestant eius rationes: quæ nõ solum primum mobile regulariter moueri concludunt immo etiã & alia. ¶ Prima nãq eius ratio in tex. cõmẽti. xxxv. formata est. Si cælũ inæqualiter mouetur: aliquando tardat & quandoq uelocitat motũ: quod cõtingit seu in principio seu in fine uel in medio motus: in principio ceu proiecta uelocitantur: in fine sicuti naturalia: in medio quemadmodum aĩalia. Cælum autẽ in motu caret principio & fine qa. viii. phy. conclusum est esse æternũ & æternaliter moueri: quare neq mediũ habebit: quia ubi principium deficit & finis: medium ibi non reperitur: quare cum cælũ nunquã tardetur neq uelocitetur semper regulariter mouebitur. Quis modo negabit rationem hanc in aliis speris concludere: cum & ille etiam ne sint ceu & prima: nemo ut opĩor sani capitis. ¶ Secunda ratio in tex. commenti. xxxvi. Si motus uariatur de uelocitate in tarditatem & econuerso: non alio contingit nisi uariatione potẽtiæ motiuæ supra mobilis resistentiam: nam motus uelocitatur quia proportio augetur: quod fieri nequit nisi aucta potentia: seu diminuta resistentia. Similiter motus tardatur quia proportio dicta decrescit: quod non fit alio nisi potẽtia decrescente seu resistentia crescente. Sed potentia mouẽs cælum neq augeri neq remitti poterit cum sit substantia immaterialis: quocunq motu immobilis & in fatigabilis. viii. phy. neque cælum quom sit in alterabile inaugmentabile non diminuibile & omnino ĩpassibile primo de cælo mũdoque: quare cum potentia mouẽs & cælum mobile non uarietur: proportio motus semper uniformis erit & regularis: & hanc secundam rationem intellectui speculanti de speris aliis concludere patebit: cum inter illas illarumq motores propter easdem causas proportio semper seruetur eadem. ¶ Tertia ratio eiusdẽ in tex. com. xxxvii. Si cælum in motu esset inæquale: aliquando remitteretur: remissio autem omnis ceu manifestant animalia ex debilitate & impotẽtia q̇ sunt præter naturam prouenit: cum autem cælum sit perpetuum neq habeat aliqd præter naturã in motu erit regulare. Sed quia sicut in primo nihil præter naturam reperitur: eodẽ modo in reliqs: nõ magis de primo q̃ de aliis dicta tertia rõ ueritatem continebit. Concludendum est igitur rationibus phylosophicis nõ solum primam sperã uerum etiam cælum omne regularitatem obseruare in motu. ¶ Ex parte autẽ altera sensus manifestat cælum inæqualiter deferri: sicut p plures astrologorũ considerationes depræhẽsum est & continue uidemus & de sole in tertia dictiõe. Almag. capi. iiii. probat Ptole. sequẽs & imitans cõ

siderationes a bracchis astronomi q sol ī medietate zodiaci quæ.s.est a principio arietis ad finē usq; uirginis.clxxxvii.diebus mouet:aliam uero medietatē a prīcipio libræ usq; ad finē piscis cōplet.clxxviii.& modo cōsimili in aliis planetis,ppriis in dictionibus patefacit: & nō tm̄ hoc īmo retrogradationes stationes & alias eis non cōuenientes passiones cōtinuo accipimus:quibus antiqui admirantes & causas assignare desidētes a casu prouenire asserebant:unde tantū in corporibus cælestibus in.ii.phy.referente phylosopho casum & fortunam ponebāt:erit ergo finalis intētio apparētias istas rōnibus oppugnātes saluare.Sed quom sensus cæli motus īdicat inæqlitatem.licet ratio oppositum cōcludat:cū unus & idem motus regularis atq; irregularis eē nō possit:planetas nō uno tantum motu immo pluribus moueri fateri cogimur habebūt igit planetæ plures motus: quoꝝ quisq; æqualis erit & ordinatus sicut rōnes ,pbant. ex oībus uero aggregatum irregulare: ceu Ptole.in lib. Almag. notificat & infra per me exponet:sensuiq; se manifestabit. Pluribus aūt motibus cælestis spa fetri nō poterit:nisi habebat plures ptiales orbes. accidētia nāq; eiusdē speciei(quales sūt motus cælestes)multiplicata nō pñt in eodē fundari subiecto in lib.metha.neq; corpus simplex singulare pluribus motibus simplicibus pōt moueri prīo de cælo & mundo.oportet fateri si cælū plures hēat motus:& plures ptiales hīe speras:qbus illi motus insunt:& ex qbus totalis integret spera: & ergo erit huius operis intētio totalis singulis planetis tot orbes quot irregularitas motuū & aliæ apparentiæ saluari possint assignare: & orbes assignatos:ut oia incōuenientia quæ īde sequident destruātur situare:eoꝝ denicq; motus & uelocitates pprias declarare:& euidētissimis rōnibus manifestare. Et hāc fere totam sentētiam habet Ptole. in tertia dictione Almag. capi. iii. ,ppe prīcipiū inquiēs.Quoniā cælū mouet regulariter & nobis inæqlis eius motus appeat:oportet nos modū quo saluet apparētia hmōi inuenire:ecce mō q intētio est apparentias saluare cū orbiū motuūq; multitudine: ceu idē Pto. ibi & sequētibus aliisq; agit dictiōibus. ¶ Ex quo manifestū ē q cū saluet apparētiæ ī planetaꝝ motibus cōprehēsæ subiectū in hoc opere ceu ī lib. Almag.ī tertia dictiōe ad usq; finē operis eius ē corpus mobile ad ubi circa mediū inq̄tum mobile secundū uniuersaliter cōsideratū:qđ p diuisionē sufficiēter declaratū est p me in qōne in q̄ quærit utrꝝ astronomia sit sciētia:ubi totius scientiæ & cuiuslibet ptis eius subiectū declaraui. Pro nūc tū breuiter ut,pposito ptinet dico:q cū corpus mobile ad ubi circa mediū in tota astrologia sit subiectū:oportet q in hoc ope pticulari limitet:ad differentiā aūt huius opis a libris iudicioꝝ additū est inq̄tū mobile cū ibi nō inq̄tum mobile hoc corpus consideret. sed inquantum per motū in his inferioribus effectuū est productiuū:ut aūt a scīa primi mobilis distinguat additū est secundum. de aliis nāq; a primo mobili corporibus quæ secūda dici possunt hic agitur.Positum est tertio uniuersaliter consideratiun a sciētia tabulari distinguatur: in qua de motibus secundoꝝ particulariter determinat: qđ optime in quæstione p̄liabat a declaraui. ¶ Utilitas huius operis maxima est:nam in dicta quæstione exposui q̄ta sit dignitas:utilitas·& excelletia huius scientiæ cū oīs ars ea indigeat: quum ergo scientia hæc theoricalis de planetis sit pars astronomiæ eandē habebit utilitatē etiam quia est speculatiua:& dat rōnes & causas & tot ī cælo apparētium quæ scire nō modicū desiderāt: tū etiam quia ad ptem iudicialē est necessaria & scias oēs sicut ibi ,plixe ,pbaui. ¶ Diuisio duplex est prima sepatio & distīctio huius opis ab aliis libris astronomiæ: & qa talis qualr & quo fiet declaratū est in dicta quæstione eā nō replicabo.Secūda est diuisio operis in partes ītegrantes:& eā sicut accidet in exponēdo textum prosequar. antequam tex. exponam eum diuidam.

¶ Ordine hic liber est secundus: cum hic agat scīa de planetis corporibusq; a primo aliis. Scietia aūt de mobili primo quia de digniori hanc præcedet:& etiam quia alia oīa cælestia corpora motu primi mouent:non igit eoꝝ perfecta haberi potest cognitio mobilis primi motu ignorato.quare merite prima & secunda dictio Almag.Pthole.& opus spericū alias eiusdē dictiones præcedūt.& opus hoc cū ibi de motu primi scilicet de ortu occasuq; signoꝝ ac cæli mediatione tractetur.Sed nota q p scientiā motu primi mobilis ītelligere debemus tam uniuersalē q̄ particularem quæ in tabulis habet: de ortu & occasu signoꝝ & cæli mediatione:& similiter p scientiā de motibus planetaꝝ uniuersalē & particularē seu tabularem comprehendimus:& tūc dicēdū erit q pars theoricalis astronomiæ duas tantum patit in partes principales. in scientiā scilicet de motu primi & sciētiam de planetarū motibus & speræ.viii. licet singulæ haꝝ in uniuersalem diuidant & particularē magis:& tunc dicendū erit q tota sciētia de motu primi quæ uniuersalem magis & minus includit: præcedet totā scientiā de motibus orbium alioꝝ:propter causas supra tractatas:licet in parte utraq; sciētia magis uniuersalis uniuersalē minus præcedat ut cuilibet liquet intelligēti. ¶ Viæ doctrinæ hic sicuti in lib.Almag.sunt duplices demōstrationum species signi.s.& simp'r. Principia nāq; astronomiæ a posteriori & per sensum cōcludunt. Viso.n.& cōsiderato motu alicuius planetæ & aliis accidētibus demōstratiue in eo eccē. concluditur seu epi.ut patebit cuius demonstrationis principiū est sensus & sensibilis effectus;

scilicet motus sicuti patet in toto processu lib. Al
mag. ubi anteq̃ ponat eccē. & epi. declarat motus
planetaꝝ: pluribus cōsiderationibus & a diuersis
in temporibus compræhensos diuersis. Sunt autē
& genera demōstrationum simplr. s. mathemati-
caꝝ: orbibus nāq; motibusq; positis alia quæ de-
clarantur demonstratiue concludunt: sicuti in ꝓ-
cessu nostræ lectionis deo nostro fatore concedē-
te demonstrabo.

De sole



Ol habet tres or
bes a se inuicem
oīquaq; diuisos
atq; sibi cōtigu-
os. Quoꝝ sup̃-
mus secundum
suꝑficiē couexā
est mūdo concē
tricus secundum cōcauā aūt eccētricus.
Infimus uero secundū concauā concen-
tricus: sed secundū conuexā eccētricus.
Tertius aūt in hoꝝ medio locatus tā se-
cundū suꝑficiem suā conuexā quā cōca-
uam est mūdo eccētricus. Dicit aūt mū
do cōcentricus orbis cuius centrū est cē
trum mūdi. Eccentricus uero cuius cen
trum est aliud a centro mundi.



Iber iste principali eius diuisiōe
in duas secat ptes. in quaꝝ pria
auctor determinando de moti-
bus alusq; planetaꝝ accidenti-
bus eoꝝ saluat apparentias. In
secunda uero de octaua spera
eiusq; motu tanto magis: qa ad
eius motū oium planetaꝝ ꝑter
lunam mouent auges ibi Octauæ speræ: circa fi-
nem operis. In determinādo de accidētibus & pas-
sionibus planetaꝝ duo agit sicut duplices sūt pas
siones hmōi: primæ scilicet ut motus & secūda-
riæ q motu causant. primo igit de motu determi
nat. secūdo de passionibus secūdis ibi planeta dr
directus. Iteꝝ primo quinq; facit primo nāq; agit
de motu solis: scđo lunæ. ibi Luna habet orbes:
tertio triū superioꝝ ibi. Quilibet triū supiorum:
quarto ueneris ibi. Venus hēt orbes: qnto Mercu
rii ibi. Mercurius habet orbes quinq;. ¶ Sed quis
rōnabiliter dubitabit quare a sole theoricalē in-
choauit determinationem: & nō obseruauerit te
ctū ordinē inchoādo. s. a primo quo ad naturam
& altiori & a Saturno & ita ad inferiores ꝑcedere
planetas: uel a primo quo ad nos ut a luna nobis
ꝑximiore: quum ergo īchoaret a sole q neq; quo
ad nos neq; naturæ prior ē rectū ordinē minime
obseruasse uisus est. ¶ Ad quod rñdetur autorē
ordinate processisse a sole inchoando. Cuius ordi
nis duplex est rō quaꝝ prima: qa a nobis faciliori
bus ac nocioribus ex snīa phyl. ꝑlogo phy. tex. se
cūdo doctrina imtiū debet habere: & .v. meth. tex.
primo theoricalis autē de sole scīa inter reliquas
facilior est: quia pauciores orbes sol habet & mo
tibus paucioribus mouet: tale nāq; facilius est: iō
nāq; theoricæ difficiles sunt quia de motibus pla
netarum diuersis orbiūq; pluralitate determināt.
¶ Secundo quia theoricæ aliæ a sole hāc ꝑsuppo
nunt oēs quidē planetæ in motu a sole regulāt: i
luna quidē augē deferētes a sole motu regulātur:
ab eodē. iii. supiores in motu epi. regulā accipiūt.
Venus simul cū sole habet mediū motū silr & au
gem. Mercurius quoq; motus medius: ad partem
zodiaci eandē ad quā & sol terminat. unde ꝑpter
hāc cām in tabulis nullius errātis astri uerus mo-
tus: haberi potent medio solis ignorato motu.
quū igit oēs planetæ in motu hñt ad solis motū
alligantiā eūq; supponūt: perfectā eoꝝ noticiam
nullus hře potent nisi de sole prius hēat determi-
natione. ¶ Altera rō. qa a nobilioribus ordinate
ꝑcedendo debet fieri inceptio: nobiliora nāque
cæteris æquis priora. Inter oēs aūt stellas sol nobi
lis est & dignissimus: primo rōne actionis: agit nā-
q; plus q̃ planeta aliqs in hæc inferiora: nō influē-
tia tm̄ ueꝝ sensibiliter lumie motuq;: ut in aerē:
eo nāque accedente caliditas, recedēte uero frigus
causat: per motum nāq; eius in zodiaco uer æstas
autumnus hyemis quæ causat: dies quoq; & nox
menses & annus per eū distinguunt. In metalla et
quædā nāq; eoꝝ solis absentia coagulant: & qdā
pñtia gignūt. in herbas: nā eius accessu generant;
recessuq; corrūpūt. In hoies quoq; aliaq; aīantia.
eo nāq; oriēte hæc surgūt: ascendēte in opere pro
grediunt: descēdente minuunt & occidēte reuer-
tunt: ex snia albumasaris prima itroductorii eius
dña cap. i. & nō solū in iferiora hæc agit: ueꝝ et
in superiora lumine ea in partiēdo: sicut apparet
de luna q̃ īpedita solis lumen accipere eclypsim
patit: & in motu a sole regulāt: uñ optime Haly.
aberagel dicit in prima parte iudicioꝝ in cap. de
sole. Sol ē melior & nobilior oibus planetis & al-
tior in nobilitate: qa natura sua operat in oēs na
turas & in eo nulla: quū igit ita ceu dictū est, sit:
cōcludendū erit solē oibus nobiliorē esse stellis.
¶ Secūdo sol oibus aliis rōne magnitudinis ē no
bilior: ē nāq; oi alia stella maior: cū cōtineat terrā
cēties sexagesies sexies ex snía alphagrani. Cū stel
læ primæ magnitudinis quæ post solem oīa astra
superēt eam cēties minime teneāt eodē referēte:
quū igit q̃ro aliqd maius tāto sit uigorosius: cōce
dēdum est solē q̃libet alia stella perfectiorē & di-
gniorē. ¶ Tertio ex loco q̃to nāq; locus alicuius
est nobilior ipm perfectius est ut ex prio cæli mū
diq; accipi pōt: locus nāq; locato ꝑportionat. So-
lis aūt locus nobilior ē qa medius iter oēs plane-

tas: tres náq; eorꝫ ſupius: tres quoq; habet íferius: ipſe undecúq; numeratio inchoet: mediú & q̄rtú occupás locú: & hoc inqt í p̄allegato loco dictus Haly. Locus ſol quartus & medius é iter loca planetaꝝ ſicut Rex ſapiés q ponit ſedē ſuá in medio ſui regni ut poſſit oía latera attigere: & ſubdit q̄ ipſe ſol regit & diſpéſat uirtutes planetis p lumé maxíe: ab ipſo náq; ceu a fõte ídeficiéti cætera ſydera lumé. Certú é mutuare. uñ dicit. Dedit marti ſuá militiá qa é ꝓpe eú ceu miles ꝓpe dñ̄z. mars ná q̄ dux é militiæ. Dedit iudicia & magnanimitaté ioui. Dedit ſaturni ꝯſiliú ut eét eius ſecretariꝰ. Dedit Veneri ꝑtáté diſpéſandi & diſtribuédi. Dedit mercurio ſcribaniá ut eſſet regis cácellarius. Fecit ergo ut luna eét eius núcius. ná ꝑ uelocitaté eius motus defert uirtutes planetaꝝ: ecce mõ qa í ſole inuenií cú nobilitate excellentia: quare nõ ímerito eius theoricalis ſñia añcedere debet alis: & hæc cõſiderans Ptole. poſtq̄ in prima & ſcd̄a dictione Almag. determinauit de principiis aſtronomiæ & motu primi cæli: a ſole in tertia dictiõe inchoat theoricá licet dicat ét in. i. ca. eiuſdem q̄ ignotato motu ſolis nõ poterit alterius aſtri motus adipiſci. ¶ Ad argumentú aút in oppoſitú dicendú q̄ í determinatiõe de motibus planetaꝝ nõ cõſideraí ordo ſitus ut qs prior naturæ ul' nobis qa hoc nõ facit aliqd ad doctrinam: ſed qs nobilior & cuius noticia facilior & magis p̄ſupponenda q̄ oía magis ꝓmouét ad hoc ut noticia eius ꝓpoaí q̄ ſitus ordo: & qa hæc oía í ſole repiunt ut dcm̄ eſt. Ab eo igií inchoarũt cõuenientius. ¶ In determinádo igií de ſole duo agit, prio náq; ſolis motus: & orbes theoricæ declarat. ſcd̄o reddit cám quorúdá terminoꝝ qbus ꝑ uero motu ſolis hñdo í tabulis utunt ibi Linea medii motus. Iteꝝ pría ps í duas. in pría náq; numeꝝ orbium eorúq; ſitus qbus ſol deferí. ſecúdo uero eotúdem motus declatat. ibi mouení aút. circa primá duo agit prío põit ſitus orbiú. ſecúdo uero orbiú noía ibi. Duo itaq; primi. ¶ Dicit ergo prío q̄ ſol hét tres orbes ꝑtiales ex quoꝝ motibus q appet in ſole motus itegraí: & qa diuerſis mouení motibus nõ ſunt continui & uniti ímo diuiſi qa cõtinuú eſt. v. metha. cuius motus unus eſt: ueꝝ cõtiguant adiuicé iter náq; ꝓxías imediatoꝝ orbiú ſupficies nihil mediat qa tunc dareí uacuú igií cú ſupficies dictæ ſe tangát cõtigui erút. ¶ Sed dubitaí quú ſint. vi. ſperæ planetaꝝ ultra ſolé ſi ſol habet tres orbes erút noné ſperæ qd' eſt cõtra ſniam Ptole. í lib. Almag. & auctoris ſpæ ꝓpe prícipiú ſpæ: & oíum aſtrologorú tm̄. vii. aſſerentiú planetaꝝ ſperas. ſ. ſatur. mercu. mars ſol uenus mercu. & luna ita q̄ ſol ſpa ꝑ una numereí & nõ ponaí hẽe. iii. orbes ut dicit. ¶ Rñ deí ad hoc q̄ orbis duplr põt conſiderari & accidéntaliter. prío ꝑ aggregato pluriú ſpaꝝ partialiú ad finem eúdé ordinataꝝ. ſ. ad mouendú planetá: & ita dicimus orbes planetaꝝ eé. vii. qa ſút. vii. aggregationes orbiú: quaꝝ quælibet ordíaí ad motú unius aſtri erráitis ut. iii. orbes ſolis hoc mõ dñr una ſpa ꝑ aggregationé: qa oés hñt finé húc ſolé mouere & deferre. ¶ Scd̄o orbis dí oé corpus cæleſte ab alio diſtinctú: ita q̄ héat motú ꝑ ſe ét ſi nihil aliud moueat: & iſto mõ accepti orbes ſút plures q̄. vii. qa ſút partiales. uñ ſecúdú philoſophos & maxíe Ariſt. xii. metha. tex. xliiii. ſunt hi orbes partiales. xlvii. uel. lv. ſed ſecundú aſtrologos & ꝓcipue Pto. in Almag. xxx. & plures taliú orbiú ad finé unũ téndút. ſ. ad mouendú ſingularé planetá: & quia ſolis motus fit ex tribus orbibus ꝑtialibus iõ dixit ſolé hẽe tres orbes. ¶ Vñ eſt aduertédú q̄ orbis eſt corpus unica tm̄ terminatú ſupficie, In medio habens cétꝝ a quo oés ad circúferétiá ductæ lineæ ſunt eq̄les: & ꝑ hoc qd' dí corpus ítelligií genus & differt a figuris ſupficialibus: ſcd̄o qa unica cõtineí ſupficie diſtiguií a corpibus pluriú ſupficierú ut ſunt: pyramidalia cubita &c. tertio ad hoc ut differat a corpibus rotúdis quæ & ſi unica cõtineáí ſupficie ſunt tm̄ nõ ꝑfecte rotúda ut corpus ouale léticulare & réliqua: additú eſt oés lineas a cétro ad circúferéná eé æq̄les: corpus náq; cæleſte eſt ſpicú ꝑfecte: & qa orbis oís: corpus hét ꝓfunditaté q̄ ſi uſq; ad cétꝝ ꝓcedat ita q̄ nihil héat ítra ſe ab eo diſtictú: ſicut é terra: túc tm̄ unica ſupficie termiaí. ſ. ſupiori q̄ cõuexa noiaí. ſi uero uſq; ad eius ad mediú ñ héat ſoliditaté ímo ítra ſe corpus cõtineat alterius naturæ ſeu diſtictú ab eo ultra ſupficié ſupioré íferioré & ítriſecá hébit. ſupficiem q̄ cõcaua noiatur. mõ qa oía corpora cæleſtia utráq; hñt ſupficié & cõcauá. ſ. cõuexáq; ímo oía eleméta ꝑter terrá. qa náq; oía hmõi hñt ítra ſe corpus aliud hébút concauá ſupficié: & qa oía continení ab alio ſuperiori ꝑter mobile ultimú: habebút ſuperficiem cõuexá, ideo dictos. iii. orbes ſcd̄m ambas ſituat ſupficies: ꝑ quoꝝ ſituatione centꝝ múdi a & b aliud cétꝝ diſtás a primo imagineí: túc poſito circini ímobili pede in púcto a circulú c d & eodem í b circulú e f depígas ïteriorë: & minoré, túc totú ſpaciú inter hos dictos circulos íclúſum orbis erit ſupmus: cuius ſupficies c: d: cõcétrica erit, i. idé hñs centꝝ cú cétro múdi

centrum.n.eius est púctus a at eius cócaua supficies e f eccétrica:qa cétrū eio b é distás a cétro múdi.Scđo pes eiusdé circini imobilis i púcto b ponat & circulus minor g h & i púcto a circulus adhuc mior i k designet i quo totú spaciú iterclusú orbé ifimú repńtabit cuius ɔcaua supficies i k cócétrica:côuexa uero e h eccentrica erit;q duo orbes iæqlé hńt spissitudiné:ná supmi ps f d é grossior pte e e & ifimi g i ps grossior silr k h ut i pńti demóstrat figura apposita supficies e f & g h icludút spaciú tertiú orbé in utriusq; medio locatú repńtans: cuius ambæ supficies sunt eccétricæ & sup b púctú descriptæ. Et dr hic circulus tertius nō i situ imo é secúdus & iter duas dictos medius sed ordine narrationis qa de eo tertio loco loquutus est.Circulus côcentricus est, circulus cuius cétrú est centrū múdi:a cú qđ est simul & centrú:qsi circulus cuius cétrú simul est cú centro múdi dictus.Eccétricus uero circulus est cuius centrum aliud est a centro múdi ab ex qđ est extra & cétrū quasi circulus cuius centrú est extra cétrú totius.

Deinde cum dicit.

Duo itaq; primi sút eccétrici scđm quid: & uocant orbes augé solis deferétes.Ad motú.n.corū aux sol uariat.Tertius uero é eccétricus simplr: & uocat orbis solé deferés.Ad motú.n:eius corpus solar infixú sibi mouet.Hi tres orbes duo cétra tenét.Ná supficies conuexa supmi & cócaua ifimi idé cétrū hńt qđ é múdi cétrū.Vń tota sphæra Solis sicut & alterius cuiuscúq; planetæ tota sphæra côcétrica múdo dicit eé. Sed supficies côcaua supmi atq; côuexa ifimi una cú utrisq; supficiebus medii unú alid qđ centrum eccentrici dicitur habent.

¶ Declarat ppŕietaté & noía dictorū orbiú dicés q duo primi.i.prío dicti orbes.s.supmus ifimusq; scđm qd sunt eccé.illd náq; qđ scđm aliqd sui & nō scđm oé est tale scđm qd dr tale. sed qa hmói orbes singuli ceu declaratú é scđm unicá supficié sunt eccé.dicunt secúdum qd & nō simplr eccen.
¶ Et noiant orbes augé deferétes: p quo é aduertendú q qa circulus i medio exńs secúdum nullá superficié est descriptus in cétro a: seqt q nō æqliter scđm oés partes distat ab a:si náq; æq distaret ab a:illud eét cétrū eius ex diffóne circuli prío elemétorū:unɔ igit eius púctus ab a maxie distat: q erit i púcto.g.ifimi parte grossa ceu ifra mathematice côcludá: púctus igit.g.dr aux græce quod idé sonat q maxia eleuatio latie ul remotio a púcto a cétro múdi.q qdé ppter hoc qđ sp est in pte grossa ifimi & supmi subtili & scđm q hæ ptes sút i diuersis locis i zodiaco ita aux erit in locis illis diuersis.ná ad motú corū tm aux solis uariat augé solis deferétes noiati sunt. Tertius uero orbis eccé.é simplr qa nō p uná eius supficié imo p oés & sine litatióe ut dcm é sup.Et quó solar corpus sit huius ps dêsior i eo ifixú & côtinuatú ceu i tabula nodus:ita q nisi ad huius orbis motú mouet orbis dictɔ é sol deferés.Côcludat igit hos.3.orbes duo hre cétra. Ná côuexa supficies c d supmi & ifimi côcaua i k hńt cétrū mundi a & qa hæ duæ supficies aggregát & terminát totú orbiú aggregatú:seqt totú aggregatú ex tribɔ his sphæris ceu totú aggregatú ex oibus sphæris cuiusq; alterius plánetæ i quo sili mó orbes disponút múdo eé côcétricú: at supficies e f supmi ɔcaua mediiq; côuexa atq; g h ifimi côuexa & medii ɔcaua cétrū b eccé.hńt qre oés qtuor eccétricæ sút. ¶ Qm tota astronomorū fer uniuersitas & moderniorū pcipue p eccétricorū positioné planetarū saluát apparétias:uń eccétricus orbis é principiú sine quo apparétiæ saluari nō pńt:iō opʒ eos pbar rônibus efficacissimis:sʒ qa absq; dubitatióe qrétes siles sút quo ire opʒ ignorátibɔ phs,3.meta.tex.prío rônes iō prío eos destruétiú uidet opʒ:ut ex destructióe illarū ueritas melɔ máifestet:potior náq; iuestigatio porū é soluti dubitatorū ibidé.Instát náq; phi & maxie Auer.cō.eos oino uolés ánihilare: cuius rônes ex diuersis collectas locis adducá q táto maioré uident efficaciá hre qto phi autoritate magis sút corroboratæ. ¶ Pria qdé rō q ipe correllatiæ facit pría cœli cóme.y.Cú dicat ibi phs motú esse triplicé a medio ad mediú circaq; mediú & corpus cœleste iqt moueri circa mediú tm.Sed si daret eccé.moueret a medio & ad mediú ut pʒ i hac figura.ná cú ec.non remoueat æq.a centro múdi imo una ps magis elógat alia:ut ps c exńs in auge remotior é q ps d i opposito augis lı́ea a b c lógior exńte linea a d ut ifra demóstrabit seqt qń ps c erit i d cétro múdi magis fiet ppiq:& ita mouebit ad mediú:& qń ps d erit i c mota & elógata erit a medio:nō igit dat eccétrici & côfirmat qa qđ ad mediú mouet é graue:qđ uero a medio é leue:corpus cœleste ex snía Aristo. in eodé prio tex. xviii. neq; graue est neq; leue : nō igitur mouebitur ad mediú neq; a medio:neq; ex côsequenti eccétrici

dantur. ¶Secūda ratio eiusdē in secūdo de cælo
cō.xxxii.Cælū ut ibi ꝓbat.Phi. ꝑfectā habet speri
citatē:sed orbes augē deferentes qui consequērer
ꝑpter eccētricos ponūtur nō habēt perfectā speri
citatē:orbis nāq; supmi pars d e q̄ pars c grossior
est:infimi uero pars c i grossior q̄ pars d cū igitur
nō habeāt æqualē spissitudinē nō erūt sperici per
fecte nō igitur dantur neq; eccentrici ex cōsequē
ti. ¶Tertia eiusdē in loco eodē rō.Si eccē.daren
tur uacuū eēt corporūq; penetratio: quoꝝ in phi
losophia utrūq; incōuenit & a philosopho quar.
to physi.īprobatū:quū.n.augē deferentes sint cor
pora naturalia hñt motum primo de cælo & se
cundo physi.aliter nō haberet operationem in na
tura & ita essent frustra cōtra philosophū primo
cæli oportet igitur ꝙ pars unius grossa ut d e mo
ueatur ad c locū partis subtilis & quom locus il
le nō possit capere totam illam partem dabit cor
porum penetratio: eodem modo pars c tenuis fer
retur ad locum d e maiorem:quem cū totum oc
cupare nequeat uacuus remāebit locus. ¶Quar
ta rō in cō.xxxv. eiusdem: philosophus uolens ꝓ
bare regularitatē cæli dicit ꝙ intelligit de primo
orbe quia sphæræ planetaꝝ propter pluralitatē
motus inæq̄liter uident deferri:uult igitur philo
sophus inæqualitatē motus quæ apparet in aliis
sphæris non esse propter eccē.imo propter pluri
bus moueri motibus ponere ergo eccē.est contra
intentionem philosophi. ¶Quinta ratio in eo
dem cō.Idem est totius partisque locus.iii. &.iiii.
physi.& de cælo primo.Locus autem totius sphæ
ræ planetæ centrum est mundi cælū nāq; quarto
physi.cō.xliii.p centrū locatur quare cētrum mū
di erit locus & non centrū eccē. & consequenter
nō erit eccē.implicat nāq; eccētrici centrū esse cē
trum mūdi. ¶Sexta rō eius secūdi cō.lxii. Quan
to cælū magis a primo distat tanto pluribus mu
tationibus mouetur & actionibus ut ibi uult phi
losophus ut suā adipiscat perfectionē:sol magis
distat q̄ Saturnus Iuppiter & Mars ergo deberent
moueri pluribus motibus qui secūdum Alma. &
theoricas pauciores hēt astrologi ergo cum eccē.
saluare uolētes ea q̄ apparēt ueritati oppugnant.
¶Septima ratio in eodem cō.xxxv.&.xii. metha.
cō.xlv.Si est eccē.habens aliud centꝝ extra cētrū
terræ circa qd' mouet ibi erit alia terra ab ista cē
trū eccen circuēs:cælū nāq; oē circa terrā mouet
ex quo oē motū philosophus de motibus aīaliū
indiget quiescēte: sed alia existēte terra erit alius
ignis secūdo cæli: qa si unū cōtrarioꝝ est in natu
ra multiplicatū & reliquū:igne & terra multipli
catis inter media multiplicant elementa: ut ibidē
scđo cæli Arist.corpibus nāq; cælestibus & quat
tuor:elemētis multiplicatis multiplicat mundus:
hæc nāq;.v.corpora mūdi ueniūt ad integritatem
ꝑpe principiū primi de cælo:quare si eccē. eēt plu
res erūt mūdi:imo quot eccē. tot mūdi ultra istū
pñtem qd' philosophus in dicti primo per longū
processum improbat & negat. ¶Octaua rō scđo
cæli cō.xxxii.&.xii.metha.cū.xlv.si darent eccē.es
sent difformis spissitudinis. q̄re cū ps subtilis ue
niet ad locū partis grossæ:& totū illū locū occu
pare nō posset oportet imaginari quædā corpu
scula subtilia aerea uacuitatē tm̄ replentia:q̄ qm̄
offm̄ aliud non habebunt in natura erunt ociosa
qd' falsum est & cōtra philosophum primo de cæ
lo tex.xxxii.&.iii.de anima tex. lx.& primo cō. se
cundi metha. ¶Nona & ultima ratio quā mihi
fecit quidam subtilis huius ætatis & noster cōter
raneus Auer. imitator augē deferentes orbes: in
æquales ponunt spissitudinis ad deferendum au
gem unde quia in una parte sunt grossiores ma
gis faciunt distare:sed cum aux sit maxime a cen
tro terræ distās punctus:quā distantiā causat suf
ficit ps grossa īfimi.oppositū uero augis ē pūctus
maxime ꝓpinquius terræ distantia tm̄ a pte subti
li infimi causat quare īfimus orbis ad augem au
gisq; oppositū ferendū sufficiens est.& supremus
nō nisi ad uacuum replēdum ponit spissitudinis
difformis quod est ociosum. ¶In oppositū ē pīo
astrologoꝝ prīceps Ptole.lib.Alma. ubi in dictio
ne.iii.in sole ponēs eccē.saluat q̄ de eo uident: &
ī aliis sequētibus de aliis planetis.Similiter alpha
granus albategni:thebith chore: almeon albuma
sar:alyabenragel: alcabitius nec nō expositor Pto
le.aly rodoham: & omnes antiqui fere:& moder
niores omnes ut autor in tex.& in aliis omnibus
theoricis Ioānes de sacrobusto in.iiii.spæ tracta
tu Ioānes de regio monte Alfonsius in eius tabul'
Albertus magnus Petrus de aponodrīarū conc.
liator:& ꝙ plus est cō.Auer.licet huius sententiæ
pfidus fuerit aduersator in primi metheorotum
prīcipio ubi uolēs dat causam maioris calefactio
nis solis in æstate q̄ in hyeme.d.ꝙ pōt esse pp ma
iorē ꝓpinquitatē solis ad terrā in æstate q̄ in hye
me pp eccētricū & postea addit ꝙ causa hæc non
est uera quum ex eo potius sequat oppositum: nā
aux est in septētrione & qñ sol est in ea magis elō
gat a terra & plus calefacit:quum tamē secūdum
hoc minus deberet calefacer:reprobat ergo cām
p positionem eccētrici & augem esse in septētrio
ne:& subdit ꝙ eccē.poner necessitamur p inæqui
tatem motus solis in zodiaco cū in una eius me
dietate uelocius.tardius uero in alia moueat:ruti
in secunda ratione p hac pte ꝓbabo.Similiter idē
Auer.ii.cæli cō.xxxii.postquam fecit rationes ec
cē.destruentes addit concludēs uerba hæc. Quar
incōueniens est poner hæc in illis corpibus & ni
hil est illud quod ponit in libris mathematicoꝝ
nisi hoc qd' appet de luna de eclypsibus:& forte ī
possibile est inuenir astronomiā consequentē his
quæ appent in luna sine orbe eccētri. Videt ergo
sibi impossibile quod de eclypsi appet sine eccen
trico saluari ceu in.iii. rōne cōfirmabo. ¶In hac
quæstione ne nimis longus lectoribusq; fiam te
diosius:unicam tm̄ conclusionem eccen.dati im

tuum & ꝓprietatū. Neqꝫ indecenter de ea ꝓsequit̃ cum ꝑ se faciat ad scire: theorici nanqꝫ astronomi est motuum cœlestium q̃litatē inuestigare: eorūqꝫ apparētias saluare. & tanto magis orbis. g. quanto eius motu plura astra feruntur quæ ei īfixa sunt. ¶ Præter hoc autē eius scia necessaria est inscien do motus plāetarū eoꝝ: nāqꝫ oīum (lunæ ꝑtet) au ges deferentes eodē motu & æq̃li uelocitate mo uētur cum. g. spa: q̄nimo deferentes etiā augē æq̄. tis Mercurii. q̄ de cā orbes illos uirtute motus. g. spæ cōtinuo meminerat Autor: q̃re si eorū orbiū q̄litates motuū liceat hīe: octaui orbis prius mo tum non ignorare necessum est: & hac de cā tabu læ ueꝝ planetæ motū minime possunt ostendere: nisi prius huius orbis localē motum tribuant. Et hāc necessitatē innuit Auctor qñ dicit. g. spæ ad cu ius motum ut sæpe dictū est. s. in theoricis plane taꝝ deferētes auges planetaꝝ mutantur: triplex ē motus. ¶ Eius tñ determinationē in fine ponit & post cōpletā sciam planetaꝝ: ꝓꝑ eius difficultatē motus nāqꝫ eius ē tātæ tarditatis ꝙ uix ī magno tpis spacio ꝑcipi pōt: īmo plures cōsiderationes & cōsideratores ispicere oportet. q̄ de cā diuersi di uersa de eo imaginati sunt. & plures opiniones in uētæ: qdā nāqꝫ dixerunt moueri trib9 motibus: & duas supra se hr̃e spas: qdā uero duobus tñ moti bus deferri: & unicā tantum spam hr̃e priorē: q̄ q dē opinio etiam bipartita est: qa qdā dixerunt mo tum illum esse trepidatiōis ceu thebit: qdam uero esse motum in lōgitudie: quoꝝ etiam snīa diuer sificatur secundum ꝙ motū illum tarditate & ue locitate diuersari uoluerūt. ¶ Oēs tñ hæ opinio nes conueniūt in hoc ꝙ. g. spera plures habet mu tatiōes: neqꝫ ponūt eam esse primum mobile: sed aliam supra eam. s. nonam uel decimā supremum corpoꝝ & motus primum susceptibile affirman tes. quā qua de cā ponūt āteq̄ ulterius procedā ui dēdum est: & dubitando per rōnes illud probare: q̄ritur igit̃ an supra sperā. g. alia spera ultra pōen da ut quæ nona in ordine sit a nobis: & secūdum aliquos etiam ultra nonam decimam: uel. g. suffi ciat ultra speras. 7. planetaꝝ: & arguit̃ ꝙ supra g. nulla alia sit prīo Arist. scđo de cœlo & mūdo textu. 61. mouens qōnē q̄rit q̃re est ꝙ in prīa latio ne sunt tot stellæ: cum in speris reliqs nō nisi una infigatur: uult igit̃ ꝙ tot stellæ sint in lanone pri ma & primo mobili: sed tot stellæ sunt in spera. g. qua de cā firmamētum dicta est: hoc est stellas fixas deferens octauus igit̃ orbis est primum mo bile: sed supra mobile primū corpus nō est aliud prīo de cœlo tex. 100. non erit ergo nona neqꝫ de cima spera sed octaua tātum cum. 7. planetaꝝ or bibus. ¶ Scđo q̃to spera est supior tanto dignior est & nobilior & precipue mobile primum qđ pri mo principio ꝓpinquissimum est inter oīa entia īmo instrumentum eius: cum ab eo imediate mo tum recipiat ex sententia ꝑhorū: Sed si darentur nona & decīa spa ignobiliores essent. 8. cum ī eis nulla ponit̃ stella: & in octaua innumetabiles: pars autē stellata nobilior est nō stellata secūdo de cœ lo: q̃re nona & decima spa uilior esset q̃. 8. qđ est īdecens: cū ꝓpriores sint primo enti: & eaꝝ altera oīum corpoꝝ esset primū: ultra igit̃. 8. orbē nihil est. ¶ Tertio illud poni nō debet qđ sensu neqꝫ cō ꝑhensū neqꝫ est cōꝑhensibile: quū oīs nostræ noti tiæ ꝑ inuētionē habitæ pricipiū sit sensus: nona āt spa nō cōꝑhendit̃ sensu neqꝫ decīa: siquidē ibi nō ponitur stella: stella tantū ītet oēs ꝑtes orbis sēsu uisus cōprehendit̃: ut uult Auerrois secūdo de cœ lo & mūdo: nō erit igit̃ nona neqꝫ decima spera. ¶ Quarto oīs spera facta ē ut moueat stellā in ea infixā: hmōi nāqꝫ est finis ei9: cū stella īfluat ī hæc īferiora: nō pōt aūt influere sine motu: sed nō pōt moueri absqꝫ orbe: orbis igit̃ ad deferēdū stellā or dinatus est: sed nonus & decimus nullū deferunt astrū: ex quo oēs cōcedūt in illis nullū infigi: q̃re eēnt absqꝫ ꝓprio fine & frustra qđ ē cōtra snīaꝫ Aristo. prīo de cœlo & mundo tex. 31. & 3. de aīa tex. 60. & Auerroim secūdo methaphisice cō. prio ubi uolunt in natura nihil frustrari: q̃re nō dabit̃ nona neqꝫ decima spera: sed. 8. cū. 7. inferioribus erraticaꝝ stellaꝝ cōtenti erimus. ¶ In oppositū ē Ptole. in Almag. maxie in septia dictiōe: ubi ꝓbat stella fixas moueri in zodiaco ordine signoꝝ: q̃re . 8. orbis illas deferēs nō erit primū mobile: & cō sequēter supra eū dabit̃ alter. Et demū oīuꝫ astro logoꝝ est diuulgata sētentía ponentiū saltē nonā sperā ut infra patebit. ¶ In hoc quesito an. s. orbis octauus omniū mobiliū primum existat uel opor tet ponere speram superiorem sensu minime per ceptam duas reperio opiniones: prima est antiqui or priorum astrologorum quam phylosophi se quuntur quod speræ cœlestes tantum. 8. sunt: or bes uidelicet. 7. planetarum & . 8. deferens stellas fixas: quas sensu perceperunt: cum nanqꝫ astra ne queant per se & propriis motibus locum muta re: ut probat Aristoteles secundo de cœlo immo infixæ in orbe ceu nodus in tabula: feruntur mo tu orbis in quo infixæ sunt: sed comprehensū est septem stellas erraticas quas planetas græci ap pellant: diuersis moueri motibus & differenti bus uelocitate & tarditate: & situ: quidam nanque progrediuntur uersus orientem: & quidam regre diuntur ad occidentem; quidam eorum ad au strum mouētur: & alii septentrionalem adipi scuntur partem: & cum non seruent iter se æqua litatem in motibus eorum errantes stellas latini appellauere: quadere quum per se non moue antur immo ceu dictum est motu orbis feruntur in uno orbe infixi esse nequeunt; quia æquali uelocitate omnes ab orbe illo uoluerētur: sed sin guli singulos orbes habent quibus mouentur: erunt igitur septem speræ planetis septem appro priatæ adinuicem distinctæ: quæ sunt ordine in cipiendo a nobis spera lunæ: spera Mercurii: spe ra Veneris: spera Solis: spera. Martis: spera Iouis:

& spera Saturni: de quorum ordine dicam immediate & per rationem probabo. Vltra autem dictas .7. stellas erraticas uidētur: Sole accasu stellæ fixæ: quarū est tanta multitudo: q̄ pene cōprehendi non possunt: quas longa experientia & longa astrologorū obseruatione deprehensum est oēs æquali moueri uelocitate: & æqualē distātiā semper adinuicem seruare & propinqtatem sitūq; & figuram nunq̄ uariatæ: cōcusum est in eadem spera oēs infixas & eius motu æq̄li uelocitate & uno mō moueri: continuū nāq; est cuius motus unus & æqualis quito methaphysice: tale nanq; corpus eas deferens quia supra est omnes planetarū speras octauam speram a nobis nominauere: seu firmamentum: hoc est deferens stellas firmas & fixas ad differentiam planetarum: non q̄ sint fixæ & non motæ motibus ꝓpriis: quia hac de causa planetæ quoq; dicuntur stellæ fixæ: sed fixæ adinuicem .i. non uariatæ in motibus in ordine & in situ: omnes nāq; æqualitatem eandem habent in motu ordinem & figuram nunq̄ uariant: sed semper distantiam & propinquitatem eandem adinuicem seruāt: & situm quoq; respectu orbis i quo sunt eundem semper retinent: q̄ nō est de planetis: qui propter inæqualitatem motus eorū: eo q̄ alter tardius & alter uelocius fertur: non seruant figuram neq; situz: quare errantes nominari dixi: sed cum non acceperint stellas alio motu moueri orbem alium ab octauo & .7. dictos non posuere. Et octauū esse mobile primum: eo q̄ uidebant stellas fixas moueri ab oriente in occidentem: motu diurno: & in eis motum alium non perceperūt crediderunt simplicissimo motu moueri: quā opinionem secundo de cœlo imitatur Aristote. quando querit cur tanta stellarum multitudo sit in primo mobili ut in primo ante oppositum deductū est argumentum. ¶ Quod autem stellæ nomīatæ ceu dixi secundū superius & inferius: prius & posterius ordinatæ sunt manifestum erit consideranti uelocitatem i motibus eorum: quum .n. primū mobile motu simplicissimo moueri debeat & uelocissimo: aliæ uero speræ quāto magis ab eo elōgantur tanto tardius & pluribus motibus: sed ita est q̄ spera .9. secundū opinionem narratam ponitur primum mobile & simplici motu mouetur ab oriente ī occidente tantum uelocissime ex quo perfectam circulationem perficit in .24. horis rapiens tali motu omnes sub se speras: q̄ cum habeāt alium motum huic contrarium .s. ab occidēte in orientem: quanto uelocius spera motu hoc secundo mouetur tanto magis deficit a primo: & quanto tardius tāto minus deficit: & cōsequēter motu primo uelocius moueẗ: sed ita est q̄ Saturnus tardior est proprio motu inter omnes planetas: & ꝯsequens uelocior motu diurno: quare inter oēs speras orbis Saturni propinquissimus est orbi .9. deinde quia Iuppiter post Saturnum motu ꝓprio tarditate sequitur: & post Iouem Mars: postquē Sol Venus Mercurius & Luna uelocissima: erit sub spera Saturni orbis Iouis deīde Martis & solis & Veneris & Mercurii & īfima spera Lunæ: Et nota pro hac ratione q̄ q̄to orbis in motu magis deficit a motu primi: tanto motus eius minorē ꝑcipit simplicitatem: quia motus diurnus simplicissimus est: cui quanto uelocior motus cōtrarius admisceẗ: tanto permixtior fit: & minus simplex: q̄re spera quanto uelocius mouetur motu contrario motui primo: tanto minus parum habet motum & a primo cœlo elōgata est magis. ¶ Secunda ratio ex eodem procedens fundamēto: oēs speræ motum diurnum habent a primo mobili: quare quanto uelocius primum mouet eaꝝ aliquam tantū supra eam magis ꝑualet & cōsequēter ei ꝓpinquius est: sed Saturnum mouet: uelocitate maiori: & post Iouem & consequenter alios: Saturni igitur spera primi mobili magis appropinquat: & post eum Iouis & alii per ordinem. ¶ Et confirmatur: quia ex quo motus planetarum cōtrariaẗ motui primo oppositiōe saltem cōiter accepta: & ītelligentiæ mouentes planetas uoluntate saltē īproprie opponuntur primæ. & quanto uelocius mouent tanto magis contrariantur: sed intelligentia mouens orbē lunæ uelocissimæ mouet eā eo motu: quare maxime cōtrariaẗ: uel ut rectius loquaẗ parū inter omnes conformatur primæ in uoluntate & consequenter oēs maxīe elongatur. Motor autē Saturni tardius mouet ergo magis ei conformatur & ꝓpinquior est ei: & pariformiter de aliis orbibus dicendū est: q̄ quanto tardius mouentur motu proprio tanto q̄ propinqores pp cōformitatē maiorē: & quāto uelocius tāto distātiores ob causam eandē. Hæc autē ratio secunda nō credo q̄ sit demōstratiua cū nō moueātur tāta uelocitate orbes pp maiorē uel minorē cōformitatē intelligētiarum earū ad primā. sed natura sua ꝓpria lꝫ aūt ratio sit suasiua tamē uerū cōcludit. quia natura cōcurrit orbis moti & mouētis intelligentiæ ad primā cōformitas. patet igiẗ prima opinio phylosophoꝝ & prioꝝ astrologoꝝ tantum .8. speras ponentiū: & q̄ octaua sit mobile primū dicentiū. ¶ Secunda opinio est posterioꝝ oīum astrologorū qui propter dicēdas rōnes apparētias fortificatas nō sunt cōtenti octo speris imo nonā. seu etiā decimā dari uolūt ꝑceperunt nanq; q̄ a prioribus minie cōprehēdi potuit octauū cœlū duplici uolutione deferri: quaꝝ prīa est ab oriente in occidēte in .24. horis circulū ꝑficiēdo: q̄ motus diurnus dr̄ eo q̄ diei naturalis spacio terminatur: quē demōstrāt stellæ fixæ in oriēte existētes in principio noctis: q̄ cōtinue eleuātur donec mediāt cœlū. & īde occidūt in noctis uero sequētis initio iterū in loco eodē orientis cōspiciunẗ: q̄re ab eodem puncto ad eundē reuersæ sunt in die naturali. ¶ Secūdus motus huius speræ est cōtrarius ꝓdicto uidelicet ab occidēte i orientē supra polis zodiaci q̄ tātæ ē tarditatis q̄ ab uno tāto cōsiderāte etiā si centum

annis eundē motū cōsideraret uix sensu pcipi pos
set cuius diuersas opiniones iferius narrabo. & ꝙ
huiusmōi trāsferat motu declarat Ptole. septimo
Almag. fortissimis rōnibus inuenit naq; suo tēpo-
re stellas fixas alijs in locis zodiaci q̄ fuissent ab
astrologis prioribus inuente: & a principio arietis
magis elongatas: similiter reperit astra q̄ austrum
possidebant septentrionalia facta esse: & septētrio
nalia uersus austrū mutata eē: qd̄ qbus igenijs qui
busue instrumentis īuenisset nō est speculatiōis p-
sentis enarrare. ¶ Stātibus igit̄ his duobus moti-
bus in spera octaua eā eē speraꝝ primā & supmā
negauerūt primū naq; mobile motu unico & sim
plicissimo deferri debet. nā qa ē propinquissimū
prīo enti oīno imobili: ei quātū pōt debet assimi-
lari minorē q̄ possit habēdo uariationē: & hāc p-
positionē tā phi q̄ astrologi admictūt. Sed cælum
octauū duplici moueť motu ut dictū est: nō igiť
erit primū mobile: sed eo corpus prius dabiť & su
perius. ¶ Secūdo unū corpus simplex unicū tantū
simplicē motū debet habere ex primo de cœlo &
mūdo: q̄ sit ei proprius & naturalis: oīsq; ab eo ali
us ē ei pter naturalis: sed spera octaua corpus sim-
plex est ut cōcediť prīo de cœlo & mundo: quare
horū motuū alter erit naturalis & alter pter natu
rā. At oīs motus alicui pter naturalis. alteri est na-
turalis ut in eodē primo pbať: ceu naq; oē corpus
simplex motū ppriū habet ita & qlibet motus ali
cui corpori pprius debet eē & naturalis: qre mo
tus q. 8. spæ pter naturalis est alteri ab ea erit na-
turalis: nō alicui sperarū inferiorū qa & ille habēt
motū propriū. & qa. 8. spera q̄ superior est nō mo-
uetur ab inferioribus orbibus: erit igitur supra spe
ram. 8. alius orbis. cui naturalis sit alter dictorum
motuū & moueat octauā. ¶ Tertio unico orbi cō
tinuo tantū unica intelligētia mouēs applicať. 12
methaphisice ubi philosophus uult tot esse intelli
gentias quot sunt orbes. Quod non eēt nisi singu
lis orbibus singulæ applicarenť intelligētiæ. orbis
autē octauus unicus est nō diuersus. sed cōtinuus
ut uolunt astronomi. Quare ab una intelligentia
motū recipiet: Vna autē intelligentia unica tantū
mouet mutatione. Qua de cā reliquū motū acci-
piet a superiorem orbem mouente intelligentia.
Quum per dicta non sit ille motus ab orbe infe-
riori: supra igitur. 8. sperā ad minus dabitur orbis
alter. Est igitur secunda opinio astrologorum qđ
nō sunt tantum. 8. speræ q̄ per motū cōprobata ē.
¶ Bipartitur autē dicta opinio etiā pp motuum
qualitates. licet enī oēs astronomi concedant ul-
tra octauum cœlum esse speram aliam: differunt
tamen inter se in numero earum quidam unam
tantum ponūt. s. nonam: quam dicunt eē primū
mobile: alij uero duas: nonam. s. & decimam cor-
porum primū ponūt. ¶ Antiquiores naq; astrolo-
gorum concedentium motum secundum. 8. spe-
ræ: diuersa imaginati sunt secūdum ꝙ diuersa cō
ceperunt: primus nanq; Ptole. ut in septīo Almag.
eius apparet considerans motū stellarum fixarum
qui oēs fere cōsiderationes fecit supra stellam pri
mæ magnitudinis in corde leonis existentis lati
tudinem septētrionalem. 10. minutorū & septen-
trionalem declinationem habentis: quæ hoc tpe
nostro anno graciæ. 1495. est in 22. g. & 5. m̄. inue-
nit motas esse singulis cētenis annis uno gra. a lo-
co in quo inuentæ ab abracho & ꝑparco se prio-
ribus. Quare unū mutū tribuit. 8. speræ ultra mo
tum diurnū & unam tantū sperā. s. nonam sup eā
dem: quā uoluit esse primum mobile: & Ptole. in
oībus his sequitur Alphag. differentiā. 13. ppe pri-
cipium. ¶ Sequēs deinde albategni & conparās lo
ca stellarū ab eo reperta eisdem a suis antecedenti
bus inuenit motas esse motu uelocissimo: pp cau-
sas quæ dabūť in littera: unde qualitatē motus cō
siderans circulationē compleri in. 21600. annis: &
octauam sperā uno gradu. 60. annis & quattuor
mēsibus in longitudine zodiaci secūdum ordinē
signorū moueri dixit: quare cum tantū motū uni
cum ultra primum in hoc orbe poneret nonā spe-
ram esse primum mobile affirmauit. ¶ Alij uero
adhuc posteriores uidētes stellas fixas secundum
q̄ alij pcedētes perceperunt in ordine signorū pro
cedere tpe tamē suo retrogradari: & motus ad tē-
pora cōparantes cōcluserūt octauā speram nonin
gentis annis uersus orientē scđm ordinē signorū
7. gradus: & alijs noningentis annis totidē contra
ordinē signorū seu uersus occidētem pertrāsire: &
ita successiue ad ptes oppositas in tpe æquali spa-
cio moueri æquali: & hi eadē rōne tantū nonam
sperā admittunt supra octauā decimā nō curātes.
¶ Thebith aūt cote percipiēs motū octaui orbis
ultra diurnū: & uidens stellas ceu hæc imediate
pcedens opinio ad partes diuersas moueri: uoluit
stellas fixas & octauā sperā unico tantum moueri
motu ultra diurnū: in circulis paruis in capite arie
tis & libræ descriptis ut patebit: qui motus acces-
sionis & recessionis dictus est ab eo: unde & etiam
thebith dixit nonā speram esse primū mobile: li
cet eius opinio & eā immediate præcedēs habeat
māifestas instātias: hi igitur omnes sapiētes astro-
nomiæ non tm̄ cōcedunt ultra. 8. esse aliā sed unā
tantū speram nonā quam primum mobile nomi-
nant. ¶ Posteriores aūt astrologi ut Alfonsius au-
ctor noster Ioānes de monte regio: & alij compa-
rantes omnes cōsiderationes antiquoꝝ: cū consi-
derationibus eoꝝ inuenerunt stellas fixas quan-
doq; ad orientē & quandoq; ad occidentē: ad se-
ptentrionē & austrum moueri uerū ad orientem
uelocius q̄ ad occidentē: ad septentrionē quādoq;
uelocius q̄ ad austrum: & quandoq; ad austrū ue
locius quā ad septētrionē: quam apparentiam nō
confidentes unico motu saluare duos motus ima
ginati sunt in orbe. 9. quorū primus tardissimus
in longitudine zodiaci ordine signorum singulis
ducentis annis gradu uno: & . 28. m̄. extendiť. Al-
ter uero fit in duobus circulis paruis ī capite arie-

ris & libræ: quo motu stellæ aliquãdo progrediũt ad orientẽ: quandoq; uero ad occidentẽ:& septentrionẽ & austrum mouentur: ex quorum cõbinatione ut patebit omnium dãt causas apparẽtiæ quando naq; in illis circulis .8. spera mouetur secundũ ordinem signoꝝ: combinatˀ cum priori qui etiam est ad successionem signoꝝ & motus fit uelocissimus ad orientẽ: at quando est motus in reliqua parte circulorum: cõtra ordinem signorum tardior fit motus ad occidentem: eo q prius motus in longitudine deficit ab isto: Et simili modo ceu declarabitur infra cũcta quæ de stellis fixis ui dentur saluare: quã opinionẽ tanquã magis uerificatam contẽplationibus prioꝝ omnes in psentiaꝝ sequuntur. Quæ quia fatetur .8. speram mouen duobus motibus ultra motũ diurnum: non tantũ nonam immo decimam speram ponere coguntur decimam primum mobile uocantes: quo octaua motu diurno mouetur:nonã secundũ mobile ppter inferius dicendam rationem: quo eadẽ octaua motum recipit in lõgitudine. Et octauam etiam ponunt quæ proprio motu mouetur in circulis paruis: quem motu trepidationis dixerũt: siue accessus & recessus ut patebit i littera: Et ita habemus q ultra octauum orbem nonam uel nonã cum decima spera esse ponendam & ratio iam notificata est. Restat modo ante oppositum factas soluere. Ad primam quando dicitur phylosophũ ponere orbem octauum esse primum mobile: con cedo hanc esse opinionem Aristote. & astrologorum sui temporis qui credentes octauam speram tantum motu diurno moueri: ex quo non adhuc acceperant alium motum contrarium concludebant esse primum corporum: post uero percepto eius motu secundum successionem signorum necesse est fateri speram superiorem motu simplici esse motam. Ad secũdum dico quod dat nona spera seu decima quæ nobilior est omni alia inferiori ex quo propinquior primo enti. Et quando dicitur octauam nobiliorem esse quia stellatam: nego pars nanq; stellata nobilior est parte nõ stellata orbis eiusdem: non autem alterius orbis non enim pars stellata octaui orbis nobilior est non stellata noni uel decimi: uerificatur igitur propositio si fiat comparatio inter partem stellatam & nõ stellatam unius & eiusdem orbis: ratio est quia ps stellata ex quo densior est maiorem habet uirtutem:& lumen maius influit:haud aliter eam accepit Aristo. non uerificatur autem comparando partem stellatam unius orbis cum parte alterius neq; stellata:licet.n.in nona uel decima spera non sit stella ibi tamen maior uirtus maius lumen & influentia maior estquã in quocunq; inferiorum orbium ut optime inquit Albertus magnus secundo de coelo: est tamen hæc uirtus per totum orbẽ dispersa. Quæ si cõgregaretur certum est q causaret stella:unde imaginandum est totum orbẽ dem piorem esse q orbis inferior:& dicimus q nonus.

Ad tertiam respondet q illud admitti non debet q sensu nõ apprehenditur neq; ratione coclu ditur: modo & si ultra octauum nõ cõprehendatˀ sensu aliqua ut nona uel decima quia stellis priua tur: concluditur tamen ratione eas esse: ut tribus quas feci patuit: sicut licet primum ens non comprehendatur sensu: conceditur tamẽ esse rationibus physicis & methaphysicis. Ad ultimã quando dicitur finem orbis esse deferre stellam: dico si per deferre intelligitur mouere cõcedo simpliciter ppositionem hanc:& sic dico q nonus seu decimus mouent omnes stellas & stellarum orbes motu diurno: quadere non priuatur sine proprio. Si uero per deferre intelligatur stellam in se in fixam mouere:tunc eam non admitto:sufficit tamẽ q deferat stellam uel influentiam & uirtutem stellæ quæ i orbe tota dispersa est:& ita est ad ppositum:licet nonus seu decimus nullam stellam deferat habet tamen tantũ lumen & uirtutem i omnibus partibus quod motu influat: quod uicem supplet plurium stellarum: quinimmo maius est quã lumen in stellis existens inferioribus. Et ita credo satisfactũ esse huic quæstioni. Attamen ne locus remaneat aliquis quærendi quia ut dictum ẽ supra planetas motu contrario mouentur a motu primi causas patefaciam huius: mouentur nanq; planetæ motu diurno circa terram i die & nocte: ut eo motu influant: omnesque influentias eorum omni parti terræ per ortum & occasum eorum communicent. Attamen ne influentiæ sint semper eodem uniformiter se habeant: & ide esse ctus similes producantur semper: quod non facit ad perfectionem uniuersi: motu sunt motu opposito:ut diuersetur motu diurno:& effectus producti etiam diuersent. Etiam mouentur in zodiaco in quo minorem seruant uniformitatẽ: approp inquant nanq; quandoq; artico: & aliquando antrasti uicinantur polo:ut hac diuersitate diuersentur effectus: ut uidemus de sole: qui dum septentrioni appropinquat fiunt generationes:ad austrũ uero dum elongatur corruptiones. Secũda causa est q motus primi diutnus est tãte uelocitatis q rapit omnes speras secum: uidemus etiã ignem & supremam partem aeris. Si ergo planetæ non mouerentur ad partem oppositam: & impetum huius motus mitigarent & interciderẽt terra agitaretur & totus mũdus reuerẽtuhilq; daretur fixum:in quod cœlum se substentaret in motu: qd est contra Aristo. de animalibus: uolentem omne quod mouetur ad fixum aliquod se appodiare. Oportet igitˀ hiisce de causis plãetas moueri motibus oppositis motui primi. Procedamus modo in expositione textus & diuisione prius: unde cum i præsenti capitulo auctor determinat de motu octaui orbis duas opiniones specialiter prosequitur quæ maiori indigent expositione alias etiam breuiter transiens: prima quarum est modernorum quam omnes hodierno tempore insequũ

tur decimam speram fatentium: secunda est opinio Thebit quam recitat ibi: Thebit uero duplicẽ Prima pars in qua declarat opinionem primam in tres secatur partes: secundum ꝙ huiusmodi positio tribus motibus deferri octauam spetam annuit. In prima nanq; primum motum qui ei inest a decimo orbe & primo mobili: secunda secundum qui eidem a nona spera causatur ibi. Alter a nona: in tertia uero ternum nonficat qui ei speræ proprius est & naturalis ibi. Tertius autem. Notãdum pro prima parte ꝙ motus primus quo mouetur octaua spera procedit a primo mobili seu decimo corpore secundum ꝙ uult præsens opinio. Mouetur nanq; mobile primum motu simplicissimo & uelocissimo: supra polis mundi ab oriente occidentem uersus in spatio diei naturalis complendo totum circuitum: & hac de causa eius motus diurnus est nominatus hoc est motus qui completur in die naturali. Et quia circuit & complet omnes speras inferiores ille secũ ducit & eadem uelocitate rapit: ut demonstrant omnia astra & sensibilibus sol & luna qui singulis dieb⁹ oriuntur occiduntque: & hac ratione motum raptum appellauerũt hoc est motus quo singula corpora cælestia rapiunť & mouentur non rapiuntur quia mouẽtur uiolenter ut uocabulum sonat: q̃a nullum talium mouetur uiolenter: sed quia mouentur motu ad quem: & si habeant naturalem inclinationem: non tamen in eis causatur ab intelligentia propria immo a corpore alio ideo raptus dictus est tãtum respectu sperarum aliarum a prima: quia prima mouetur eo motu & proprius est eo ꝙ causatur ab intelligentia ei unita.

Deinde cum dicit.

Altera nona spera quæ secundum mobile uocatur: qui semper est secundum successionem signorum contra motum primum sup polis zodiaci regularis: ita ut in quibuslibet ducẽtis annis p unum gradum & uigintiocto minuta fere progreditur. Hic motus augium & stellarum fixarum in tabulis appellatur: Et est arcus zodiaci primi mobilis iter caput arietis primi mobilis & caput arietis nonæ speræ. Superficies nanq; eclypticæ nõæ speræ: semper est in superficie eclypticæ primi mobilis.

Notificat motum secundum quo defertur octaua a nona circunducta. Pro quo primo est aduertẽdum ꝙ anteaquã præsens opinio claretet: erat priorum astrologorum certissima sẽtentia octauũ cœlum tantum duobus motibus deferri motu scilicet proprio modo explanando: & diurno quem a spera superiori caperet: quare cum ultra motum proprium non haberet nisi tantum diurnum. unicam tantum super eam ponebant speram nonam seu primum mobile quod moueret prædicto motu. Postquam autem posteriores inuenerunt tertium motum octaui orbis: ultra nonam decimam speram posuerũt: quæ haberet motum dictum diurnum & nonam spetam secum raperet: quare cum nona non amplius moueret motũ simplicissimo quia ultra proprium habet motum raptus neq; suprema sit sperarum ex quo superior est decima: non amplius primum mobile: uerum secundum nominata est meretur nanq; nomen mobilis si quidem mouet speras ĩferiores octauum cœlum & deferentes auges planetatum: non tamen primi nomen dictum est sed secundi propter dictas causas. Cuius speræ mot⁹ fit super polis eclypticæ succesione signorum & contra motum primum: & regularis est: mouetur nanq; nona spera singulis ducentis annis gradu uno. 28. minutis: circulum perficiendo in. 49000. annis: uelocitas autem diei secundum tabulas est. 0000 4.20.41. 17.12. ❡ Secundo est notandum ꝙ secundum opinionem antiquam nonam tantum speram ponentem. 8. spera mouebatur motu proprio in longitudine zodiaci seu secundum ordinem signorum siue contra secundum diuersas opiniones enarratas: & sicut sæpius dictum est omnium planetarum auges secum capiebat: qua de causa motum augium & stellarum fixatum eum nominauetũt. Posterior uero opinio motum trepidationis adinuenit. Quem proprium dixit esse octaui orbis in motum dictum augium stellarum fixarũq; in nonam speram transtulit: propter hoc ꝙ tardiot est motus hic quam accessus & recessus ideo conuenit speræ supetiori: eiusq; nomen non uariauit: immo: & si stellæ fixæ non mutentur eo tanquam motu proprio: eodem nomine appellauit: & in tabulis eo modo adhuc dicitur. Qui incipit ab initio arietis primi mobilis ad caput usq; arietis nonæ speræ secundum ordinem signotum. Inuenitur nanq; quantum caput arietis nonæ remotum est ab ariete decimæ. Semper nanq; principiũ arietis nonæ est in eclyptica decimæ: & tota eclyptica sub eclyptica primi situatur.

Deinde cum dicit.


Tertius autem ẽ sibi proprius: qui motus trepidationis uocať siue accessus & recessus octauæ speræ: & fit sup duos circulos paruos in concauitate nonæ sphęræ æquales sup principia arietis & libræ eiusdẽ descriptos: sic ꝙ duo puncta certa octauę sphęræ quę capita arietis & librę eiusdem uocãtur: diametraliter oppositа circunferentias talium duorum nonæ sphæræ regulariter describant: cum hoc

quod elyptica octauæ ſphæræ ſemper interſecet eclypticā nonæ: dum interſecat ſaltem in capitibus Cancri & Capricorni nonæ diametraliter oppoſitis. Vnde ſequitur cum unus eorundem pūctorum octauæ ſphæræ eſt in medietate ſui meridiani: alter erit in medietate ſui circuli ſeptentrionali. Eclyptica quoque octauæ ſphæræ ſemper eclypticam nonæ in partes æquales dum ſecat ſecabit: atque portiones circulorum paruorum alteratim æquales. Velocitatis uero motus iſtius regula eſt iſta ut quilibet duorum punctorum circunferentiam ſui parui circuli ī quo circūfertur: ī ſeptem milibus annorum precīſe pficiat. Quamquam autem hoc motu prędicta puncta ſcilicet capita Arietis & Libræ octauæ ſphæræ: duas æquales circulorum circunferentias deſcribant: nulla tamē alia puncta eius circunferentias circulorum deſcribere contingit. Capita uero Cancri & Capricorni octauæ ſphæræ quaſi figuras conoidales habētes pro baſi līneas curuas utrinque a capitibus Cancri & Capricorni nonæ peragere neceſſe ē: Vnde & quandoque pręcedent ea: quādoque uero ſequentur: quandoque autem coniunguntur: coniunguntur enim caput Cancri octauæ & caput Cancri nonæ dum caput Arietis octauæ fuerit in maxima latitudine ab eclyptica nonæ: quod accidit in circulo magno per polos zodiaci nonæ & centra circulorū tranſeunte. poli autem eclypticæ octauæ improprie dicti poli: quādoque accedunt ad polos eclypticæ nonæ: quandoque ſunt ſub eis: quandoque uero ab eiſdem remouentur: talis tamen acceſſus & receſſus ſemper eſt ſuper circulo magno per polos zodiaci nonę & centra circulorum paruorum eunte.

Pateſcit tertium motum proprium ipſi .g. ſperæ. Et quæ inde ſequuntur declarat antecedētia:

Et duo facit primo theorice agit de eo: ſecundo magis practice nomina & operationem quibus ī rabulis utuntur pro eius uero motu reperiendo ibi explicans. Medius itaque motus. Prima iterum in duas ſecatur partes. in quorum prima motum propriū orbis octaui manifeſtat: in ſecunda eum cum motu nonæ componendo quæ de octaua ſpera uidentur ſaluat apparentias ibi. Ex his autem ſtellarum. In prima parte iterum duo agit. primo nanq; motus .g. ſperæ qualitatem declarat & æqualitarem. ſecundo ex eo expoſito infert correlaria ibi. Contingit itaque ut eclyptica.

Ponit primo qualitatem motus & plurima antecedentia quæ inde ſequūtur quæ omnia diſtinctæ patebunt. Motus hic tertius abſq; inſtrumēto niſi quis ſublimis & excelſe ſit imaginationis nunquam imaginari poterit neq; ſufficiet antecedentia quæ i littera ponuntur capere mente abſque ab extrinſeco oſtenſione. Tamē ergo ut imaginatio moueat̄ uel diſponatur ſaltē omnia quæ hic dicuntur in plano depingere & demonſtrare conabor: ut habito appropriato inſtrumento ſperico quilibet per ſe poſſet operari in illud faciam plures figuras ſecūdum quod oportebit: & ne to-




tiens replicētur. Quod declaranda ponunt̄ ſingulis uicibus ad figuram reuertar ī qua melius itentum fateri poſſit ideo eis ordinem dabo & quota ſit in ordine inſcriptū demonſtrabit. Pro prima figura deſcribo eclypticam nonæ ſperæ fixā appellatam eo q̄ non mouetur ī latitudine ceu eclyptica octauæ a b c d: cuius polus borealis e: Et quicq̄d ab eā uerſus e: declinet ſeptētrionalem: extra uero illam auſtralē habet latitudinem. Sitq; a: initium Arietis nonæ: b: principiū cancri: c: Libræ & d: Ca-

pricorni imagines in superficie concaua nonæ su per a: principiū Arietis circulum f g h i: describi: al terum uero k l m n: cuius centrum c: principium Libræ adinuicem æquales: itra quam nonam speram imaginetur octauam taliter situatā: q̄ initiū Arietis sit in circunferentia circuli a: & in ea semper circulariter circunferatur: caput uero Libræ eiusdem in circunferentia circuli c: & eam in motu nunquam deferat. Talique modo oportet dispositam esse q̄ uno in latitudine existente septentrionali austrinam reliquum possideat: eclyptica octauæ speræ eam nonæ secante in capitibus Cāc̄ri & Capricorni nonæ: quod & si in plano eē nō possit: quia hi circuli nō possunt super centro eodem depingi in sperico tamen uerum est: Exempli causa caput Arietis in puncto f: ponatur parui circuli septentrionali. erit initium Libræ in puncto k australi: eclyptica octaui orbis quam mobilem ut patebit appellauere f b k d: existente in b: & d: fixam secante in partes uidelicet æquales: & quia f: septentrionale est tota medietas d f b: eandem habebit latitudinem & b k d: australem: & in isto casu capita Cācri & Capricorni octaui orbis erūt coniuncta cum capitibus eorundem nonæ in pūctis b: & d: eo q̄ Aries & libra octauæ cum Ariete: & libra nonæ sunt secundum longitudinē uniti: q̄ manifestabitur si per polum clypticæ fixæ circulum quis duxerit e f a: per utriusque Arietis caput transeuntem & e m c: per principia libræ. Hic caput Arietis mobile in circunferentia parui circuli motum perueniat in g: eclypticam fixam: & initium libræ i l quia moueẽ uelocitate æquali: nulla erit latitudo eclypticæ mobilis a fixa imo una erit sub alia. Caput autem Cancri mobilis in o: siquidem tantum distat a: b: Cancro fixo: quantum g: ab a: & caput Capricorni in p: ut notum est q a g o: oportet esse quartam æqualem quartæ a b: Ab hoc autem loco caput Arietis fiat uersus austrum in h: & libræ ad boream in m: eclyptica mobilis h b: m d secabit fixam etiam in b: & d: capitis Cancri & capricorni in quibus semper eam intersecat: ita q̄ eius medietas d h b: ad meridiem: & reliqua b m d: uerget ad boream: & quia iterū est coniunctio longitudinalis capitum Arietum adinuicem & librarum productis circulis prioribus usq; ad h: & k: erunt etiam capita Cancri in b: & Capricorni in d: secundo simul iuncta. Post hoc caput Arietis mobilis fiat i i: & libræ in n: erit secundo tota eclyptica mobilis posita sub fixa: quare nusquam declinabit ab ea & caput Cancri mobilis propter rationem superius positam in q: Capricorni uero in t: mutatum erit: ab hoc autem loco in f: capite Arietis mobilis & libræ i k: redeunte prior reuerteẽ dispositio: Hoc igiẽ modo imaginari oportet motum octauæ speræ: qui trepidationis dicitur propter hoc q̄ non est in longitudine zodiaci immo ad quattuor positionis differētias. Qualiter fit trepidatio. Ad quas defferentias eo q̄ accedit & recedit accessus quoque motus & recessus est nominatus. Completur autem motus iste regulariter continue procedens in .7000. annis diurnus uero motus huius .0.0.0.0.30.24. 49. Patet igitur huius motus qualitas: quo eclyptica mobilis diuersam & ad partes oppositas a fixa acquirit latitudinem. Ariete alterum uersus polorum: & libra ad reliquum declināte: quinimmo quantum eorum alterum habet latitudinē & alterum æqualem: ut in prima figura declaratur: ponatur nanque Aries in f: & libra in k: erit mobilis eclypticæ polus f: & quia concētrice mundo sunt ambæ. Arcus e a: & f f: quartæ circulorum æquales sunt dempto arcu communi e f: restant e f: declinatio poli mobilis a polo fixæ: & a f: latitudo Arietis mobilis a fixo æquales: eadem ratione q a e c: & f k: æquantur dempto f c: communi: arc⁹ remanēt æquales f e: & c k: quum igitur a f: Arietis latitudo & c k: libræ æquiparentur arcui e f: erūt adinuicem æquales. Eodem modo potest demōstrari q̄ quandocunque mobilis eclyptica secat p uos circulos portiones eorum sectæ in partibus oppositis erunt æquales: Pro quo demonstrando fiat secunda figura describatur nanque zodiacus fixus a c: cuius polus b: cum paruis circulis d e: & f g: eclyptica uero mobilis d e: f g: cuius polus h: & circulus per polum b: & initia Arietis & libræ ducaẽ a b c: eclypticam mobilem secabit in duobus punctis i: & k: erunt ut demōstratum est duæ declinationes ad partes oppositas a i: & c k: æquales: quare per secūdam partem .13. 3: duæ lineæ sperales d a: & f g: ex quo a centro æqualiter remotæ sunt æquales: quare æqualium circulorum super æquales lineas e d: & f g: æquales: quod est propositum: cum d e: sit uersus austrum & f g: uersus boream: quibus demptis remanent reliquæ portiones e d: septentrionalis: & f g: australis æquales.

His declaratis consequenter tria uel quattuor p̄dicto motui accidentia īnotescit ī illa pte. Quāquam autem hoc motu. Quorum primum est q̄ si principia Arietis & libræ mobilium perfectorū circulorum scribant in motu eorum circunferentias: illius speræ punctus nullus hoc agere potest quod materiale instrumentum patens satisfaciet: & patet etiam in prima figura in qua caput Arietis in f: & secundo in h: existente: eclyptica mobilis angustior fit: q̄ sit in a magis uersus b: quare quilibet alter punctus a principio Arietis & libræ describet figuram cuius diameter in longitudine æquatur diametro parui circuli: in latitudine uero propter dictā angustiam minor est: quare non faciet perfecti circuli circunferentiam: Secūdum accidens est q̄ capita Cancri & Capricorni faciēt figuras piramidales q̄rū bases erunt lineæ curuæ ut in eadē prima figura capite Arietis in f: dictū ē & demōstratū: caput Cancri mobilis iunctum cū

Cancro fixo in b: deinde Ariete moto uersus g: tantum quando erit in g: eclypticæ unientur: & tunc caput Cancri factum erit in o: ut supra patuit: mo




tus igitur erit Cancer a: b: in o: lineam illam curuam describendo quod si aries in h: Cancer in b: iterum reuertetur reliquam lineam curuam designando describit igitur figuram cuius piramis est b: in principio Cancri nonæ speræ & basis linea curua i o: ut patet: & ita pportionalr uersus q: aliã describet similem figuram & Capricornus eodem modo. ¶ Tertium accidens ẽ quod ĩ huiusmodi motu necesse est Cancrum mobilem moueri a Cãcro fixo ad ambas partes: eum scilicet quandoque præcedendo & quandoque sequendo: & ei quandoque coniunctum esse ut in eadem priori figura Ariete mobili in f: patuit Cancrum mobile cum fixo in b: coniunctum esse: si quidez circulus e a: demonstrat Arietem utrunque secũdum longitudinem unitum: inde uero si Aries fiat in g: Cancer mobilis in o: transmutatus præcedit successione signorum Cancrum fixum. Post hoc Ariete per h: in i: deuento: & Cancer mobilis in q: sequetur fixum: quare patet propositum. ¶ Quartum accidens est quod poli .8. speræ improprie tamen dicti poli: tria nanque sunt de ratione polorum: quorũ primum est quod æqualiter distent a circulo cuiꝰ sunt poli: secundum quod talis circulus uoluatur super eos: tertium quod ad motum circuli immobiles permaneant: poli autem .8. circuli poli dicti sunt propter primam conditionem. æquidistant nanque ab eclyptica eius orbis. sed quia orbis nõ mouetur super eos motu proprio ut patuit: nec ĩmobiles sint motu orbis octaui: improprie dicuntur poli mouentur igitur super circulum magnũ per centra circulorum & polos nonæ speræ transeuntem prædictis polis accedendo & recedendo eisque coniungendo. Vt in figura prima capitibꝰ Arietis in f: & libræ in k: existentibus erit f: polus eclypticæ f b k d: Ariete uero in g: & Libra in l: factis eclypticæ mobilis & fixa unienť: & polus mobilis in e: accessus erit: & cum eo unitus. Eisdem uero in h: & m: translatis: eclyptica mobili existente h b m d: & e: recedet polus eclypticæ prædictæ in reliqua reuolutione per e: iterum in f: reuerteť: quod est propositum semper igitur appropinquabit & remouebitur per circulum c e a: omnia tamen hæc antecedentia clarius instrumento manifestantur materiali & sperico.

Deinde cum dicit.

Contingit itaqꝫ ut eclyptica octauę sphęræ sub diuersa eius habitudine successiue in diuersis suis partibus æquinoctialem primi mobils intersecet: atque intersectio talis nunc ĩ ipso capite Arietis primi mobilis accidat: nunc citra: nunc ultra: ita ut in tempore quo centrum parui circuli reuolutionem unam perficit: quæ in quadragintanouem milibus annorum contingit loquendo naturaliter: quilibet punctus eclypticæ octauæ speræ æquinoctialem prope caput Arietis atque etiam ꝑpe caput Libræ primi mobilis secuerit: quæ quidem sectiones in æquinoctiali accedere quandoque ad capita Arietis & libræ primi mobilis: quãdoque autem ab eisdem remoueri uidentur: aliquando quoqꝫ secundum: aliquã do contra successionem signorum progrediendo.

¶ Ex dictis infert correlarium: ex quo declarato alia tria cõcludit ibi. Vnde fit ut maxime. Pro correlario declarando fiat tertia figura cum eclypticis & circulis paruis ceu prima: & æquinoctialis o p q r: cuius polus borealis f: addatur sitque caput Arietis in f: & Libræ in k: punctis paruorum circulorum eclyptica mobilis o f q k: æquatorem secabit in duobus punctis oppositis o & q contra ordinem signorum a capitibus Arietis & libræ primi mobilis & nonæ speræ distantibus: fiant deinde capita prædicta in g & l eclyptica mobilis cum fixa unietur. & cum eadem æquinoctialem in c & a secabir. Ad capita igitur Arietis & libræ secundum ordinem signorum erunt sectiones appropinquatæ & unitæ: capitibus autẽ Arietis & libræ in h & m: translatis: mobilis eclyptica h p m: æquinoctialem intersecat in p & f. erunt igiť remotæ sectiones secundum ordinem signorum ab ariete &

libra primi mobilis. Inde uero in i & n prædicti translatis: secundo unita erit mobilis cum fixa eclyptica & sectiones in a & c: contra ordinem signorum punctis æquinoctiorum erunt factæ propinquæ: ultimo in f & k redeuntibus illis: sectiones fient i o & q: & remotæ sunt ab a & c: cõtra successionem signorum. Quare patet quod eclyptica mobilis semper secat æquatorem in capitibus arietis & libræ primi mobilis uel prope ad ea accedendo & recedendo utrinque. Ita quod tempore quo nona spera suá uolutionem complebit. 49000. annis secundum naturales phylosophos loquendo qui confitentur motum & tempus æterne duraturum: & nonam speram infinitas perficere circulatiões quod abnuendum est a fidelibus. Dato nanque quod motus duraret tanto tempore eclyptica mobilis per quelibet eius punctum æquatorem secabit in capitibus arietis & libræ primi mobilis uel prope hinc inde ad certos limites quod secet i his locis manifestum est per probationem in hac tertia figura. Quod autem quilibet punctus eclypticæ i tanto tempore secet manifestum est eo quod in tãto tempore mouetur nona spera in longitudine.



Deinde cum dicit.

Vnde fit ut maxime zodiaci declinationes uariabiles existant. Hinc itaque contingisse creditur a diuersis astronomis: diuersis temporibus eorundem maximarum zodiaci declinationum quantitates fuisse non æqualiter inuentas. Maiores nanque repertæ sunt a Ptolemæo quam ab almeone: quod utriq; cum similibus uiis & modis processerunt uix aliter quã tali motus diuersitate uel simili sicut dictum est modo euenire potuit.

¶ Ex dictis in hoc correlario tria alia concludit secundum ibi. Variationem autem tertium ibi. Ex quibus quidem primo. Dicit igitur primo quod ex quo dictum est eclypticam mobilem æquatorem non semper in punctis secari eisdem: sequitur maximas declinationes zodiaci uariari ut in prædicta tertia figura quando eclyptica mobilis unitur cum fixa æquatorem secar in a & c capitibus arietis & libræ primi mobilis: & eius maxima declinatio est i b cancro: & d capricorno. At quãdo aries mobilis ẽ in f: & libra in k fiũt prætactæ sectiones in o & q: & punctus medius eclypticæ maxime declinans ad boream erit t: qui magis quam b declinat: ex quo maxime: & punctus ei oppositus ad austrum maxime declinabit quam d: ecce modo qd maxima declinatio quæ prius erit in b: uariata est cum in puncto t sit facta maior. Eodem modo ariete in h: & libra in m: mutatis sectiones prædictæ fient in p: & r: in quarum medio punctus magis declinabit quam b: & punctus dyametraliter oppositus magis quam d: non igitur maxime declinationes zodiaci inuariabiles sunt & æquales semper. Quare non est mirum si diuersi astronomi in huiusmodi discordati sunt Ptolemæus nanque primo almagesti capi. 12. 23. graduum & 51. m̃. reperit. ¶ Almeon autem ei posterior minores. s. 23. g. & 33. m̃. diuersitatis nanq; causa haud aliud quam motus huiusmodi esse potuit. Eisdem nanq; uiis & similibus ingeniis processerunt nam cũ sol semper sub eclyptica feratur: declinatio solis eadem est cum ea eclypticæ: eo igitur in maxima ad austrum remotione existente in meridie: eamque notarunt, secundo uero eiusdem eleuationem medium cœli possidentis: polo quoq; arctico propinqssimi iter q̃s latitudies differentia distãtia ẽ duarum declinationum maximarum meridionalis, scilicet & aquilonaris: quæ cum sint æquales erit æq̃tor diei in medio ab utraque æquidistans: medietas igitur earum est maxima solis declinatio & zodiaci. Ptolemæus igitur hac uia procedens differẽtiam inter duas maximas declinationes inuenit, g. 47. m̃. 42. cuius medium. 23. g. 51. m̃. dixit esse ab æquatore maximam solis & eclypticæ remotionẽ: almeon autem reperit eas simul. 47. g. m̃. 6. cuius medium. 23. g. 33. m̃. ab æquatore eclypticæ dixit maximam distantiam. ¶ Tempore nanque Ptolemæi puncta declinationem maximarum ad seinuicem & ab æquinoctiali magis erant elongata: quæ tempore almeonis appropinquata sunt magis ab enarrati motus causam. Quare patet quod uariantur maximæ declinationes. & quia per eas transeunt tropici: ipsi etiam uariantur: unde maxima declinatione existente in b: si tropicus æquidistans a polo, scilicet i b: designetur quis dubitat

ꝙ minus declinabit quam tropicus descriptus in t uel in u punctis magis declinantibus. & eodem modo uersus d Capricornum quia cũ declinatio cancri uersus articum æquetur declinationi capricorni uersus antarticum polum quando altera est maxima & reliqua.

Deinde cum dicit.

Variationem autem sectionis eclypticæ octauæ & æquinoctialis respectu arietis primi mobilis necessario sequitur ut eqnoctia similiter solstitia continue diuersificentur. Vnde non semper cum Sol in capite arietis primi mobilis fuerit: necesse est æquinoctium accidere: sed stat antea fuisse uel postea secuturum esse: scilicet cum fuerit in sectione prædicta. Ex quo nanque sicut supra dictum est orbes augem Solis deferentes super axe eclypticæ octauę sphæræ ad motum eiusdem sphæræ mouentur: & orbis Solem deferens super axe prædicto axi æquidistanti: necessario sequetur: ut centrum corporis solaris semper in superficie eclypticæ octauæ sphærę reperiatur. Hæc autẽ superficies sæpe immo frequenter est extra caput Arietis primi mobilis: quare sequitur illatum: similis de uariatione solstitiorum est ratio.

¶ Est quod solstitia & æquinoctia non contigũt sole in eodem loco existente: immo continue diuersantur: est nanque æquinoctium sole æquatorem possidente: ut patet ex principiis huius scientiæ: sed non semper in eodem puncto æquator: ut patuit ab eclyptica secatur: non enim secatur semper in capitibus arietis & libræ primi mobilis: immo ante uel post successioneꝫ signoruꝫ quare Sol qui mouetur etiam ad motum. 8. speræ & semper eclypticã possidet ad æquatoris perueniet nõ semper eundem punctum: non enim semper æquinoctium est quando is est in capitibꝰ arietis & libræ primi: immo contingit tunc esse: stat quandoque secuturum: & aliquando præcessisse. Exempli causa cum caput arietis mobilis est in g: uel i: unitur ceu sæpius dixi cum fixa mobilis eclyptica: sed fixa secat æquatorem in ariete & libra primi: quare & mobilis: & consequenter sol in eisdem locis & æquinoctiali existens ubique aget æquinoctium. At in eadem tertia figura capite arietis in f: constituto eclyptica mobilis diuersa a fixa æquatorem partietur in o & q: in quibus punctis cum sole mouebitur æquinoctium fiet: sed tunc adhuc non peruenit in capita arietis & libræ: in quibus nunquaꝫ erit nisi sit in f & k: ut patet omnibus: quare consecutum est æquinoctium priusquam ad arietem & libram primi mobilis perueniret: Eodem auteꝫ mobili ariete in h morante: mobilis eclyptica æquatorem secabit in p & r: quare sol cum existit in h & m primi mobilis arite & libra: non adhuc æquatorem adeptus est: neque æquinoctium causauit uniuersale: immo futurum est. ¶ Propter autem motum eundem & sectionum uariationem solstitia diuersantur quando nanqꝫ sectio fit i a c eclyptica. f. mobilis in ariete & libra secat æquatorem maxima solis declinatio fit í b cãcro primi mobilis & d capricorno eiusdem. quare in illis locis solstitium fiet. Sectionibus autem in o & q factis fiet solstitium in t: ubi maxima declinatio reperitur: antequam sol perueniat ad cancrum: & eodem modo in loco opposito intelligẽdum est. At dum sectiones contingunt in p & r maxima declinatio zodiaci & sol: in u contingunt & loco opposito reliqua: quare solstitium fiet post recessum solis a Cancro & Capticorno primi cœli: ꝙ est ꝓpositũ.

Tertium correlarium ibi.

Ex quibus quidem primo concluditur non esse necessarium existentem Solem in capite arietis uel libræ primi mobilis: nullam habere declinationem ab æquinoctiali. Secundo similiter non esse necessarium in capite Caneri uel capricorni primi mobilis Solem existentem ab æquinoctiali declinationem habere maximam. Stat enim solem esse in circulo p polos eclypticæ primi mobilis & caput Arietis eiusdem transeuntem & tamen esse extra superficiem æquinoctialis. Similiter stat eum esse in circulo per polos zodiaci primi mobilis & caput Cancri eiusdem euntem: & tamen tunc ab æquinoctiali declinationem non habere maximam: sed antea in ipsa fuisse: uel post in ea esse futurum. Hæc etiam sequitur tropicos Cancri & Capricorni continue respectu equinoctialis uariati: nunc quidẽ uersus eum propinquando: nunc ab eo elõgãdo: certos tamẽ limites quos exire non potest habet illa uariatio.

¶ Per eandem figuram ostendetur quando nanqꝫ mobilis eclyptica extra fixam situatur ut sit ariete mobili constituto in f & h: & omnibus aliis pun-

ctis eius parui præter quam in g & i. tunc sol existens in f & h erit in principio arietis primi mobilis: & in k & m in principio libræ eisdem: & tamen magnam possidet declinationem: quod si in hoc casu sit in initio Cancri b maximam quam possit habere declinationem non possidebit: immo uel habuit in puncto t uel habiturus est eam in puncto u: tunc enim quando eclyptica mobilis unitur cum fixa quod contingit ariete mobili tantum in duobus punctis g & i parui circuli constituto sol existens in ariete & libra primi mobilis declinationem nullaꝫ habebit: & in cácro & capricorno maxima continget: ut patet ex multis dictis: quæ si instrumento materiali proprio ostendant luce clarius percipientur.

Deinde cum dicit

Ex his autem stellarum motibus satis aptum est motum aggregatum ex motibus nonæ & trepidatione octauæ quandoq; secundum successionem: nunc quidé uelociter nunc tarde: quandoque autem stationarium & quandoque contra successionem contingere: secundum diuersum situm capitis arietis octauæ sphæræ in circunferentia sui parui circuli. Difficile igitur ualde fuit huius motus antiquis reperire qualitatem. Vnde diuersi mode in hoc fuerunt imaginati. Aliqui nanque dicebát auges & stellas fixas moueri per noningentos annos uersus orientem continue usque ad gradus septé. Deinde per alios noningentos annos tátúdé econuerso uersus occidentem. Albategni uero dicebat eas moueri uno gradu in sexaginta annis & quattuor mensibus semper uersus orientem. Alphagranus autem putauit quod in centum annis unum gradum semper uersus orientem perficerent.


¶ Quia per se & distictæ omnes quibus octaua spera defertur motus supra declarauit: modo eos aggregando stellarum fixarum quæ uidentur saluat apparentias: motus nanque qui uidetur in stellis fixis cómixtus est ex motibus in longitudie nonæ speræ & trepidationis octauæ: quo fit ut aliquando stellæ fixæ directe uideátur moueri & uelociter: quandoque uero & si directe tarde tamé sunt in motu: tertio uidentur stationariæ: & quandoque retrogradari. Quoruꝫ causæ reddi possunt tam in prima quam in tertia figura: ex quo nanq; eclyptica fixa a b c d: mouetur secundum ordineꝫ signorum semper & uniformiter ut a uersus b & púctus Arietis mobilis in f: constitutus uersus g feratur ad orientem mouebitur & secundum ordinem signorum: quare duo motus nonæ scilicet & octauæ speræ aggregati ad orientem uersus nó tantum directas uerú etiam ueloces efficient stellas firmas: ex g uero moto Ariete mobili: incipit ad occidentem deferri: tardius tamen quaꝫ nona ad orientem: quare non aget ut stellæ fixæ regrediantur: uerum in motu directo tarde reddantur: at quando idem ex g ad h magis procedet ad occidenteꝫ motus octaui orbis æquiparabitur motui noni ad orienté. Quare stellæ fixæ ad earú neutrá partem delatæ stationariæ iudicabunt. Quando uero ꝑpe h: caput Arietis mobilis existés retrograde & ad occidentem uelocius moueatur quam nona spera ad orienteꝫ: firmæ stellæ regrédientur: & ita habemus: qualiter per diuersum situm Arietis in suo paruo circulo & Libræ in suo: has omnes stellarum passiones saluare non est difficile. Et si per sectionem eclypticæ mobilis cuꝫ æquatore & per uariationem illis aliter possunt dictæ passiones saluari per motum stellaruꝫ ad latitudines australes & septentrionales sicut credidit Ptolemæus ut dicetur in recitando opinionem thebith Aries nanque mobilis in f septentrionalem habens latitudinem: australem adipiscitur dum in h fiet: & simili modo plurimæ stellarum fixarú. ¶ Húc quidem motum antiqui non comprehendentes diuersa opinati sunt secunduꝫ quod diuersas dispositiones tempore suo conspexerunt í motibus stellarum: Albategni nanque astrologorum summus comparans loca stellarum ab eo inuenta eorundem locis & considerationibus aliorum uidensq; uelocissime esse translatas: dixit motus stellarum semper esse ad orientem. 60. annis & quattuor mésibus uno graduatque cópleta circulatio fiat. 21720. annis. Ptolemæus auté. 7. Almag. & Alphagranus 13. differentia uidentes tardiori motu esse translatas: dixerunt motuꝫ octaui cœli compleri. 36000. annis centum scilicet singulis annis gradú unuꝫ transeundo. Alii uero uidentes loca stellarum fixarum suo tempore: eaque comparantes ad considerationes priorum inuenerút stellas fixas regressas ad occidentem motas: cum antiquiores ponerent moueri ad orientem & secundum ordinem signorum putauerunt eas diuersis temporibus ábobus motibus moueri: quare octauam speram noningentis annis ad orientem gradibus. 7. & in tempore æquali totidem occidentem uersus deferri protulere: quæ quidem diuersitates qualiter trepidationis motu cum eo qui est in longitudine saluentur palam est ex dictis.

Deinde cum dicit.

Medius itaque motus accessus & reces-

sus octauæ sphæræ: est arcus circuli parui a puncto supremo quartæ secundum successionem signorum usque ad caput arietis octauæ sphæræ computatus.

¶ Determinat de motu stellarum fixarum practice magis terminos: terminorum rationes & canones exponendo: & quia octaua spera mouetur motu diurno qui regularis est & non pertinet ad partem istam de eo terminare immo ad doctrinam de motu primi mobilis: seu de ortu & occasu signorū cœlique mediatione: fertur secundo motu in longitudine zodiaci ab nona spera: qui quia regularis est secundum ordinem signorum: faciliter per tempus reperitur sicut & omnes motus æq̄les: est nanque simul medius & uerus motus augium & stellarum fixarum nominatus: ideo de eo nihil oportet dicere: at quia tertio mouetur motu trepidationis capitibus arietis & Libræ eiusdem paruos circulos describentibus ut patuit: q mot⁹ & si sit regularis. Quia tamē nō est in eclyptica: apparet aliqū tardus & uelox qn̄q;. Quādoq; directus & aliquando retrogradus oportet hác diuersitatem habere & equationem. Et qualiter ea mot⁹ speræ octauæ habeatur declarare canonice diuersitas & ille motus in zodiaco fit & causatur ꝑpter motum capitis arietis in circulo paruo: i quo cum regulariter moueatur: medius motus appellatus est motus ei⁹. Primo igit̄ diffinit mediū motum qui fit in paruo circulo: secundo uero æquationem & motum in zodiaco correspondentem ibi. æquatio autem: notandum est pro primæ partis intellectu quod stellæ fixæ ceu innotuit supius mouent̄ motu duplici scilicet trepidationis orbis octaui & motu noni in lōgitudie: uñ habito motu noni oportet deinde inuenire motum trepidationis: & quod ei in zodiaco correspondet uerbi gratia sit eclyptica primi mobilis a b: a: principium arietis eiusdeȝ primi mobilis: & b: arietis nonæ: erit motus augium & stellarum fixarum arc⁹ a b: at quia principiuȝ arietis mobilis in paruo circulo defertur supra b: descripto non manebit semper in b: cum ariete fixo quare ultra motum dictū oportet inuenire motuȝ trepidationis & æquationem per medium motum: unde si c: ponatur polus eclypticæ nonæ scilicet borealis a quo arcus c b: per caput arietis fixi ducatur secans circulum paruum in d & e: erit per. 8. 3. punctus d: propinquissimus polo septētrionali c: ideo dictus est suprem⁹: ab illo igitur supremo puncto ad usq; caput arietis mobilis secundum motum illius capitis arcus accœssus & recessus motus medius est dictus uerbi gratia si caput arietis sit in f: erit medius motus d f: & si in g: medius motus d f g: hoc nanque modo dictum est arietem mobilem moueri inceperunt nanque ab illo puncto medium motum quia ibi existens caput arietis mobilis cum fixo coniūctū



est ut demonstrat arcus c b: per utrunque transiēs quare tunc habito motu augium & stellarum fixarum non proceditur ulterius: sed quia eadem ratione incipere poterant ab e puncto ad austrum uicinissimo: in quo iterum cum sit aries mobilis cum fixo iunctus est eodem arcu priori per utrunque transeunte: inde non inchoarunt quia pūctus est infimus & a nobis distantissimus modo illud quod est septentrionale & nobis propinquum dignius est preponere q̄ australe & remotuȝ a nobis.

Deinde cum dicit.

Aequatio autem octauæ sphæræ est arcus eclypticæ nonæ sphæræ centrum parui circuli & circulum magnum a polis eclypticę nonę per caput arietis octauę transeuntem interiacens. Cum igitur medius motus accessus & recessus nihil fuerit aut semicirculus: nulla fit dicta ęquatio. Sed si. lxxxx. gradus aut. cclxx. fuerit ipsa erit maxima. Cum autem talis motus accessus & recessus fuerit semicirculo minor: ęquatio erit semp adēda: sed cum maior fuerit: erit minuenda.

¶ Declarat uerum locum capitis arietis mobilis in zodiaco: seu diuersitatem inter uerum locū arietis fixi & ueruȝ locū mobilis: unde si caput arietis mobilis sit in f: ducto circulo a polo eclypticæ per eum c f eclypticam secante in h: erit h uerus motus eius: & eius arcus b h: qui capitur inter b locū uerum arietis fixi: & h uerum locum arietis mobilis: æquatio & diuersitas nominatur: cum habito uero motu arietis fixi per eius additionem uel dēptionem uerus motus arietis mobilis proueniat & consequenter loca stellarum fixarum. Prædicta æquatio reperitur mediante motu medio octauæ

speræ:uel accessus & recessus. Nam quum huius motus nihil fuerit quod denotatur arietē mobilē esse i pūcto supremo d: aut semicirculus & sex signa capite arietis mobilis punctum e:oppositum tenente: eo quod semicirculus a polo c: eclypticæ c d b e transit per hæc duo loca & centrum circuli ubi est caput arietis fixi:nulla est æquatio:quare habito motu augium & stellarum fixarum habetur motus octauæ speræ nec aliud quentur. Maxima autem est æquatio cum caput arietis mobilis differit a duobus dictis punctis quarta circuli:ut quod sit in puncto & medius motus d i:90. grad. uel i k: & medius motus d i e k: 270. grad. uel nouem signorum tunc enim æquatio dicitur esse tota circuli semidiameter b i: uel b k:quæ non potest esse maior; ut per se notum ē: quod autem medio motu existente.3.signorū uel.9.caput arietis mobilis sit in i: uel in k: & quod hæc duo puncta semota sint a d quarta circuli notū est: ex quo arcus c b perpendicularis est super eclypticā quare omnes anguli b recti & consequenter arcus eis subtensi quare partes sunt parui circuli. Sed talis medius motus non tantum dat æquationem prædictā uerum p eā æquare motum augium & stellarum fixarum instruit. Nam quandocunque medius motus accessus & recessus minor fuerit semicirculo:uerus motus octaui orbis maior est quā motus augium & stellarum fixarum: uerbi gratia motu accessus & recessus d i: existente:maior erit motus a b i: quam a b quare æquatio b i:addi debet motui nonæ speræ & uerus octauæ emerget. At quando idem motus fuerit maior ut d e k: motus nonæ maior est quam octauæ a k: quare æquatio k b :demi debet a motu nonæ ut habeatur mot⁹.8. ¶Nota pro complemento huius opinionis & maxime quod dictum est de æquatione: quod cum æquatio nulla reperiatur in d & e: ab eis in duobus locis æquidistantibus æquatio reperitur æqualis:ut f e d: duo puncta capiantur æquidistantia & l g per quæ a polo eclypticæ ducātur arcus m f c:g i & c:erunt in spera æquidistantes arcui c e: atquia arcus parui circuli d f:& d l: æquales sunt: erunt & corde eorum æquales per regulas arcuum & cordarum primo Almag. declaratas: sed quia b h & b n perpendicularis sunt super tres arcus dictos erunt ad seinuicem æquales: quæ sunt æquationes contingentes capite arietis mobilis in punctis f & l existente quod est propositū haud aliter deduci poterit capite arietis i duobus punctis æquidistantibus ab i & k punctis scilicet maximarum æquationum æquationes cōtingentes adinuicem æquari: & hac de causa in tabulis æquationum mot⁹ octauæ speræ augmētatur medius motus ad.90.usq; gradus quot sunt a d i i deinceps retrogradari præcipitur ad initium tabulæ qa i arcu altero i e æq̃tiōes cōtigūt æq̃les eis q̄ i d i. Deinde cum dicit.


Thebith uero duplicem tantum octauæ sphæræ motum inesse dixit: unum a primo mobili siue sphæra nona diurnum scilicet : alium uero proprium scilicet trepidationis qui fit super circulis paruis : duplicem eclypticam asseruit: fixam quidem in nona sphæra: mobilem autem in octaua : ita ut capita arietis & Libræ mobilis circunferantur i duobus circulis paruis quorum media seu poli sunt ipsa capita Arietis & libræ eclypticæ fixæ : & arcus eclypticæ fixę inter polos horum paruorum circulorum & circunferentias suas quattuor gradus haber decemocto minuta. xliii. secunda. Dixit autem capita arietis & Libræ mobilis taliter circunferri:ut cum caput Arietis mobilis fuerit in sectione parui circuli & æquatoris occidentali ipsum mouebitur in medietatem parui circuli quæ ab æquatore septentrionalis est: caput autem Libræ mobilis mouetur tunc per medietatem sui parui circuli quę meridiana est ab equatore. Et cum caput arietis mobilis fuerit in sectione equatoris & sui parui circuli orientali: mouebitur in medietatem parui circuli quę ab equatore est meridiana. Caput autē Libræ mobilis uoluetur tunc p medietatem sui parui circuli septentrionalē ab æquatore:at cum caput arietis mobilis fuerit in alterutro duorū punctorū sectionis eclypticę fixę cū suo circulo:sta tuetur eclyptica mobilis directe i superficię eclypticę fixę q̃ i una reuolutione capitis arietis mobilis in suo circulo par uo bis accidet. In oībus autem aliis locis capite arietis mobilis in periferia sui par ui circuli locato: eclyptica mobilis secabit eclypticam fixam in punctis quidem capitum Cācri & capricorni mobilium. Nam hæc duo puncta eclypticæ mobilis semper circunferentiæ eclypticæ fixę in hoc motu coherent ut nusquam ab ea recedant. A capitibus tamen Cancri &

Capricorni fixoꝝ per quantitatem quat
tuor graduum: decemocto minutorum.
xliii. secundorum elongari uersus orien-
tem aut occidentẽ contingit: Vbicunq;
etiam sectio harum eclypticarum fiat ip
sam necesse est a pricipiis arietis & libræ
mobilium per quantam circuli magni di
stare. Licet uero in una reuolutione capi
tis arietis mobilis in suo circulo paruo
bis accidat ut capita Cancri & Capricor
ni mobiliũ statuantur sub capitibus Can
cri & Capricorni fixorum: nunquã ta-
mẽ capita arietis & libræ mobilium sub
capita arietis & libræ fixorũ peruenient.
Nam dum eclyptica mobilis continget
circulum paruum a parte septentrionis
in puncto arietis mobilis: capita Cancri
& Capricorni mobilia iuncta sunt cũ ca
pitibus fixorum. Similiter accidit in cõ-
tactu meridiano: sed capita arietis & li-
bræ semper a capitibus fixorum quanti-
tate quæ dicta est: distant.

¶ Completa determinatione modernæ opinio-
nis de motu octauæ speræ in hac parte prosequi-
tur opinioẽm Thebith chore inter alias recitatæ
conformiorem. Differt nanque a dicta quia ceu il
la decimã speram non fatetur: & in hæc reliquis
omnibus conuenit: sed nonam dicit esse primum
mobile: & octauam ultra motum diurnum a pri-
mo cœlo ei communitatem habere unicum mo-
tum tantum accessionis & recessionis ab eo no-
minatum supra duos paruos circulos in capite
arietis & libræ primi mobilis descriptos æquales
ut dictum ẽ factum. Tantum quoq; duas annuit
eclypticas fixam scilicet quam ponit in primo mo
bili seu nona spera & mobilem motu accessionis
& recessionis in orbe octauo. Conuenit autem cũ
eadem ex quo motum trepidationis inter alias tã-
tum ponit: quinimmo eo tãtum. 8. spera uult mo-
ueri ultra motum quæ habet a primo mobili: qđ
paret ab eo ĩ primo capitulo operis eius quod mo
tu octaui cœli construxit dum inquit. Nec orbis
stellarum fixarum qui est orbis formarũ & signo-
rum habet motum præter hũc scilicet accessus &
recessus. Et subdit ꝙ est motus communis toti
quod est sub eo secundum accessionem & recessio
nem. Et in capitulo tertio concludens in fine ha-
bet sententiam eandem: unde dicit. Et stellæ fixæ
non habent alium motum neq; alio motu mouen
tur nisi isto accessionis & recessionis & est commu
nis eis & omnium erraticarum augibus. Et neces

statut ipse Thebith hoc fateri si quid supra octa-
uam tantum nonam speram dicit esse a qua octa-
ua motum habeat diurnum & motum huiusmo-
di trepidationis ei est proprius. Et quia non da-
tur altera spera alium motum non habet: habet
igitur conuenientiam hæc opinio cum opinione
moderniori cum ab eadem reliquæ feræ in omni-
bus discrepent: primo in sperarum numero deci-
mam eaꝝ nulla annuens. Secũdo quia motum ac-
cessus & recessus ut Thebith minime admittit tãq̃
ad cognitionem eius non perueniens. Hac igitur
de causa opinioẽ Thebith diffusius prosequutus
est. Ad quod concurrit altera causa: ꝙ aliæ opinio
nes non tantam requirunt declarationem: ex quo
dicunt octauam speram in longitudine zodiaci tã
tum deferri: qui motus facilis est & notus ei qui in
theoricis imaginatus est motus ec. solis & aliorũ
planetarum: non enim ei accidit imaginatio diffi-
cilis: adeo succincte & breuiter illas opiniones pro
sequutus est supra qualitatem motus & uelocita-
tem manifestãdo. Motus autem quem Thebith di
cit esse octaui cœli difficilioris e imaginationis &
plurimas habens proprietates occultas ut patebit
quæ declaratione indigent lucidiori: ideo hãc opi
nionem prosequens ad summũ declarat: unde po
nit totam sentẽtiam Thebith in primo capitulo:
& duo facit. primo agit de motus octauæ speræ
qualitate theoricæ. secundo uero magis practicæ
operationem pro motu uero habendo notificans:
& apparentias saluat ibi. Aequatio itaque. Partem
primam iterum in duas secabo. nam in prima mo
tus declarat qualitatem. in secunda uero propne-
tatem ex motu isto sequentem & diuersitatem de-
clinationum maximarum innotescit ibi. Eclypti-
ca autem fixa. Pro noticia & completiori manife-
statione eorũ quæ in prima parte & in aliis dicen-
tur describo primam figuram planã in qua æqua
tor diei a b c d e sicuius aquilonaris mundi polus
g. uersus quem quicquid uergerit ab æquatore
septentrionalem declinationem teneat: & extra
æquatorem constitutum sit meridionale: secundo
eclypticam primi mobilis quam fixam nominauit
depingo a h i k d: intra quam quicquid reper-
tum fuerit borealem: extra uero meridionalem la
titudinem possideat: secet quoque dicta eclyptica
æquatorem in a principio arietis fixi & d libræ
sectionibus nunquam uariantibus: immo sem-
per in locis illis repertis & angulos æquales .23.g.
&.33.m. causantibus. Super a igitur & d sectiones
eclypticæ fixæ cum æquatore duos circulos m n
o p: Super a: & q r s t. Super d designo: ita nanque
uult prædictus auctor capitulo primo quando di-
cit centrum cuiuslibet circuli est cõis septio æqua
toris diei cum orbe decliui hoc est in initiis arietis
& libræ fixoꝝ. Qui qdẽ circuli adinuicẽ ita æquẽ
rut ꝙ eoꝝ cuiusq; semidiameter .4. gradus .18. m.
43. secunda cõtineat ad quam tota diameter du-

pla exiſtens fit.g.g.m.37.ſecunda.26.Sitque orizon r p: tranſiens per centra circulorum paruorum r punctus oriens: & p occidentis: in circulorum prædictorum circunferentiis ſemper ſunt & mouentur capita arietis & libræ octauæ ſperæ q̃ mobilia dicta ſunt taliter ꝙ ſemp adinuicem opponũẽ altero nanque ſupra orizonte exiſtẽte reliquum ſub eo morabitur:& ſub eodem tantũ hoc deprimitur quantum illud eleuatur. ¶Similiter altero ſeptentrionalem ſecundum latitudinem ſeu declinationem uel utranq; exiſtente erit reliquum meridionale eodem fere modo:quod per ſe notũ eſt ſiquidem capita prædicta in circulo terræ concentrico qualis eſt orbis octauus diametraliter ſunt oppoſita:& hac eadem de cauſa quanta alterius eſt declinatio ſeu latitudo tãta alterius eſt ad oppoſitam partem:ut etiam ſupra patuit. Vt autẽ pateat quod dictum eſt exemplariter & qualitas motus manifeſtetur : caput arietis mobilis in m: pũcto ſectionis parui circuli cum æquatore occidentali ponatur ſub orizonte:erit libra mobilis ſupra orizontem in q: ſectione eius parui circuli cum æquatore occidentali quoque: inde uero aries ad ſeptentrionem feretur in n: & o: ſupra orizontem: libra uero ad auſtrum uniformiter in r: & ſ:ſub orizonte.Ex o:uero reliqua ſectione orientali aries feretur ad auſtrum in p: & m: iterum rediẽs libra uero ad boream per t in q ſectionem priorem ſe reddet:& prior redibit diſpoſitio: hæc eſt ſentẽtia eius thebith ut ex tertio capitulo accipi poteſt: quam & ſi non exprimat : ex illo tamen quod uult de additione uel demptione æquationis octauæ ſperæ a motu aſtri hoc quod dictũ eſt neceſſario ſequitur. Cuius motus uelocitas eſt: licet auctor non meminerat ſingulis annis.5.m̃. fere: ita quod reuolutio capitum arietis & libræ in ſuis circulis paruis terminatur circiter.43.20. annus ut ex tabulis eius de motu acceſſionis & receſſionis habetur.in hac igitur completa reuolutiõe bis coniungitur & unitur mobilis eclyptica cum fixa: quando.ſ. arietis mobilis eſt in altera ſectionum parui circuli cum fixa eclyptica gratia exempli:capite arietis in l:uel in x: exiſtente & libræ ſimiliter ĩ aliis ſectionibus circuli eius cum eadem totaliter ut ſuperius claruit coniunguntur:& una fiunt eclypticæ præfatæ:ariete uero mobili extra hæc duo loca conſtituto ſimiliter & libra ex quo altera pars eclypticæ mobilis ad boreã ad auſtrũ reliqua remouetur a fixa: adinuicem ſe ſecabunt: & talis ſectio fiet in Cancro & Capricorno mobilis eclypticæ: quæ quidem duo puncta ab eclyptica fixa nunquam remouebuntur:immo ei ſemper adherere neceſſe eſt: cuius ratio ut inquit thebith in cap.primo:quia aries & libra mobiles inter oĩa puncta eius eclypticæ maximam retinent latitudinem quando reperitur latitudo:quare puncta ĩ eorum medio exiſtentia quæ ſunt Cancer & Capricornus mobiles nuſquam & nunq̃ declinabũt uel latitudinem poſſidebunt ab eclyptica fixa: in eis igitur eclypticæ fixæ a mobili fiet interſectio. Exempli cauſa ſi ſit aries mobilis in: n:& libra ĩ r:erit i punctus æqualiter diſtans ab eis in eclyptica n r: c r:in puncto igitur i: qui erit principium Cancri & principio Capricorni ei oppoſito mobilis eclyptica fixam ſecabit: & per rõnẽ dictã illam nũquã deſerent:uerũ a capitibus Cancri & Capricorni fixorum hinc inde hoc eſt orientem uerſus & occidentẽ.4.g.18.m.43.ſecunda quãta eſt ſemidiameter circuli remouentur: ita ꝙ ſpacium inter duos terminos elongationis maxime duplum eſt ad dictum & æquale diametro eiuſdẽ circuli uerbi gratia ponatur aries in l:& libra in u:eclypticis ambabus unitis punctus in medio.ſ:principium Cancri mobilis erit h:tantum remot⁹ ab i: quantum i ab a:quum nãq; a i & l h:quartæ circulorum unitoꝝ ſint æquales ſi arcus communis a h : demãt remanet diſtantia Cancri mobilis a fixo i h:æqualis a l ſed a l ſemidiameter eſt.4.g.18.m.43.ſecũda igiẽ & i h æqualis: quinimmo qui a l remotum eſt ab a uerſus occidentem & h ab i etiam eandẽ uerſus partem: remotus eſt igitur Cancer mobilis a fixo uerſus occidentem ſemidiametro circuli. Eadem ratione ariete in x:& libra mobilibus in ſectione reliqua: erit Cancer mobilis in k:ſi quidem unitæ ſunt ambæ eclypticæ adinuicẽ a x:k:erũt æquales q̃te dempto arcu communi x i:k & a x reſtãt æq̃les erit iterũ arcus i k:ſemidiametro circuli æqualis.Sed x:ab a:uerſus orientem elongatum eſt :quadere & k uerſus orientem ab i remotum erit:quod eſt iterũ ptimum i h:igitur æquaẽ circuli ſemidia-




metro & i k: similiter quare totus arcus h i k: circuli diametro erit æquiperans per totum igitur arcum k h: principium Cācri potest moueri æqualem diametro parui circuli quod est secundum: ex quibus omnibus sequitur correlarium: quod & si in reuolutione completa Arietis in paruo circulo bis iungatur Cancer mobilis: cum fixo & uniātur ad inuicem Aries tamen mobilis cum fixo nunquā unietur: primum patet ex quo nanq; Cancer mobilis mouetur cōtinuo sub arcu k h: aliquādo erit in cancro fixo: & quia semper heret eclypticæ fixæ unita erunt adinuicem nullo modo distantia: hoc autem bis contingit in unā reuolutione: primo Ariete mobili existente in n: puncto contactus boreali eclypticæ mobilis cum paruo circulo: quia circulus p polū eclypticæ transit per n: & a: uterq; Aries coniunctus erit secundum longitudinem quare a i: & n i: erunt æquales: & quartæ: igit̃ erūt ambo Cancri mobilis scilicet & fixus: idem contingit Ariete eodem existente in puncto cōtactus meridionalis p: ubi iterum uterque Aries erit coniunctus secundum longitudinem per eos dicto circulo transeunte: & Cancri tam mobiles quam fixus uniti: secundum patet etiam quia Aries mobilis nunquam circuli parui circunferentiam relinquit: fixus uero eiusdem circuli centrum est: a qua libet autem parte circunferentiæ centrum elongatur prædicta distantia scilicet. 4. grad. 18. minu. & .43. secunda nunquam igitur erunt simul & tam longitudine cōiuncti quam latitudine: quod est propositum: & quod de Ariete dictum est de libra intelligatur proportionaliter & quod de Cancro & Capricorno uerificatur.

Deinde eum dicit.

Eclyptica etiam fixa semper secat æquatorem in capitibus Arietis & Libræ fixorum ad angulum semper eundem puta uiginti trium graduum xxxiii. minutorum & .xxx. secundorum. Sed eclyptica mobilis æquatorem successiue secat in singulis punctis. comprehensis in duobus arcubus quos eclyptica mobilis in duobus sitibus cōtactuum ab æquatore separat: & quantitas cuiusque est circiter. xxi. gradus & .xxx. minuta. Est enī maxima distantia capitis Arietis mobilis a sestione eclypticæ cū æquatore per gradus decem & quadragintaquinq; minuta. Vnde maxima declinatio eclypticæ mobilis ab æquatore uariabilis est: maior quandoque declinatione eclypticæ fixæ: quandoque minor eadem: quandoque sibi æqualis. Tunc enim æqualis est illi cum mobilis sub fixæ superficie fuerit maior uero in sitibus contactuū. Vnde eam Ptolemæus. xxxiii. graduum li. minutorum. xx. secundorum repperit. Minor autem dum caput Arietis mobilis in sectione æquatoris & parui circuli fuerit. Nam tunc intersectio eclypticarum erit in pūcto eclypticæ mobilis maxime declinante qui minus declinat q̄ caput Cancri & Capricorni fixum.

Declarat quandam proprietatem quæ insequitur hunc motum accessionis. propter hoc enim q; æquatorem secat non in eisdem punctis semper immo in diuersis uariantur maxime declinationes: quod declarat per comparationem declinationum eclypticæ fixæ: unde dicit q; ex quo eclyptica primi mobilis fixa est: & æquatorem secat semper in locis eisdem scilicet in ariete & libra fixis: neq; sectiones uariantur & mouentur neque a sectionibus causati anguli unquam diuersantur immo sunt æquales: sequitur q; punctorum intersectiones mediorum Cancri & Capricorni fixi ab æquatore æquales sunt declinationes semper maxime sunt: sunt nāq;. 23 gra. 33. minu. sed eclyptica mobilis propter eius motum non secat æquatorem in locis semper eisdem immo sectiones diuersantur secundum diuersum situm arietis mobilis in circulo paruo. Nam quando aries dictus fuerit in n: fit sectio æquatoris & eclypticæ in f: eorundem uero in p: constituto sectio fit eorundem in b: ut patet: potest nanque eclyptica mobilis secare æquinoctialem in toto arcu comprehenso inter duo puncta sectionum ariete existente in puncto contactus: exempli causa sicut dixi Ariete in n: puncto contactus boreali fit sectio præfata in f: quæ distantior est uersus occidentem quam possit fieri: ab f: nanq; ultra non potest æquatorem secare: siquidem punctus cōtactus punctus est remotionis: eodem modo ariete existente in pūcto contactus meridionalis p: sectio fiet in b: quæ eadē ratione distantior est oriētem uersus: dico igitur q; in toto isto arcu f b: æquator successiue ab eclyptica fixa secari potest: ultra quos termios sectio nulla fieri potest: inter quos per æquidistantiam a aries fixus erit medius ab utroq;. 10. gradus. 45. mi. semotus: & totus arcus f a b: duplus gradus. 21. m. 30. Et ut melius apprehendantur ea quæ hic dicūtur quia nō sunt mirum facilia ideo aliqua sæpius replico sententiam thebith aducam: dicit nanq; thebith quando aries erit in n: puncto contactus septentrionalis: & libra in r: contactu meridiano sectiones fient in f: & c: ab a: & d: contra ordinem signorum. 10. g. 45. m. quare fient. 19. g. 15. m. piscrū

& c:gradus oppositus Virginis.19.m.15.ariete uero in p:& libra in r:punctus conractuum reliquorum & oppositarum declinatiouum fient sectiones in b:& e:ab a:& d: 10.g.45.m.secundum ordinem signorum remotis.Et ergo b:10.g.m.45. arietis & c: oppositus. f. libræ quare concludit quod eclyptica fixa continue secat æquatorem in duobus arcubus æqualibus a.19.gra.piscium &.15.m. ad.10. arietis &. 45.m. & arcum huic oppositum interceptum inter.19. Virginis.g. &.15.m.&.10. libræ &.45.quia igitur prædictæ sectiones uariabiles sunt & mobiles & delinationes maxime tam fixæ eclypticæ quam Solis qui ab illa mouet & sub illa est uariabilis & inæqualis in temporibus alus: quod patebit si eas declinationib⁹ eclypticæ fixæ quas dictum est semper esse æquales comparem⁹: sunt nanque eis quandoq; æquales quandoq; maiores.& aliquãdo minores. Ad quæ declaranda fiat secunda figura cum notis puta necessaria designantibus. Et ponatur aries in c: sectione parui circuli cum eclyptica fixa & ĩ d:reliqua libræ erũt per prædicta eclypticæ ambæ unitæ. Et consequẽter æquales erunt declinationes eotum maxime ĩ principio scilicet Cancri & Capricorni fixorum quod est primum.E nanque est principium Cancri fixi & maxime declinationis locus. Non tamẽ erit principium Cancri mobilis ut prædicta concluserunt. Si uero mobilis aries in f: & libra in g: punctis.f.contactus quia conuncti sunt cum ariete & libra primi mobilis secundum lõgitudinem: erit ut patuit supra punctus e:sectionis eclypticarum utriusque initium Cancri & pũctus maxime declinatiõis fixæ ut sæpius dictũ est:at quia eclyptica mobilis secat æquatorem in h: & i:erit punctus medius maxime eius declinationis k:qui magis declinat quam e: maxime declinationis eclypticæ fixæ punctus quod est secundum. Sit tertio capur arietis mobilis in l: sectione parui circuli cum æquatore & libræ ĩ reliqua in circulo er⁹ m: erit punctus maxime declinationis n: Cancro scilicet octauæ speræ ex quo aries & libra non declinant immo sunt in æq̃tore:Sed Cancer secat eclypticam fixam in n: n igitur punctus Cancri mobilis & pũctus eclypticæ fixæ æqualiter declinãt; sed e:Cancer fixus maxime declinat inter omnes pũctos eiusdem eclypticæ magisquam n:aries igitur & libra existentibus in sectionibus paruorum circulorum cum æquatore minores sunt maxime declinationes.8. orbis quam noni quod est tertiũ. Cum igitur sicuti supra conclusum est declinationes eclypticæ fixæ inuariabiles sint & æquales:seq tur necessatio declinationes eclypticæ mobilis in diuersis temporibus uariari in quantitate: Et hac de causa diuersis temporibus inæquales inuentæ sunt.Inde.24.g. esse protulerunt Ptolemæus aũt. 23.51.30. Almeon uero omnibus posterior adhuc minores.23.33.



Deinde cum dicit.

Aequatio itaque octauæ sphæræ est arcus eclypticæ mobilis ĩter caput arietis mobilis & ĩter sectioné eiusdẽ eclypticæ cum equinoctiali ĩterceptus. sed motus accessus & recessus ẽ arcus circuli p̃ui inter caput Arietis mobilis & ĩter sectionẽ ęquatoris & circuli p̃ui p̃ medietatẽ circuli septentrionalem progrediẽdo. Hoc motu contingit ut stellæ fixæ uideantur nunc moueri uersus orientem: nunc uersus occidentem:nunc motu ueloci nunc motu tardo. Nã cum fuerit caput Arietis mobilis in quartis parui circuli ab æquatore uidelicet prope situs contactuum de quibus diximus: tarde uidentur moueri uersus eam partem uersus quam est motus earũ: quod tunc æquatio octauæ sphæræ parum crescat aut decrescat. Sed cum fuerit caput Arietis mobilis in alterutra sectionum æquatoris & circuli parui uł prope: uelociter moueri uidebũtur stellæ ad eam partem ad quam ẽ motus earum: quod sub eisdẽ sitibus æquatio octauæ sphærę plurimũ crescat aut decrescat. Hic diuersitas manifesta ĩ motu earũ inuẽta est: Ptolemęus

enim earum loca tempore suo uerifica-
ta comparauit ad loca earũ ab Hippar-
cho & aliis inuenta:reperitq; motas mo
tu tardo uidelicet in cẽtum annis gradu
uno. Nam tunc caput arietis erat separa
tum a puncto quartæ circuli parui meri
dianæ:uersus æquatorem accedens. Po-
steriores uero dum magis accederet inue
nerunt moueri in sexaginta sex annis uno
gradu: Nunc nostro tempore scilicet an-
no domini.M.cccclx.factũ ẽ caput arie-
tis septentrionale fere sexaginta sex gra-
dibus a sectione parui circuli & æquato
ris distans: Vnde & a sectione eclypticæ
mobilis cum æquatore.lxxxx.gradibus
quadragita octo minutis fere distat. Se-
ctio igitur iã fit super.xx.gradu.xii.mi-
nuto piscium eclypticæ mobilis. Maxi-
ma autem æquatio octauæ sphæræ con-
tingit dum caput Arietis mobilis fuerit
super punctis quartas circuli parui ab ĩ-
tersectionibus eius cũ æquatore distin-
guentibus: & est decem graduũ quadra-
gintaquinq; minutorum. Vnde quilibet
punctus a decemnouem gradibus quin-
decim minutis piscium usq; ad decẽ gra-
dus.xlv.minuta arietis eclypticæ mobi-
lis potest fieri in loco intersectionis quæ
est pũctus equalitatis uernalis: idem in-
telligendum de puncto equalitatis autũ
nalis in arcu opposito: constat etiam pũ
cta tropica nõ semper esse in capite Can-
cri Capricorni mobilis:sed ĩ punctis per
quartam a sectione equatoris cum ecly-
ptica mobili distãtibus. Ptolemæus itaq;
iudicans stellas tempore suo moueri ab
occidente in orientem:credidit unum tã
tum esse zodiacum fixũ scilicet qui sem-
per eãdem haberet declinationẽ ab equa
tore:ad quod sequitur id quod dixit. Nã
ex quo stellæ meridiõales a tropico hye
mali recedentes:accedebant uersus pun-
ctum æqualitatis uernalis & iter hoc pũ
ctum & tropicum estiuum in partem se-
ptentrionis recedebant ab equatore: iu-
dicauit moueri secundũ successionem si-
gnorum. Sed supposito hoc motu tem-
pore suo in rei ueritate mouebantur con
tra successionem signorum eclypticę fi-
xę:uerum est tamen q; propter equatio-
nem octauæ sphæræ tunc decrescentem
moueri uisæ sunt ad successionem signo-
rum:q; in intersectione eclypticę mobi-
lis cũ equatore putabat esse caput Arie-
tis zodiaci immobilis:quam intersectio-
nem semper fixam existimabat. Hũc mo
tum sequuntur omnes sphæræ inferiores
ĩ motibus suis:ita ut respectu huius ecly
pticæ mobilis sint auges deferentium &
declinationes earum semper inuaria-
biles.

¶Determinat de motu accessus & recessus magis practicæ ad operationẽ dirigendo. ¶Pro quo aduertendum est q; Tebith non considerat tantum motum in lõgitudine zodiaci qui a motu accessionis causatur & recessionis:immo principaliter motum in latitudine a septentrione ad austrũ & ecõuerso:qua diuersam sortitur declinationẽ. Ariete nãq; a septentrione ad austrum mutato plurimæ stellarum uel mutant declinationẽ & latitudinem uel eam uariant per augmentum & decrementũ quo sit ut Sole existente ĩ principio Arietis primi mobilis tam latitudinem quam declinationem cõtingit obtinere ad utranq; partẽ: qua de causa diuersat eius altitudo in meridie: ut inquit idem tertio capitulo ponẽs utilitatẽ sciẽtiæ huius motus. Licet enim sit ĩ principio Arietis primi mobilis si septentrionalis sit ab æquatore altitudinem possidet maiorem:quam si non declinaret: & quanto declinat magis tanto magis hanc illa præcellit: econuerso si sit australis: tunc nanque altitudo eius minor est q̃ si æquatorem teneret: & tanto minor quanto ab eo ad austrum declinat secundo diuersatur quantitas arcus diurni & nocturni est nanque maior arcus diurnus si septentrionalis sit q̃ si præcise esset in æquatore & nocturnus minor:si uero sit meridionalis accidit oppositum. scilicet q; nocturnus maior & minor diurnus. Et cõsequenter diuersantur cum noctibus suis in quantitatibus eorum:sunt nanq; tãto maiores dies noctesque minores quãto polo propinquior sit aquilonari. Diuersantur terno altitudines stellarum secundum q; septentrionales fiunt uel meridiõales magis ut dictum est de sole & similiter arcus diurni & nocturni uel qui supra orizõtẽ & sub eo describunt:quarto diuersant signa in ortu & occasu propter motum a polo ad polum. Quorum nõ

ponto exempla cum parũ exercitato in spera materiali per se nota fient. Propter ista igitur nõ sufficit scire loca syderum in longitudine, immo latitudinem & declinationem eorum nec ignorare oportet. Solis autem & fixarum stellarum declinationes uariãtur propter declinationes Arietis mobilis & latitudines. Et hæc uariãtur propter eiusdem distantiã a sectione eclypticæ mobilis cũ æquatore, quando namq3 nihil distat ab huiusmodi sectione declinatio nulla est. & quando maxime: repentur maxima: igitur habĩns locis stellarum fixarum & solis oportet habere huiusmodi distantiam: quæ æquabit omnem earum declinationem: modó quem inferius exponam: huiusmodi igitur distantia Arietis a sectione eclypticæ mobilis cum æquatore æquatio uocatur octauæ speræ ut in prima figura capite Arietis in n: & sectione f: totus arcus f n: æquatio dicitur. Fit autem & inuenitur hæc æquatio mediante motu accessus & recessus. Si tanque aries mobilis non moueretur in paruo circulo semper esset in sectione æquatoris cum eclyptica: quadere non esset æq tio. Vnde si libeat æquationẽ inuenire prius oportet motum accessus & recessus scire. Est igit motus accessus & recessus arcus circuli parui a sectione eius cum æquatore occidentali: ad usque dictũ arietem interceptus per medietatem septentrionalem: qualiter mouetur caput Arietis: uerbi gratia capite arietis in n: existente: erit motus hic m n: incipit autem a septione quia ibi existẽte capite Arietis nulla contingit prædicta æquatio. Et licet æquatio nulla fiat tam in septionem: occidentis quam orientis: ab m tamen potius inchoat quia inde principium Arietis uersus septẽtrionem mouetur ad nos appropinquãdo: Reperitur ut dictũ est æquatio per motum accessus & recessus. Nam cum hic nullus erit arietez in m sectione denotãs esse: uel sex signorum: significans esse in reliqua æquatio nulla est. Quãdo uero motus talis denotarit eundem arietem esse in punctis contactuum in n: maxima est f n: uel in p: quas æquales esse patuit supra. f. 10. gra. 45. minu. ¶ Qualiter autẽ motus Solis & stellarum fixarum æquatur hac æquatione restat subiũgere demẽte thebith: & si autor non meminit in littera: Dato nãque quod Sol ferretur continue sub eclyptica fixa quando esset in principio arietis: nullaz haberet declinationẽ: Sed quia est continue sub eclyptica mobili quæ sub fixa non semp situatur: stat quod sit ĩ ariete primi mobilis & patiatur latitudinem ut supra dictum est: uerbi gracia in prima figura si Sol sit in principio utriusque Arietis & mobilis aries sit in n: cum Sole notum est quod declinatiõem patitur septẽtrionalem. Quæ tanta quanta esset si delatus sub eclyptica fixa tantum distaret ab initio arietis fixi quantum nunc remouetur a sectione. Remouetur nanque a sectione arcu f n: si potius sub eclyptica fixa æquali remoueretur remotione: ab a loco eius uero: haberet tantam præcise declinationem quantam nũc habet. Haud aliter si esset in p: etiam initio Arietis habet declinationem quam nunc habet declinationem australem tantã quantam haberet si latus sub eclyptica fixa uersus austrum æquali remotione distaret ab initio arietis fixi: uerbi gr͡a ĩ tali casu remot⁹ ẽ ab eclyptica cũ æquatore sectione arcu p b: Si igitur ponatur in eclyptica fixa tantum distans ab a: æqualem haberet declinationem quam nũc habet, Et igitur tũc ab eius uero motu æquatio si dematur remanet in tali situ quantam declinationem haberet: Et ideo Canon est ponendus quandocunque motus accessus & recessus ẽ minor sex signis ut m n: Aries habet declinationem septentriotialem: quare æquatio addici debet ut habeatur punctus eclypticæ fixæ ad septentriõem tantum declinãs quãtum Aries mobilis. Si uero motus prædictus esset plus sex signis ut m n p: Aries mobilis meridiõalẽ haberet declinationem: quare æquatio demi debet: & habetur fixæ eclypticæ punctum tantæ declinationis: quanta est Aries mobilis in hoc situ: huius motus fundamento omnia quæ ãtiqui perceperunt de motu octaui orbis thebith uerificare conatur & saluare: uisæ sunt &. n. prioribus ut patuit stellæ fixæ retrograde qñq3 & aliqñ directe tarde qñq3 & ueloces: q̄ cõtingit pp uariationẽ sectiõis eclypticæ mobilis cũ æqtore: illi nãq3 nõ percipiẽtes eclypticã moueri hmõi motu: ĩmo credẽtes æquatorem semper in capitibus Arietis & Libiæ secat e: & uidẽtes stellas ex austro per æquatorem transire in aquilonem & econtra: iudicabant hoc fieri motu in longitudine: quo supposito capite Arietis in p existente: fiet sectio in b: & stellæ in tali loco meridionalem declinationem habebunt: at Ariete facto in n: & sectione mutata in f: stellæ illæ factæ erunt septentrionales: & hi dicent motas esse in longitudine & sectionem Arietis pertrãsitas esse sicut credidit Ptolemæus: quod stellæ secundum ordinem signorum mouẽtur cum Aries tempore suo esset prope p acciderẽs sectioni & cõsequenter stellæ meridionales ad boream mouebantur cum in rei ueritate secundum qualitatem huius motus Aries moueretur eo tempore contra ordinem signorum: tamen propter hoc quod accedebat sectioni & æquatio meridionalis minor fiebat censebatur ordine signorum deferri. Quando uero Aries est in n: & per o: mouetur in p: quia sectio quæ fiebat in f: facta est in b: & stellæ septentrionales ad meridiẽ motæ sunt: alii extimabant eas retrogradari & motas contra ordinem signorum. Quando uero aries est in parui circuli punctus n p: contractu seu prope: quia tunc parum appropinquat uel remouetur ab æquatore: & cõsequenter æquatio parum crescit uel descrescit tarde moueri uisæ sunt: qua de causa Ptole. compa-

rans loca stellarum ab eo inuenta & uerificata locis earum ab hyparcho consideratis: inuenit motas eē tardæ. s. 100. annis gra. uno ex quo tpe eius Aries erat ppe punctū cōtactus meridionalis. s. p: ab eo separatus & uersus nos mouebat. Quādo uero idē ē ppe sectionē parui circuli cū æquatore: uelocius moueri uidenť: qa magis appropinquāt æquatori uľ ab eo elōganť quare æq̄tio minuiť uel augeť: ut patet i figura. Et iō posteriores Pto. iuenerūt eas uelocius moueri. 60. ānis grad. uno ut dictū ē de opinione Albategni: cuius rō est qa tpe eorum Aries magis ppinquus erat sectioni parui circuli cū æqnoctiali: ubi magis sectioni eclypticæ cū eodē & cōsequēter Arieti stellæ fixæ meridionales appropinquare uidebanť. Post hos uero tpe auctoris anno nr̄æ salutis. 1460. Aries sectionem transiēs i septētrionē latus ē: ab eadē sectione parui circuli cū æq̄tore. 66. gra. distās: unā æquatio ē septētrionalis. 9. grad. 48. minu. hoc ē distat. 9. grad. 48. minu. a sectione eclypticæ mobilis cū æq̄tore: quare talis sectio fit i piscium. 20. grad. minu. 12. Et ita p3 q ab illo tpe usq ad tps auctoris: magna uelocitate declinationē acquirit septētrionalē: & stellæ fixæ uelociter moueri uisæ sunt scd̄m ordinē signorum. Et ita thebit saluat uelocitatē tarditatē directionē & regressionē stellarum cū hmōi motu octauæ speræ. Verum an hæc opinio possit sustētari: & an saluet apparentias nolo ipræsentiarum discutere: quia fortissima rōe eā potuissem cōfrigere pp motū quē i stellis uidemus aliū. s. i lōgitudine. Similiter an thebit cōueniat cū moderna opinione i situādo arietē in circulo paruo & motus æqualitate: qa hoc ex supius dictis: illud uero ex tabulis Alfonsii de motu octauæ speræ & thebit de accessionis motu & recessionis falsis: liq̄bit eas cōsiderāti talia resilebo: unū tm̄ scire oportet q oī eo mō i quo moueť spa octaua seu accessus tm̄ & recessus ut uult thebit: seu hoc & motu in lōgitudine dicto augiū & stellarum fixarum: ceu dixit opinio modernorum: & orbes deferentes auges planetarum etiā mouenť ut i singulis Theoreis planetarum replicatū est: & hac de cā in tabulis si libeat repire eas auges: motū octauæ speræ uelocitatēq̄ eius prius op3 calculare. Qua hita & earum motus nō ignorabiť. Quā opationē qa tabularum canones declarāt: mea nō est ad præsens notificare. Vnum tm̄ i fine huius operis remanet grās agere imēsas deo glorioso: q meā debilē carinā undis fessam pelagiq̄ fluctibus fatigatā quā submersurā dubitauerā: incolumem ad portum salutis reduxit reductamq̄ firmauit. Sit igitur nomen eius benedictū per infinita sæcula sæculorum Amen.

FINIS.

¶ Vicentius Tuscus Cesenas artium ac medicinæ professor Domino Francisco Capuano utriusque disciplinæ Doctori Astronomiam i academia Patauina publice profitenti. .S. .P. .D.

Quam bene sydereos aperis Francisce meatus:
  Eternumq̄ tuo numine pandis opus:
Quis modo dedaleis non te putet æthera plumis
  Ac petiisse pu mensa celsa Iouis:
Scribis apollineos cursus: gelidæq̄ sororis:
  Et Iouis: & ueneris: bistoniq̄ ducis.
Ingenii quis enim nō admireť acumen:
  Palladiumq̄ caput quis neget esse tuum
Quum tibi stelliferi pateat uaga machina cæli
  Humanum sapias celicolumq̄ sophos:
Dic francisce præcor qđ sum tibi lēma daturus:
  An deus: an ne hominum pars uocitere: reor.

Impressio Veneta per Ioannem Rubeum & Bernardinū fratres Vercellenses ad instantiam iunctæ de iunctis florentini Anno Domini .M.cccc.viii. die. vi. mensis maii.

REGISTRVM SPHAERAE

a
Nota eorum
Bartholomei
b
Tractatú de
tro nõ mota
a nobis:quia
altero magis
c
Auer.nõ ení
piramidis:&
oriens
facit diem
d
circa polum
dr ireõnalis
causam mot⁹
se nobis unq̃
e
transire per
angulos ipes
circuli inter
ab igni.
f
ad eundem
ptibus zodiaci
Et ex hoc seqt̃

In sphærã aũt
g
est & eluatus
ortu directo
capricorno:ut
ẽlici)nunquã
h
tẽ i capricorno
latitudine sc̃di
reliqua ex pte
deferentẽ ab
i
ultía ẽ)itelligit̃
Saturni circus
25. Circũferẽtiæ
ducoꝝ Mediæ
k
tanto ingenio
Libra Scorpi⁹
ueritatem
k k
R tuerẽdissimi
mediæ inter
pore cõplẽtur
l
diametrum
& præcise

perpendiculã
correlaria.Prío
m
ergo nullus ẽ
Tunc ponunt̃
mentum ad
aliqd lumiosũ
n
mentũ:& maxíe
Disputationũ
ordinatius
A
THEORICAE
scilicet motus
centrum enim
mo eis absq̃
B
esse a centro d
angulo a h k
sequẽter locus
ter eos diuersitatis
C
cu c d:maior:
sub eclyptica
pp diuersitatẽ
aliquãdo mot⁹
D

Deíde cũ dicit
dẽpto cõi arcu
nõ uniformiter
Solem &
E
Et primo
quidem in
deferentis
ualebit:
F
ma fluens
Cancri uel
tũc i tertio
lis est non
G
uero minime
minor erit
successionem
propinquat
H
tis & libræ:
qd eclyptica
Cancro fixo
q̃ minus
ſus octauæ

